



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>



EFFIGIES TYCHONIS BRAHE OTTONIDIS DANI DNI
DE KNUDSTRUP ET ARCS VRANIENBURG IN INSULA
HELLISPONTI DANICI HVENNA FUNDATORIS, INSTRU-
MENTORVMQUE ASTRONOMICORVM IN EADEM DISPO-
SITORVM INVENTORIS ET STRVCTORIS ATATIS
SVÆ. ANNO 40. ANNO DNI 1586 COMPL.

NON HABERI

SED ESSE

TYCHONIS
BRAHEI,
EQUITIS DANI.
Astronomorum Coryphaei,
VITA.

Authore PETRO GASSENDO, Regio
Matheseos Professore.
Accessit

NICOLAI COPERNICI, GEORGII PEURBACHII,
& JOANNIS REGIOMONTANI,
Astronomorum celebrium;

VITA.

Editio Secunda antiquior & correctior.



HAGÆ-COMITVM,
Ex Typographia ADRIANI VLACQ,
M. D C. L V.

TYCHONIS
BRAHEI,
EQUITIS DANI.
Astronomorum Coryphaei
VITA.

*Authore PETRO GASSENDO Regio
Matheos Profeſſore.*

ACCESSIT
NICOLAI COPERNICI, GEORGII PEURBACHII,
& JOANNIS REGIOMONTANI
Astronomorum celebrium
VITA.

HAGAE-COMITVM,
Ex Typographia ADRIANI VLACQ,
M. DC. LIV.



Ad Virum Illustrem

HENRICVM LVDOVICVM
HABERTUM MON-MORIUM,
LIBELLORUM SUPPLICUM
Magistrum integerrimum.

IN TYCHONIS BRAHEI
Astronomorum Coryphaei
VITAM

PETRI GASSENDI
P R A E F A T I O .

VIR ILLUSTRIS,

Quod censuisti, ut facerem, fecisse me heic approbo,
dum Vitam celebris illius Tycho Brahei conscriptam
exhibeo. Cum enim ante annos sex, incipiente ad me re-
dire, quasi post-liminio, valetudine, ea me subiisset cogi-
tatio, ut commutandi aëris gratiâ, discessurus in patriam,
* ij deferrem

In Tychonis Brahei Vitam

deserrem quicquid monumentorum ad Tychonis Vitam attinuentium mihi foret præ manibus; tum venit mihi quoque in mentem, adesse Regiomonti Prusiae, ac Medicinam illeic facere præclarum virum Ludovicum Kepplerum, magni illius Joannis filium, qui Tychonis Observationes à Parente acceptas hereditario jure posideret. Quare & subinde ad virum eximium, carumque amicum, Joannem Hevelium, Dantiscanæ Reip. Paleopoleos Scabinum (præclarum videlicet illum Selenographiæ authorem) dedi literas, quibus ipsum interpellavi, ut pro ea, quæ ipsi cum memorato Keplero intercedebat amicitia, obtineret mihi ab eo quidquid singulare aut per seipse nosset, aut Parente accepisset ad Tychonis Vitam illustrandam attinens; neque id modò, verùm etiam quicquid attineret ad ipsum Parentem, ut cuius Vitam conscribere, nisi seorsim, at saltem conjunclim, mislimque cum ea, quam Tychonis meditabar, in animo haberem. Rescripsit autem Hevelius in hæc verba; Mihi hæc obsignanti literæ à D. Keplero traduntur, ex quibus recipit se curaturum, ut brevi utriusque vitam, Tychonis scilicet, & Keppleri, ut & origines, cum omnibus circumstantiis, typis exscriptam habere possis. Tametsi verò ille optimus Laurentius Eichstadius, Ephemeridum scriptor, visis penes Hevelium meis literis, sponte, ac eodem tempore, quicquid perspectum circa ea, quæ indigitâram, haberet, prescripsit; ac iisdem met penè diebus, plura fui naëtus à viro itidem optimo Olao Wormio, Medico Hafniæ Professore,

(qui

Præfatio.

(qui exstincto recens Longomontano collegâ, & familiaris fuerat, ac ab eo non pauca de Tychone nôrat) ratus nihilominus fore, ut nihil aliud, quam actum agerem, omnem prorsus digerendorum commentariorum curam deposui; digressusque in Provinciam, restituenda, confirmandaque vacillanti adhuc sanitati præsertim incubui. Annus est, ex quo & melius jam habens, & huc regredi cogitans, cum viderem quinquennium elapsum, ex quo factum mihi eas spes fuerat, interpellavi rursus Hevelium, ut quid id rei foret, innueret: nam me quidem voluisse nihil ab eo tempore pertentare. Ille, cum præclaro Bullialdo, communis nostris, fecisset rescribendi spem, nihil tamen responsi dedit; ac ob id quidem, ut par est credere, quod diu, graviterque laboraverit; ut aliunde, nec sine magno meo dolore, nosse est datum.

Appuli huc deinceps vere nupero: & quia Tu ante meum discessum, conscius futuri reditus, præoccuparas, infliterasque, non modò humanissimis tuis, sed adhibitis etiam carissimorum nobis capitum C A P E L L A N I, ac N E R E I, reperitis literis, ut neque aliò diverterem, neque hospite alio utebor, quam Te; id concessi omnino tuæ erga me & tam ferventi, & tam multorum jam annorum benevolentiae. Cum procedente verò tempore, inter consertos varios in ista tua erudita, jucundissimaque consuetudine sermones, quæsisses aliquando ex me, quoniam evasisset consilium, quod nôras abs me de Vita Tychonis scribenda suscepimus, ipseque exposuisset & qua mihi occasione injecta fuisset remora;

In Tychonis Brahei Vitam

mora; occœpisti ediscerere, aut non debuisse pridem me, aut non debere certè jam spem mihi factam quidquam morari. Posse aut Keppleri, aut alterius votis intercessisse aliquid, quod institutum averterit; Posse & fieri, ut tametsi Vita illeinc deinceps prodeat, quæ singularia plura contineat; in conscripta tamen abs me occurrant etiam aliqua, quæ in illa desiderentur, quæque pariter virus eruditis, harumque rerum amantibus cognoscere jucundum sit. Fore, ut exinde Tychonis gloria, cuius promovendæ (ob eam, quam ille ab omnibus bonis promeritus est, gratitudinis testationem) studiosus semper fuerim, tanto evadat illustrior, quanto plures erunt, qui in id conspirabunt, ut Vitæ ipsius conscribendæ operam dent. Timendum esse interim, ne, dum alter alteri fidit, & præstitum iri ab alio, quod per seipse posset, expectat; nemo id, quod est opus, aut aggrediat, aut perficiat; sicque copiâ illum, cui laborandum fuerit, inopem, ut dicitur, faciat. Annos jam amplius quinquaginta à Tychonis obitu esse; & rem tamen esse à nemine eorum, qui fuere cum illo versati (qui que uberioris, cumulatiusque singula ut nosse, sic describere poterant) suscepit; quare & nisi ego, qui aliquos nōrīm ipsi conversatos, & non paucar sciverim, quæ ex editis libris addisci non possint, id operæ aggrediar; eventurum fortè, ut integra etiam sœcula elapsura sint, absque eo, quod quispiam id moliri sustineat; aut iis, quibus ego, instructus subsidiis (quantulacumque ea sint) faciat. Dolere me neminem esse, qui Hipparchi illius Rhodij, quicum

Præfatio.

quicun Tychonem conferre soleo, Vitam ad nos transmiserit; cogitandum ergo mihi esse, quād bene de seris posteris meriturus sim, ad quos per me pervenerit, quantumjam habere adhuc licet, eximii viri notitiam. Cum hisce ergo, & pluribus, quæ pro tuo illo erga bonos, beneque de humanogenerer merenteis affectu, edifferueristi, permotus forem; recepi exsequunturum me, ac jam obstrictam libero fidem.

Quandoquidem verò, occasione eorum, quæ de Observationibus à Tychone factis, inter colloquendum interserui, sciscitatus es de Observationum antiquitate, & progressu multa, quibus quæ responsa à me fuere, vñsa tibi ejusmodi sunt, ut ea etiam chartis committi expetieris; en, ut breviter tibi faciam satis. Principio, indubium videtur, aliquam rerum cælestium observationem non minus esse, quād ipsam hominimum originem, antiquam. Siquidem tam præclarum est, tantique usus spectaculum, quod exhibetur cœlitus, ut esse homines non potuerint, & non habere oculos ad id observandum intentos. Nam, cætera inter, cum viderent Solem non ex iisdem locis dietim oriri, non in eadem occidere; certis temporibus humilius, certis altius ascendere; ipso humiliore facto hic mem, altiore æstatem creari; non potuere sanè non attendere ad hanc vicissitudinem, juxta quam fore sibi tempestatem asperiorē, mitioreve ferarent. Fuit aliunde Luna suâ illâ facierum commutatione ejusmodi, ut non potuerit nisi oculos in se conversos facere; & maximè quidem temporibus ratis Phaseis repetens; ob quas evenisse videtur,

In Tychonis Brahei Vitam

videtur, ut nulla non natio illius circuitibus dimensa fuerit tempora; idque, cum Solis evectionibus, depressionibusque frequentiores forent. Prætereo illam adeo pulcram nocturnorum siderum faciem, suas quoque pro varietate tempestatum variationes subewitem; ac speciatim Luciferum nunc serius, nunc maturius, nunc nullatenus Soli præexorientem; ceteraque id genus similia; ac adnoto solum, licet homines huiuscemodi varietatum causas tardius disquisierint, ac invenerint; longè tamen antè eas animadversas, admiratio-
nique fuisse habitas, & incomptam licet causam, usibus vitæ accommodatas. Huc attinet, quid qui Prometheus hominem finxisse primus dicitur, perhibetur quoque os illi sublimme dedisse, ut talis esset, qui ab ipso exortu vultus, oculosque in cœlum, ac sidera erectos haberet. Porro quia hæc est generalis solum, rudiisque observandi ratio; ac ea requiri tempora possunt, quibus factæ Observationes occasionem primam condendæ cupissimam artis fecerint. Astronomiaeque adeo originem præbsterint; res est ex veterum Scriptorum monumentis intelligenda.

Et ex Literis quicquidem Sacris res haberetur planè con-
fecti, si vel levi quodam vestigio deduci ex iis posset, quod
Lib. 1. ait Josephus, posteris Serbi ante diluvium Siderum scientiam
Antiq. cap. 3. adinvenisse, ac duabus columnis, uni lateritiæ, alteri lapideæ.
illam inscripsisse, ut saltē servari in lapidea, futuri diluvii
injuriam superatara, posset: aut, si existaret certe vestigium
cap. 4. indicium ejus rationis, quam idem reddit, tanquam apud
illos

illos vitæ; ut esset nimis temporis ad perficiendum Astronomiam, quæ exigat annos minimum sexcentos, ut varietatis omnes motuum cælestium possint observari. Ideo scilicet ille notat Magnum, uti appellant, Annū ex sexcentis annis vulgaribus constare, quod vulgaris opinio sit cælestis motus semper variari,

Donec consumpto, magnus qui dicitur, anno, Epigr.
Rursus in antiquum redeant vaga Sidera cursum,
Qualia præteriti steterant ab origine Mundi.

Cumque ex Sethi ante diluvium posteris unus prophetasse Enochis. à B. Iuda Apostolo memoretur, posset res confecta haberi, si aut Enochus memoraretur, quidquam attigisse de syderibus; aut Spurium non fuisse eum librum constaret, in quo arcana quædam de stellarum nominibus ab Enoch scripta Origenes, & Tertullianus prodiderunt; aut nisi hunc Librum B. Hieronymus apocryphum diceret; & non D. Augustinus ipsum jure abesse à Scripturarum canone apud Hebreos causaretur. Ut taceam posse videri mirum, non Josephum quoque ejus meminisse; nisi forte fecit, quodcum censeret Patriarcharum illorum vitam esse sexcentorum minimum annorum debuisse, ut Astronomiam perficerent, nosset excipiendum Enochum, qui ultra trecentos sexaginta quinque annos non vixisset.

Posset quoque videri res à Diluvio penè confecta, si vel minimum esset verbum, ex quo argui posset quod ab eodem prescribitur, fuisse Aegyptios ab Abraham eductos cap. 3.

**

Astro-



X. In Tychonis Brahei Vitam.

cap. 3. *Astronomiam : sed nimirum potuere quidem & Berofus , &*
1. 9. c. *ceterit am ipsi Iosepho, quam Eusebio citati, tale quid legisse in*
4. *aliquibus priscorum Rabbinorum libris; at non sanè in Literis*
Sacris, apud quas est altum hac de re silentium. Quin etiam pū
Doctores sunt, ac ceteros inter, Salianus, qui id ne probabi-
Ad an. *le quidem putent, ob parvam Abrahami in Ægypto moram;*
1470. *ac censeant proinde posse id vero-similius de Iosepho illius pro-*
Gen. *nepote dici. Et profectus quidem fuisse Abrahamus de Vr*
11. *Chaldæorum legitur; at non propterea legitur ipsum, aut ac-*
cepisse à Chaldæis; aut ab iis ad Ægyptios transstulisse Astro-
rum scientiam. Ad Iosephum vero ejus pronepotem quod
speciat, is legitur quidem fuisse Sacerdotibus, cum terram
Ægypti universam, occasione diræ illius, ac diuturnæ famis,
Regi oppignerans, Sacerdotum terram excepit, quibus
Gen. *etiam, inquit Scriptura, statuta cibaria ex horreis pu-*
47. *blicis præbebantur; at cum exinde comprobetur, quod*
1. Po- *habet Aristoteles, apud Ægyptios, quos aliunde voluit esse*
lit. 10. *populorum antiquissimos, fuisse Sacerdotes feriari per-*
1. Mc- *taph. 1. missos, hancque exstitisse illis occasionem consti-*
tuendi Mathematicas; Iosephus nihilominus nec magis,
nec minus illos edocuisse, quam ab ipsis didicisse, Mathematicas
legitur. Fortassis quoque gratia illa, quâ Sacerdotes
est prosequutus, non modò ejus venerationis, quâ illi apud
Regem, & populum erant, argumentum fuit, sed etiam
gratitudinis quâ erga eos fuerit, quod ipse, puer pastorius,
disciplinarumque ignarus, ad eos appulsus, & in Aula pon-
tens.

tens, quidpiam edocitus ab ipsis fuisse. Sanè & deinceps di-
vinus Moses in eandem regiam Aulam inductus, non tam
quosquam eruditissime, quam ipse eruditus fuisse in omni Sa-
pientia Ægyptiorum memoratur. Interim verò cùm hæc Ad.
Sapientia complexa haud-dubie Mathematicas fuerit; ac in-
ter Mathematicas Astronomia semper præcelluerit; vide-
ri hæc Mosis eruditio potest antiquissimum, quod exstet in
Scripturis Sacris scientiæ Siderum monumentum. Posset
adhuc haberi antiquius, si probari posset, quod nonnulli cen-
sent, fuisse à Mose Jobi historiam, ut superioris ævi, con-
scriptam; quippe in ea Jobus meminit Arcturi, Orionis, cap. 9.
atque Hyadum; prorsus ut oportuerit fuisse tunc Stellas in
Asterismos artificio quodam digestas. Sed de tempore ut us-
sit; adnotari saltem hic potest, videri Jobum, cùm foret
Iudeis alienigena, haufisse Dei cognitionem ex eo, qui in
Scriptura sacra Cœlorum Exercitus appellatur; quandò
invisibilia Dei ex iis, quæ facta sunt, conspectis, non aliure
intelliguntur magis, & merito jure Synesius Astronomiam
vocans ~~videlicet nubes immobiles~~, summè venerabilem scientiam, De do-
esse eam dicit evocationem ad quidpiam antiquius, honora-
biliumque; ineffabilem scilicet Theologiam. Ut breve faciam,
ac id præteream, quod legimus Deum Salomoni dedisse, ut, Sap. 7.
cætera inter, sciret Anni cursus, & Stellarum disposi-
tiones; si quid ex Sacris Literis expressè probat antiquita-
tem observatorum Siderum, artisque cuiuspiam ex ipsis ob-
servatis constitutionem, id eſe videtur quod sacri Prophetæ



XII. In Tychonis Brahei Vitam

BG. 47. querebantur jam temporibus suis, Chaldeos esse, qui Babylonie contemplarentur Sidera, & supputarent mensis, ut ex eis ventura annunciasent; scilicet ex hoc intelligitur, fuisse debere observationem, artemque quandam Siderum apud Chaldeos pervetustam.

Ad Ethnicos vero scriptores quod spectat, dicendum est primum de fabulosa temporum parte, quatenus veri quidpiam latere sub fabularum involucris potest. Atque ut à Deorum antiquissimo exordiar; is non alia de causa

Lib. 3. Cælus, Græcè οὐρανός. ex Siculo Diodoro, fuit diælus, quidm quia impensè deditus observationi Siderum fuit. Ipsius liberi cum plurimi fuerint, ac imprimis Atlas, Saturnus, Titanes, in quibus speciatim Hyperion, & Iapetus; reputari potest totam penè ejus familiam in eandem Cœlestium curam incubuisse. Nam, cum Cælus in Mauritania ad Oceanum degeret, ac exinde latè non in Africa modò, sed etiam in Europa regnaret; notum est Atlantem, qui illi in eadem regione successit, ideo censi fecisse nomen celebri illius regionis Monti, quod ex eo sidera observaret: nimurum antiqui, ut etiam-nun vulgus, tam propè abesse Cælum reputabant a verticibus montium, ut quanto altiorem quis confonderet, tanto spectare Sidera clarius, distincliūs-

Lit. 3. que existimaretur. Addunt Diodorus, Plinius, & aliū **L. 2. c. 8.** ideo creditum fuisse Atlantem sustentare Cælum suis humeris, quod fabricatus fuisse Sphæram, in qua totum Cælum Strom. representaretur: Clemens vero Alexandrinus adnotas post 1.

Hero-

Præfatio.

XIII.

*Herodotum, Hercalem, cùm vates, & Physicus foret, dictum fuisse Mundi columnas ab Atlante (fortè ut propatruo) suscipere, eum ve onere Cæli sublevare, quòd illi in ea scientia, studiove Cæli successeris. De Hespero Atlantis filio, proditum est, cùm Sidera ex eisdem monte specularentur, morbo subito abreptum evanuisse; ac plebem ob illius pietatem, & justitiam, nominasse ex eo pulcherrimam stellam, quæ & Vesperugo (*Venus* scilicet, dum est occidua) dicitur. De illius sororibus, quæ & Atlantides, & Pleiades dictæ, fecere, ob idem studium nomen illi stellarum glomerulo, qui in Tauridoro conspicuus est, attingo solùm fuisse unam illarum Majam, è qua natus Mercurius scientiam Siderum transstulisse dicitur in Ægyptum. Exinde est nempe Manilianum illud de Ægyptiorum Astronomia,*

Diod.
ibid.

Tu Princeps, authorque sacri, Cyllenie, tanti. Quanquam aliunde Æthiopes, cùm velint Ægyptios esse sibi coloniam, ut ex Diodoro intelligitur, contendunt eosdem à se Siderum scientiam accepisse, uti apud Lucianum est. Dignum certè est memoratu, quod, ut de Atlante, ac Prometheo, sic de Cepheo Æthiopum Rege ait Cicero, cum, Nec verò, inquit, Atlas sustinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur; nisi cælestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset.

Iam de Saturno alio Celi filio, qui relictâ Africâ, in Italia,

XIV. In Tychonis Brahei Vitam

Diod.
l. 3. &
alii.

Italia, Sicilia, Cretaque regnavit, hoc ferè argumentum
est, fuisse eum Paterna studia prosequutum, quod lentissi-
mus Planetarum ejus nomine sit donatus; fortassis quod
illius motum primus omnium deprehenderit, ac dictus ~~re:co.~~
quasi ~~re:co.~~. Tempus, ex eo fuerit, quod nullus foret ani-
madversus ex cælestibus circuitibus diurnior. Cum ex il-
liis verò filiis, Pluto agriculturâ, Neptunus Nauticâ ma-
gis afficeretur, censeri potest Jupiter in nobiliorem curam
successisse; ac ideo delegisse montem omnium celsissimum
habitum, Olympum videlicet, unde Sidera observaret; ut
proinde & ipse dictus fuerit Olympius; & montis Olym-
pi denominatio translata in Calum, cuius quia leges perspe-
ctas haberet, idcirco regnare in Cælo fuerit creditus. Cum
Græci certè partim ad Deos, partim ad Heroas, partim ad
Sapientis referrent hanc scientiam; jure Achilles Tatius
Ifig.ad
Phœn.

1. Me-
tam.

Perque hiemes, æstusque, & inæqualeis autumnos,
Et breve ver, spatiis exegit quattuor annum.

Ubi & quod præmittitur fuisse Saturnum in Tartara à
Jove missum, revinctumque, designare videtur Jovem,
cum fibi fecisset cognominem Stellam, fecisse & cognominem
Patri Stellam ulteriorem in profundissimo æthere quam-
segnissime progredientem: quanquam videntur hæc nomina

longè

longè posterius indita; (cùm antiquius sit, ut stella Jovis Phaeton, Saturni Phænon appelleatur.) Ita penè porrò intelligi ex Luciano licet, qui & Tartarum interpretatur al- loc. cit titudinem aëris ingentem, & negat idcirco Saturnum à Jove aut in Tartarum precipitem datum, aut conjectum in vinculis, quatenus vulgo homines putant: Ad Hyperionem quod attinet, docet Diodorus illum, cùm effet Cæli filius, Solis, Lunæque cursus monstrasse; ac ideo ex filii ejus nomine fuisse Solem Hælios, & Lunam ex filiæ nomine Selenem vocatam. Postremò verò Japetus, & ipse Cæli filius, nihil quidem laude dignum peregit; at Prometheus ex ipso natus, ideo alligato in Caucaso monte, cordéque ab Aquila excusus, interpretante Servio, perhibitus est, quod in Eccl. 7. nimia cura, & sollicitudine Astra observavit ex monte Sideribus penè, ut ille ait, vicino, ac ideo majora Astra demonstrante, & diligenter eorum ortus, occasusque significante. Prætereo autem, quod idem docet, fuisse eum primum, qui Astrologiam Assyrus (vicinis nimirum Caucaso) indicaverit; ac adjicio solum, non alia de causa videri illum creditum homini animando detulisse ignem è cælo in terram, quam quia haustam cælitùs scientiam in homines transfuderit, ejusque amore illos inflammärit. Quod superest enim, cùm apud Assyrios idem sit Belus, qui Jupiter, ut à Diodoro scribitur; ipse est potius, qui apud illos ut sacratissimus Deus est, ita habetur, juxta Plinium, Sideralis scientiæ inventor.

Nilib^{26.}

XVI. In Tychonis Brahei Vitam.

Nihil verò necesse est percurrere jam cetera, quae præterea fabulosa habentur; v. c. quod tritum illud de Phaeton te sic interpretantur, ut Solis cursum repereris quidem, sed moriens tamen ejus doctrinam imperfectam reliquerit: quod tuerintur Bellerophonem non equo victore, sed contemplatore animo elatum in cælum; quod Dædalum ea contemplatione, quasi alatum remigio ad Arcos evectum, quam Icarus non smitatus (quippe rationum demonstratio-
In Syn. nes, ut Gregoras habet, non perinde intelligens) à germana rerum cœlestium cognitione exciderit; & quæ plura alia
de A- Lucianus recenset; ut de Endymione Luna amasio, de Ti-
strol. refia vate, & similibus. Num tamen præterire non juvat,
In Ifig. quod tam apud ipsum, quam apud Tatium memoratur,
quodque, quia jam est Heroicorum temporum accedere pro-
piùs ad id, quod Historicum appellant, videtur. Illud est,
quæ suborta fuit inter Atrewn, & Thyestem de Regno con-
tentio. Cum publico enim Argivorum consensu illi esset
Regnum decernendum, abs quo præclarius quoddam scien-
tiae exhiberetur specimen; idcùm fuit Regnum ipsi Atreo
delatum, quod licet Thyestes Arietem in cælo monstrasset
(unde & fuit aureo Ariete donatus) ipse tamen quidquam
præstantius propalaverit, dum exortuum Solis varietatem
edisserens, ostendit non eodem Solem, & Mundum (hoc
est Orbem stellatum) ferri, sed in parteis oppositas; & eum,
qui Mundi occasus est, ipsum esse exortum Solis. Heinc
est illud Euripidis,

Ariæ

Præfatio.

XVII.

Διάλεκτος της αρχαίας ελληνικής γλώσσας.

Qui Astrorum enim contrariam ostendi viam.

Ad eadem spectat tempora, quod celebre est Herculem instituisse primum Olympica certamina, quæ post factam interruptionem Iphitus instauraverit. Quia enim ii ludi non alio fine fuisse instituti (ut ex Censorino intelligi potest) cap. 18. videntur, quam ne ob illorum celebritatem ignorari posset quæ facienda foret quarto quoque anno sesqui-mensis intercalatio, ob quater undecim, seu quadraginta quatuor dies, quibus motus Lunæ Solarem anteverteret; & quater sex horas, five unum diem, quo solis circuitus diebus quater trecentis sexaginta quinque effet major; idcirco id factum citra observatos Solis, ac Lunæ motus non potest. Spectat & quod ferunt de Orpheo, qui debuerit sanè observasse septem Planetas, si probabile sit, quod ait Lucianus, ipsum illorum de A- harmoniam representasse per septichordem Lyram, quam propterea Græci in cœlo designaverint per aliquot stellas. Spe-ctat, quod Sophocles de Palamede ait, qui & cœlestia mon-straris, & speciatim

Χερτού. εργαφάς π. ηγ. πανδός Φυγερός Δέσμων.

Ursæ Rotatus, gelidum & occasum Canis.

Spectat denique, quod Homerus recenset, ut res jam tum iis temporibus, notas, præter Booten quidem, & Vrsam, seu Plaustrum,

Πλαυστρος Ηδας π. ηγ. δισθ. οιενθ.

Pleiadas, atque Hyadas, roburque ipsum Orionis.

Odyss.

E.

Ut

XVIII. In Tychonis Brahei Vitam

Ut jam accedamus ad Historicum tempus, tota penè de Observationum antiquitate controversia; inter Ægyptios, & Assyrios, Babyloniosve agitur. Nam Græci quidem, qui viderentur posse cum ipsis contendere, hanc illis palmam, vel ipsius Platonis confessione, cedunt. Is scilicet, Qui primus, inquit, ista inspexit, fuit Barbarus. Antiqua enim regio viros illos nutriit, qui primi ad ista applicuere animum, ob æstivam cæli pulcritudinem, qualem obtinet Ægyptus, & Syria, ubi omnes, ut sic dicam, stellæ perspicuè, tanquam amandatis procul nubibus, pluviasque, cernuntur. Et certè, si illud, quod jam attigi de Iphitea institutione, instaurationeve Olympiadum, quæ annis paullò minus octingentis ante Christum contigit; itemque lib.

cap. 18. bros non modò Homeri, sed maximè quoque Hesiodi, qui sub idem tempus, aut non multò antè floruerunt, excipias; nihil habent Græci antiquius observationibus Thaletis, qui annis sexcentis ante Christum floruit, & quam adhuc habuit cælestium rerum notitiam, ipsam ex Ægypto deduxit. Cùm soli itaque Ægyptii, illorumve Sacerdotes sint, qui cum Assyriis, seu Babylonis, Philosophisve illorum, Chaldaeis vocatis, de Observationum vetustate certent; difficile sane est dictu, utris ea tribuenda laus sit. Nam quamvis Josephus Chaldaeis primas tribuat, alii pro Ægyptiis stent; & Plato tamen, & Cicero, & Diodorus, & Lucianus, & Achilles Tatius, & alij sic utrosque citant, ut utrique non alia, quam Astrol. sua ipsorum fide nitantur. Neque id sane mirum; quando alfag.

utri-

*1. Aut.
2. in E-
pin.*

*De di-
vin.lib.*

*1. & 2.
lib. de
Astrol.
alfag.*

utrique se pariter camporum planities, serenitatéque aëris tueruntur, utrique dicunt alteros quandam sui esse coloniam; utrig. initia fabulosa jaētant, quæ discutere operosum sit; utrig. paria de tempore, ex quo usque observant cælestia, mentiuntur. Chaldaeī enim apud Diodorū incubuisse se illis di- loc.cit. cunct ab annorum millibus quadringentis tribus; & Ägyptii apud Ciceronem, millibus quadringentis, & septuaginta. Nisi loc.cit. fortè Ägyptios velis vincere, quòd pretium sibi auctione faciant? Quasi ipsis satis non fuerit jaētare illa apud Laēr- inPræ- tium annorum millia quadringinta novem, quibus ab usque fat.
 Vulcano Nili filio, ad usque Alexandrum Macedonem Eclipses contigerint, Solis quidem trecentæ septuaginta tres; Lunæ verò octingentæ & triginta due? Hisce itaque prætermis̄, negandum non est quidem, quin aliquot sæculis ante Thaletis, cæterorumque Græcorum peregrinationes, Ägyptiū obseruaerint; at ex quo usque tempore, res in fabulosum, ac planè occultum revolvitur tempus. Cūmque, tametsi Plinius scribat Epigenem non antiquiores apud Babylonios lib. 7. reperiisse observationes, quam septingentorum viginti annorum c. 56. coctilibus laterculis inscriptas; & quæ Eclipses antiquissimæ ex iis repetitæ, fuere ab Hipparcho ad Ptolemaeum transmisæ, eodem propè annorum ante Christum numero sint; ac ad idem tempus pertineat, quod Berossus, & Critodemus non antiquiores existare suo tempore dixerint, quam quadringentorum triginta annorum; ut apud eundem Plinium est: Cūm, loc.cit. inquam, amplius aliquid ultra id tempus dederimus: at non

XX. In Tycho Brahe's Vitam

profectò ultra id largiemur, quod sunt ipsimet Chaldei profesi, cùm testati fuere interroganti Callistheni (Aristotelis scilicet hortatu, ut apud Simplicium est) nihil se habere annis mille nongentis, & tribus antiquius; qui anni quidem incēpisse cum Nino Beli filio, & Assyriorum Rege primo videntur. Ac tanta est quidem, quæ colligi ad summum potest Observationum antiquitas; ut videlicet non excedat mille, & nongentos ante Alexandrum annos.

At verò, secundum tandem est, quod observatum ab utrisvis fuit? Quod existet quidem, ab Aegyptiis nihil, à Chaldeis parùm. Nam Aegyptii quidem Caniculae exortum, & alia observata perhibentur; refertque etiam Pomponius Mela insculpsisse illos obeliscis suis, Sidera, ex quo Aegyptii sunt, cursus suos quater mutasse (quod quatenus acceperint, aut quomodo intellexerint quod Herodotus explicat, Solem bis ortum fuisse ubi nunc occidit, bis occidisse ubi nunc oritur, harriolari nihil est necesse) at nulli observati cuiusquam, cum temporis designatione, transmissa ad nos memoria est; à Chaldeis autem memoratas illas apud Ptolemaeum Eclipseis; sed nihil tamen amplius transmissum habemus. De Aegyptiis verò cùm loquor, ipsum Ptolemaeum sepono, ceterosque, qui Alexandriae ab annis circiter ante Christum trecentis, seu post Alexandrum floruerunt, ut Timocharis, Eratosthenes, Hipparchus: iūnimirum fuere vel Græci, vel ob Græcam linguam Græcis accensendi, potius quam antiquis Aegyptiis, quorum inventis, observationisq; ne Ptolemaeus quidem, sine controversia Aegyptius,

quic-

quicquam fuit adjutus. Sed enim, quod tam ad Chaldeos, quam ad Ægyptios attinet, distinguenda sunt duplia obseruata, quæ juxta receptionem vulgo distinctionem dici Astro-nomica, & Astrologica valeant; illa pertinentia ad motus, magnitudines, distantias, proportiones siderum; ista ad effectus, quos à sideribus pendere hariolati sunt, tam in affectionibus aeris, quam in actionibus, rebusque humanis. Videlicet utraque gens mirè in superstitionem prona, perculsa primùm visis mirandis Solis, ac Lunæ defectibus, ac adnotatis subinde Stellis, quæ contrariam cæteris irent viam, cogitare coepit, & ista non sine causa contingere, & opus solùm esse studio, quo ea, quæ exinde portenderentur, cognosci possent. Unde & quia, ut de Chaldeis speciatim Diodorus testatur; lib. 2.
attribuere vim maximam quinque stellis Errantibus, illas nempe interpretati voluntatis Deorum Nuncias, quòd non unā, eademque viâ cum Inerrantibus incederent; quòd nunc ad hæc, nunc ad alia loca orirentur, & occiderent; quòd magnitudinem, coloremque variarent; ideo his, aliisque hu-juscemodi varietatibus applicandum esse animum censuerunt. Cùmque existimarent, quòd locus editior, unde hæc observarentur, foret, eò posse omnia distinctius, evidenterque perspici; ideo fuere illis construēta summæ altitudinis ædificia, ac Babylone nominatim immensa illa Turris, descripta ab Herodoto, ex summa cuius area, in qua erat & Beli templum, siderum ortus, occasus, alijs, posset exactè, ut Diocritus idem memorat, adnotari. Deprehendere aliunde



XXII. In Tychonis Brahei Vitam

quinque illos Planetas eundem prope cursum, quem Lunam;
Solemque tenere, ac Zodiacum proinde signarunt, in eoque
vim esse insignem ominati sunt, quod Planetae omnes in ipso
semper versarentur. Distinxere autem ipsum in duodecim
parteis, seu signa; quod eum Luna duodecies, donec Sol se-
mel, percurreret; & prout numero dierum, quo Sol unum sig-
num pervaderet, subdivinxere quodlibet signum in triginta
parteis, quas dicimus Gradus. Mitto ut proinde voluerint,
ex eodem Diodoro, duodecim esse principes Deos, quibus sin-
gulis unum signum, unumque mensem tribuerint; ut triginta
Stellas Planetis substituerint, quas & dixerint, Deos con-
siliarios; ut duodecim semper apparentis ad Boream, duo-
decim semper inconspicuas ad Austrum habuerint, quarum
illas viventibus, istas congregatis mortuis deputarint, simi-
liaque insomnia; ac refero solum, quo artificio distinxe-
rint Zodiacum in duodecim parteis. Exstat res Chaldaea
Astrol.
1. in
forni.
21. quidem apud Sextum Empericum, de Aegyptius verò apud
Macrobius.

Utrique igitur acceptâ in vase angusti infernè foraminis
aquâ, effluere illam permisere in vas aliud suppositum, ab ex-
ortu cuiuspiam stellæ una nocte observato, quo usque nocte in-
sequente exoriretur iterum. Exceptam vase inferiore aquam
divisere in parteis duodecim æqualeis, & paratis v. sculis duo-
bus, unam aquæ duodecimam sigillatim capientibus, ac refusâ
totâ in vas superius aquâ, attendere ad exortum alicuius Zo-
daci stellæ, permiseréque effluere aquam in vasculorum al-
terum,

terum, & quo momento id foret oppletum observata simul alia ex oriente stella, commutaveret vasculum, & sic alternis procedentes, nisi una nocte, saltem pluribus, adnotaveret duodecim stellas, quibus totus Zodiacus in duodecim parteis discriminaretur. Quam illi proinde exq: iſi è dimensiō cœlum fuerint, vel ex hoc exemplo conjectari licet. Adferrem aliud de Chaldaicis ex eodem Empirico, apud quem, cum illi nascentium loc.cit:
hominum fortunas pendere præsertim ab Horoscopo, signo
re ex oriente vellent, sic se componebant ad id observandum,
ut ex duobus unus parturienti adstaret, alter in loco edito
consideret, ac nato mox infante, ille indicum ficeret, iſte,
quod tunc signum exoriretur, adnotaret: verūn in ferre a-
liud præstat, quod de Ægyptiis habet Macrobius. Ii, cum ibid. ei
vellent Solis Diametrum per nosse, habuere vas saxeum in ^{20.}
hemisphærii formam excavatum, & aquabiliter constitutum,
cum stylo ad medium erecto, & lineris horarii duodecim in-
serductis. Ipso autem die æquinoctii, attendentes ad momen-
tum, quo Solis ora superior horizontem stringeret, adnota-
vere simul in labro vasis locum, quem præter-raderet stylis
umbra. Adnotato deinde loco, in quem umbra desineret, dum
ora Solis inferior emerget ex horizonte, dimensi fuere in-
terstitium inter duas umbrarum notas, ac deprehendere id
esse prime horæ partem nonam, sive hemisphærii centesimam
occlavam, & totius proinde circuitus ducentesimam sextam
decimam; deduxereque exinde Solis Diametrum esse sui or-
bis ducentesimam decimam sextam partem (qua est tamen
proximè

XXIV. In Tychonis Brahei Vitam.

proximè septingentesima) seu continere gradum unum , ac
beſsem , centum ve minuta ; quæ eſt tamen ſolum dimidii pau-
lo ve amplius , gradus , ſive minutorum triginta , aut triginta

Lib. 9. unus. Non memoro autem tale eſſe & vas , quod Scaphen

cap. 9. Vitruvius appellans (uti & Martianus Capella Scaphidium)

Lib. de Geom. ejus inventionem Aristarcho Samio attribuit. Non memoro
etiam praxin quidem fuīſſe , ut diameter Solis captaretur per
hydrologium , colligereturve ex aqua eto die fluentis parte ,

Lib. de mac. quæ donec Sol totus exoriretur , defluxisset , ut à Plutarcho

Lu. lib. infiuatur , & à Capella deducitur ; cum & Cleomedes ra-

8. Lib. 2. tionem hanc dimetiendi per hydrologia ab Ægyptiis primùm

c. 1. excogitatam prodat. Interim autem iſtæ attingo , quia nihil
liceat objicere , quod obſervatum ſive ab Ægyptiis , ſive à
Babyloniiſ fuerit exquisitiūs .

Et argumentum præterea viſ? Ii abſuere longiſſime , ut
ſuſpicarentur quempiam eſſe motum stellarum Inerrantium
proprium ; ut ullam Eccentricitatem (niſi quòd Ægyptiis , ex
Macrobiō , & aliis censuere Venerem , & Mercurium cir-
cumire , ut centrum , Solem) ut ullum proinde in Sole eſſe
Apogeum , aliaque ſimilia : ex eoque effectum eſt , ut nullas
commenti Hypothefis eſt , quibus regi in calculis va-
riorum motuum instituendis poſſent. Et conqueri quidem fo-

In pro- let Petrus Ramus , quòd jam non habeamus Astronomiam im-

æm. munem Hypothefib⁹ (atque id circō facilem) qualem apud

Mat. Ægyptios , Babyloniosque exſtitiffe ipſi interpretes Aristoteliſ , & Proclus in Timæum teſtantur ; ſed nimirum con-

queritur .



queritur, quod non pariter tam habeamus, quam illos utrosque imperfectam. Nam utcūque aliae alius simpliciores (sicque faciliores) sint Hypotheses; constare tamen Astronomia sine aliquibus non potest. Henc observare illi quidem Planetas nunc esse directos, nunc retrogrados, nunc statarios; & nunc borealius, nunc australius divagationes peragere; at dicere non poterant qua ratione hæc apparere, cogique in numeros possent. Suis solùm illis Hieroglyphicis hos, ut poterant, motus repræsentabant, ut putà flexuosis Serpentum corporibus; quemadmodum & motum Solis ipso incessu Scarabei suam pilulam retrorsum volventis; ut apud Clementem est; evenisque proinde, ut Eudoxus, qui istam motuum varietatem apud illos didicerat, exstiterit primus, ut Interpretes Aristotelis adnotant, qui variorum orbium commentus Hypothesis fuerit, quibus Phænomena explicarentur. Longissimè aliunde abfuere, ut haberent Fixarum loca exquisitè determinata, ut putà secundum longitudinem, & latitudinem; aut secundum ascensionem rectam, & declinationem; quare neque potuere vera Planetarum loca ex comparatione ad Fixas definire, neque adeò exquisitè illas observationes designare. Hæcque profeclò fuit causa, cur Hipparchus nullas observationes idoneas neque ab Ægyptiis, neque à Babyloniis habuerit, ex quibus ad condendum sive Hypothesis, sive Tabulas, repræsentandis motibus quinque Errantium, juvaretur; ac Ptolemæus primus fuerit, qui, ut exstat in Almagesto, partim relictus ab

In lib.
de co-
lo. &
12. Mo-
raph.

Lib. 9.

Hip.
c. 2.

XXVI. In Tychonis Brahei Vitam

Hipparcho, partim peractis à seipso observationibus, aggredi id operis potuerit. Longissimè quoque abfuere ut explorati quidpiam circa siderum, cælivè distantiam, magnitudinemque haberent; nam ratio quidem illa Aegyptia, quam Petrus fisis, & Necepsos, Plinio referente ostenderunt, docentes unum gradum in circulo, seu Cælo Lunæ triginta tribus stadiis paulò amplius patere, in circulo Saturni duplex, in circulo Solis mensuræ utriusq; dimidium; Ratio, inquam, illa quæ in fieri innixa observationibus accuratis, vel ex eo potest intelligi, quod exinde diameter Lunæ gradus circiter dimidium complexa, colligatur stadii septendecim non major. Solæ ergo Eclipses fuere, quas observatas utriusque illi sic habuere in commentariis, ut possent ex præteritis quidpiam conjicere de futuris. Ac non sanè ex supputatis Tabularum exquisitarum ope, Solis, ac Lunæ motibus; sed quia, cum deprehendissent, decimo-nono quoque anno Eclipses redire ad eosdem ut pluri-mùm dies; ideo tentavere prædicere, quæ, & quando aliquæ essent eventuæ: idque ex quo animadverterunt non anomaliam aliquam in Sole, sed aliquam tamen in Luna inæqualitatem, quam, reducentes ad medium, censuere Lunam peragere dietim, (quod apud Geminum de Chaldaïs habetur) gradus tredecim, cum paulò plus sextante. Fuere autem in prædicen-dis Lunæ Eclipsibus fidentiores, tum quia Eclipses per tria proximè saecula intra eosdem dies redeunt; tum quia ob ma-gnitudinem umbræ Terræ, rarum est: ut Luna non in eam tota, sive parte incidat; at circa Solareis, quia Luna &

in E-
lem.

Astron.

tam

Præfatio.

XXVII.

tam parva est, & tantam parallaxin habet, ut Solem plerumque non præcipiat; idcirco, ut de Babylonii speciatim Diidorus testatur, illi non fuere ausi ipsas ad certum tempus redigere: supereratque proinde solum, ut, si quas prædicereent, eam conditionem adhiberent, si modò Dii cæteronius, precibusque ad eas avertendas non fleclerentur.

Nimirum, quia iidem erant Sacerdotes, ipsorumque intererat, ut voluntatis Deorum reputati interpretes, ac ideo futurorum consciū, peritique cæteroniarum, quibus Dii delarentur; ideo, ne nihil dicerent, & falli tamen non videbantur, habebant omnia in mysteriis, eaque fovebant opinio-nibus, ritibusque superstitionis. Ægyptii sanè in magna Sacrorum parte habebant libros Mercurii Astrologicos (unum, de ordine Inerrantium, alterum, de Solis, ac Lunæ con-junctione, & illustratione; & tertium, quartumque de Ortu) quos qua solerent pompa circumferre apud Clementem describitur; neque mirum proinde est, si qui Sacerdotes illos, adeò sacros, soli legerent, esse Vates reputarentur. Quod nullam interim mentionem quinque Errantium factam vi-deas, ideo esse videtur, quod illis energiam solum quatenus ad Inerranteis referrentur, tribuerent; ac speciatim quatenus in hac, illave parte Signi alicuius Zodiaci forent, cùm que ipsa orirentur, aut occiderent. Tantum certè partibus Zodiaci tribuerunt, ut Babylonii, ac illos imitati Perse, & Indi singulos Decanos, denosve gradus, seu trienteis Signorum, ac Ægyptii quoque gradus singulos, variari non posse in Lib. 6. Strom.



XXVIII. In Tychonis Brahei Vitam

ortu censerent, quin variatio quedam insignis in eo præser-tim, qui per id tempus nasceretur, contingere. Propter eā

Lib. 1. scilicet *Ægyptii* confecerant apud Diodorum magnum illum Circulum aureum, crassitudinis cubitalis, & trecentorum sexaginta quinque cubitorum ambitus, à Cambyses tandem direptum, ut in singulos cubitos totidem anni diebus respon-denteis insculperetur, quæ sidera dietim, ac in horas orien-tur, aut occiderent, quidque simul significarent: & cùm cæte-ri singulis Decanis singulareis formas animalium tribuerent, attribuerent ipsi gradibus singulis, ac suas subinde adhibe-rent hariolationes. Exempli enim gratiâ, primo gradu Arietis assignabant virum falcam dextrâ, balistam sinistrâ tenentem; Secundo virum capite canino, dextrâ protensâ, & levâ gerentem baculum, &c. ac tum, adscripta signifi-catione, decernebant eum, qui pro horoscopo haberet primum gradum Arietis, aliquando agricolam, aliquando militens futurum; eum, qui secundum, rixosum fore, ac invidum;

In Ma-ni-lib. 5. atque ita de cæteris, quæ ex Aben Ezra Scaliger deduxit.

Ut verbo dicam, quicquid notitiae tam *Ægyptii*, quam Chaldaei habuere de Sideribus, id ad Astronomiam totum retulere; atque idcirco apud illos non tam Astronomia ger-mana, quam spuria, hoc est Astrologia divinatrix viguit, Memoratus certè Berofus, paulò post Alexandri mortem, in Græciam adventans, nihil solidi de Astronomia attulisse pro-diitus est, sed invexisse divinatricem dumtaxat Astrologiam;

Lib. 9. cap. 7. ob quam, ut rem novam, & populo miram, sicut ex Vitruvio,

Plinio que

Plinioque magni habitus: Et, qui jam antè ex Aegypto Eu- Lib. 7.
doxus redierat, nōrat quidem, cuiusmodi hec Astrologia, cap. 37.
(cujus cultores primariū citarentur Petosiris, Necepsis,
*Aesculapius) foret; verū ipsam mirificē, ut Cicero habet,^{2. De}
contempsit, ac frugi aliud nihil ritulit, quād, ut Thales, & divin.
alii, clenchum aliquot Eclipseon, & quas jam memoravimus
varietates motuum Errantium Stellarum, quibus prīmus co-
natus fuit adhibere Hypothēsis. Quin etiam Plato, qui cum
Eudoxo, ut à Strabone scribitur, fuit in Aegypto per trede- lib. 17.
eim annos, (tametsi ab aliis scribitur per pauciores) profes-
fus est sē nihil explorati circa eisdēm stellas habere; ac id-
circō solum in sagacitate, solertia sue Græcorum, qualem
Eudoxum nōrat, spem posuit. Postquam enim quicquid de
illis perspectum habuit, commemoravit, Ita vero, inquit, in Epi-
habendum, quicquid à Barbaris Græci accipiunt, id nom.
seddi ab ipsis perfectius; quare & idem circa ea, de
quibus est dictum, cogitare licet. Nempe difficile est
quidem modum invenire, quo hæc omnia adeò involuta explicitur; verū magna est, præclaraque spes,
ut ista præclarius, meliusque, quam à Barbaris tra-
*ducta fuerint, constituantur.**

Ad Græcos itaque ut accedam; quæ antiquissima apud
illos exstat observati Cœli memoria, ea videtur esse Hesiodi,
qui Agricolis tempora metendi, serendi, & alia, ex ortu, occa-
suque Pleiadum, Hyadumque, & Arcturi, Sirii, Orionis, in
libro operum, dierumque præscriptis,



XXX. In Tychonis Braheei Vitam

πλανήσιον Αστρονομίαν ιερωπόριον.

Donec Pleiades, quæ & Atlantides, exoriantur, &c.

lib. 18. nescioque, an is, an alias sit liber, quem intelligit Plinius,
c. 25. cùm de Hesiodo loquens, Hujus quoque, inquit, nomine exstat Astrologia. Hoc interim loco duo sunt adnotanda. Unum, attendisse Græcos primitus ad hosce ortus, occasusque, tum ut varias anni tempestates disserent, tum ut pluvias, ventos, & alias affectiones aëris illos consequi solitas, designarent. Unde & fuere exinde à Thalete, Anaximandro, Democrito, Euclémone, Metone, Eudoxo, pluribusque aliis, confecta Parapegma, seu Tabulae quædam, quasi Ephemerides; vel Diaria, in quibus ad dies anni singulos adscribebatur, quæ Sidera aut orientur, aut occiderent; & quas futuras aëris affectiones significarent. Tale Parapegma confecit etiam postmodùm pro horizonte Romano Ju-

Ex Gem. Ptol. & aliis lib. 10. litis Cæsar; ut dicere proinde apud Lucanum potuerit,

Nec meus Eudoxi fastis superabitur annus.

lib. 1. Eo illum certè Ovidius suos in Fastos transfundit, testatus initio se simul exorta, lapsaque sub terras Signa cantaturum. Sed de Græcis ut dicam; is apud eos magnus habebatur Astrologus, qui hæc compenisset, obseruassetque, & de quo proinde dici posset, quod de Conone ait Catullus,

Omnia qui magni dispexit lumina Mundi,
Stellarumque ortus comperit, atque obitus.

Vide-

*Videlicet ante Berosi adventum sola hæc erat apud Græcos
præsignificatio, sive ex Astris divinatio; nisi
quòd apud eundem Hesiodum deducitur, qui dies Lunæ cum
reputarentur fausti, ac infæusti.*

¶ q̄d̄b̄ b̄ m̄ḡt n̄, n̄ id̄p̄, iñp̄ t̄k̄e.

in dieb.

*Primum, prima dies, & quarta, ac septima
sacra, &c.*

*Alterum, esse apud Græcos, uti & apud alias nationes, omni
majus memoria, redactas stellas in Imagines, Constellationes.
ve habere, ac denominatas quidem parte maxima (quantum
nomina indicant, ac reputare congruum est) quatenus ab ini-
tio placuit Agricolis, Pastoribus, Nautis, quibus per noctem
degere sub dio familiare est. Quanquam & fuere aliquæ con-
stellationes recentius adjectæ, ut à Thalete Plaustrum mi-
nus, quod Laërtius, & Tatius recitant ex Callimacho, qui
& aliunde celebravit, quod Catullus est imitatus, fuisse à
Conone in cælum Comam Berenices inductam. Reperit etiam
Cleofstratus ex Hygino Haedos : tametsi, quod Plinius illi
quoque tribuit Signorum Zodiaci inventionem, ita accipien-
dum videtur, quasi ostenderit per que Signa Sol, & ceteri
Planetae incedant. Erant autem, ut hoc attingam, distincta
apud Græcos in Zodiaco Signa solum undecim; postmodum
verò adjecere duodecimum juxta Ægyptios, qui, ut ex Ser-
vio, Martiano, & aliis intelligitur, pro Chelis Scorpionis
constituebant Libram, locum à Virgilio etiam Augusto de-
stinatum*

Lib. 1.
in flag.
de Co.
Ber.

Lib. 2.
Astron.
1. 1. c.
3.

In 1.
Georg.
1. 8.

-- Ipse

XXXII. In Tychonis Brahei Vitam

I. Ge- — Ipse tibi jam bracchia contrahit ardens
o. g. Scorpius. —

Adjecere, inquam, ut quemadmodum totus Zodiaci ambi-
tus in Dodecatemoria, seu duodecim parteis aequaleis distri-
buitur, ita & constaret ex duodecim Signis. Tamen si, quia
utendum fuit Signis, cuiusmodi casu, & sine arte distincta
habebantur, non respondere Signa praecepsè Dodecatemoriis
suis, ob majus spatium, quod occuparent, Leo, v. c. quam
Cancer; Taurus, quam Gemini. Gemini, inquam, qui li-
eet Castor, & Pollux dici soleant, non ipsis tamen in spa-
cio tam parvo illud competit, ut uno oriente, alius occidat,
occidente oriatur; sed nimis hoc, quod de Diocuris pro-

2. adv. ditum est, de duobus Hemispheriis Empiricus interpretatur.

Phys. Prætero autem suas, variisque nationibus variis constella-
tiones fuisse (nam apud Aegyptios, v.g. non Urfa, non Ce-
nissag. pheus, non Draco, sed aliae Formæ, quemadmodum Tatius

memorat, exstiterit) ac addo dumtaxat, videri Eudoxum
esse primum, qui partim Aegyptius, partim Graecas imagi-
nes repræsentari in Globo, solidave Sphæra curarit. Siquidem Aratus (in cuius Poëma inscriptum φανάρια. Appa-
rentia, tot edita sunt Commentaria, ut, ne memorem Cice-
ronem, Germanicum, Avienum, alias Latinos interpretes,
Graeca exstiterint circiter quadraginta) Aratus, inquam,
nihil aliud, quam carmine expressit, quod Eudoxus prosa in

Lib. 1. altero duorum hac de re librorum exposuerat, veluti Hip-
in Ar. parchus Bythinus demonstrat. An obiter vero adnotem, non

esse

Præfatio.

XXXIII.

esse mirum, si Aratus in multis aberraverit; quandò, ut in illius vita traditur, cùm apud Antigonus Gonatam ipse Medicus, & Nicander Astrologus degerent, & uterque carmina eleganter scriberent; Rex præscripsit Medico, ut Poëseos specimen in Astrologicis (tradito illi Eudoxi libro) Astrologo, ut in Medicis (Theriacis nimirùm, & Alexipharmacis) daret. An adnotem quoque Phænomena Euclidis, qui sub idem tempus floruit, docuitque Alexandriae, ut ex Pappo intelligi- lib. 7.
tur, alterius esse generis; quippe que nihil aliud sint, quam principia quædam Astronomiae, de Mundi figura, & circulis Sphære, ac potissimum de Zodiaco.

Sed ad antiquiores ut redeam, diximus jam primùm, qui posterior Hesiodi, Homerique temporibus, fuerit scrutatus sidera, Thaletem Milesium haberi. Is certè Apulejo, ut antiquissimus, sic peritissimus Astrorum contemplator dicitur; ac apud Laërtium Eudemus testatur, hanc plerorūmque fuisse sententiam; & quod primus Solis Eclipseis, conversionesque prædictis, hanc ob causam Xenophanem, ac Herodotum fuisse admiratos, additque Laërtius Heraclitum, & Democritum idem attestari. Quod Apulejus porrò subiicit eum reperisse Siderum motus, & obliqua curricula; id Plinius quidem Anaximandro illius discipulo tribuit (unde & eum primum rerum fores aperuisse dicit) tribuit & Diodorus Oenopidi Chio: què poterat tamen ignorare Thales obliquitatem Signiferi, qui & de Solsticiis, & de Aequinoctiis, ut apud Laërtium habetur, scripsisset; & fuisset diu **** in



XXXIV. In Tychonis Brahei Vitam

in Aegypto cum Sacerdotibus conversatus? Profecto & quod perhibent praedixisse illum, inter cætera, celebrem Eclipsin, quæ tempore belli inter Medos, Lydosque in Sole contigit, non alia fecisse ratione videtur, quam quia cum recens ex Aegypto advenisset, nosset solere Eclipses redire ad eosdem dies post novemdecim annos; & ob quampiam, quæ contigisset ante annos novemdecim, conjiceret aliam illo tempore eventuram. Neque enim est, cur quis reputet, potuisse alioquin totam illius vitam sufficere ad omnes motus Solis, ac Lunæ sic observandos, ut communisci exinde omnia supputandis Eclipses temporibus necessaria posset. Quin-etiam, non alia ratione vide-

In vita tur deinceps Helicon Cyzicenus eam Solis Eclipsin ex Pluton. tarcho praedixisse, ob quam fuit Dionysio admirationi habi-

In vi. suis, ab eoque argenti talento donatus; Neque aliâ item Sub-
Pauli pitiis Gallus eam Lunæ, quam opportunè Romano exerci-
1. 2. c. 12. 1. 8. c. 11. tui adversus Persem pugnaturo praedictam, celebrant non
l. 1. c. 2. cap. 10. lib. modò Plutarchus, & Plinius; sed etiam Valerius, Quintilia-
nus, & alii: quippe alii prædicendi ratio ante Hipparchum,
76. qui Hypothesis, Tabulasque idoneas condidit primus, min-
mè fuit. Ut præterea porrò Laërtium attribuere Anaxi-

1. 2. c. mandro, quod Plinius tribuit auditori illius Anaximeni (ip-
sum nempe primum invenisse Gnomonem, quo Solis conver-
siones, seu Solsticia, & Aequinoctia indicarentur, ac talentum
constituisse Lacedæmonem) spectat ad eadem tempora, quod
Lib. 9. Pythagoras deprehendisse primus dicitur à Plinio (tametsi id
Parmenidi apud Laërtium Phavorinus tribuat) Luciferum,
& Vesse-

& Vesperum eandem Veneris stellam esse. Fortè ad hanc ex matutinam in vespertinam, ex vespertinam in matutinam conversionem Veneris accommodari valeat; quod D. Augustinus ex Varrone refert Ogygis temporibus (illis scilicet adhuc rudibus) mirabile in celo exsistisse portentum, Stellam Veneris nobilissimam mutasse colorem, magnitudinem, figuram, & cursum. An verò putemus Pythagoram potius rem hauisse ex Egyptiis, à quibus quia, iuxta ante dicta, edoceri potuit, non Venerem modò, sed etiam Mercurium Soli circumduci, ut proinde utrumque sidus nunc matutinum, nunc vespertinum sit; ansam exinde accéperit conjiciendi Solem, non modò in illorum, sed in cæterorum etiam Planetarum, atque adeò etiam totius Mundi centro exsistere; ac Terram quoque circa ipsum, tanquam Planetarum unum circumferri? Hoc sanè subinde fuit celebre Schole ipsius placitum, ut non ex Aristotele modò universè intelligitur; sed speciatim quoque de Philolao ex Laertio, de Aristarcho ex Archimedē; ne ea memorem, quæ Plutarchus variis in locis hac de re habet; ac illos præteream, qui Terram non tam circa Solem, quam circa proprium axem diu taxat dietim converti senserunt; ut Timaeus, qui à Seneio, post Platonem, ~~de generatione~~^{de generatione}. Astronomus summus dicitur.

Cæterū, per tempora eadem Thaletem proximè inse-
quuta, qui Cleostratus memoratus est Zodiaci Signa depre-
hendisse, cùm attenderet intercalationem, quam diximus
antè, quarto quoque anno Olympiadico fieri solitam, restituere

***** 2

quidem

2. De
celo
13. lib.
8. in
Aren.
in Nu-
ma, in
Plat.
qu.&c.

De
don. ad
Pæon.
in Tim.

XXXVI.

In Tychonis Brahei Vitam

quidem ad eundem diem motum Solis; non restituere autem motum Lunæ, nisi octavo anno, seu post duas Olympias, quibus intercalati essent nonaginta dies, seu tres menses; ideo Tetraëteridis, seu spatii quatuor annorum vice, invexit Octaëterida, sive spatium octo annorum, quo exacto, Novilunia, ac Plenilunia ad eosdem dies recurrerent. Cum brevi tamen deprehensum fuisset institutionem hanc fallere, & varii variè adhiberent medicas manus; Meton demum, paulò Eudoxo antiquior, demonstravit ex Noviluniis, Pleniluniisque Eclipticis, ea non redire ad eosdem dies, nisi post annos novemdecim; unde & author exsiliit Enneadecæteridis, hoc est, Periodi, Cycli-ve Decennovenialis. Ille proinde, & quia primus constituit in foro Heliotropium, Solareve Horologium, quedamque alia præstis; magni habitus apud Atheniensis fuit. Quod ad Periodum tamen spectat, Callipus, qui fuit Aristotelis familiaris, attendens esse illam aequo prolixiores diei quadrante, censuit ex quatuor Periodis detrahendum esse unum diem; sicq; novam Periodum annorum septuaginta sex, sive quater novemdecim, quibus exactis, unus dics detrahetur, introduxit, quæ & Callippica est dicta, & diu per celebris mansit. Succedens postmodùm Hipparchus deprehendit illam esse adhuc nimiam; ac debere adeò post quatuor Callippicas Periodos, seu annos trecentos, & quatuor, detrahi unum præterea diem. Ac saeculorum quidem complurium experientia deinceps docuit ad Hipparchicam detractionem esse annos insuper novem, aut decem exspectandos: sed utcumque sit,

sit, adnotari potest Periodum Metonis, cum Callippica correctione adhibita, fuisse diuturni in Ecclesia usus, titulo Aurei Numeri; tametsi, quia illi adhibita simul Hipparchi correctio non fuit, error dierum circiter quatuor, à tempore usq; Concilii Nicæni, circa Novilunia, Pleniluniaq; jam irrepserat; cùm hæc deniq; una fuit, ex duabus præcipuis, anno superioris saeculi octogesimo secundo, Calend. iulij reformandi causis.

Ut jam, quod semel, ac iterum de Eudoxo, insinuavi, resumam; Is, cùm post redditum ex Ægypto, nosset non modò Solem, & Lunam, sed quinque etiam Errantes stellas circumire Zodiacum; atque ita quidem, ut tam Sol, & Luna, quam eæ stelle variarent interdum latitudinem, seu à medio Zodiaci, orbitave Ecliptica deviarent (nempe Solem quoque exorbitare opinabatur) ac Stellæ præterea non progrederentur modò, sed interdum quoque regrederentur, ac starent; ideo cogitans qua ratione ista peragi in natura possent; imaginatus est, præter Aplanen, seu Sphærā inerrantium, quæ suprema omnium circum-raperet in occasum ceteras, debere attribui tam Soli, quam Lunæ treis Spheras, & Stellarum singulis quatuor; quarum una, eaq; suprema, sequeretur impressionem Sphæra Fixarum, seu mavis Primi Mobilis; succedens referret in ortum; tertia deviationem ab Ecliptica faceret; quarta, seu infima in Stellis, directionem, stationem, retrogradationem libratione quadam crearet. Euere proinde Eudoxo Sphærae universè viginti septem, eaque omnes concentricæ, ut superiores possent inferiores abripere, & istæ possent



XXXVIII. In Tychonis Brahei Vitam

intra illas convolvi. Callippus deinde duas Soli, duas Lunæ; Marti, Veneri, & Mercurio singulas adjunxit; sicque habuit triginta treis; Aristoteles autem Sphæris omnibus, quæ Aplani motum non sequerentur (exceptis tamen Lunaribus) totidem; quas dixit Revolventeis, ut illas nimirūm motui Alpanes conformarent, apposuit; sicque quinquaginta sex Sphæras universè constituit; quantum quidem elicere ex ipsius con-

^{12. Me-} ^{taph. 8.} *textu licet. Prætereo autem istis, ac Platonis fuisse Lunam infinitam; Solem supra ipsam; & supra Solem, quinque vagas Stellas; ac videri omnino Archimedem, uno altero ve sœculo post, non ordine alio, quād hoc, representasse Planetas sua illa in Sphæra, in qua tametsi Claudio noster non exhibitos alios, quam Solis, ac Lunæ motus memoret,*

^{In E-} *Percurrit proprium mentitus Signifer annum:*
^{Pigr.} *Et simulata novo Cynthia mense reddit:*

^{2. de} ^{divin.} *addit tamen Cicero alios, ubi de Archimede loquens, qui cùm; inquit, Lunæ, Solis, quinq; Errantium motus in Sphæram alligavit, effecit idem, quod ille, qui in Timæo Platonis Mundum ædificavit Deus, ut tarditate, & celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. Ne memorem eundem Ciceronem eosdem quoque addere circa eam Sphæram, quam nuper, inquit, familiaris noster effecit Posidonius, cuius singulæ conversiones idem efficiunt in Sole, & in Luna, & in quinque Stellis Errantibus, quod efficitur in Cœlo singulis diebus, & noctibus. Quia verò Hipparchus postea deprehendit tam*

Solem,

Solem, quām Lunam, & quinque has Stellas nunc remotius, nunc proprius à Terra abesse; & non posse istud per ejusmodi concentricas Terræ Sphæræ explicari; ideo, illis rejectis, reputavit motus Planetarum habendos esse eccentricos; & quod non potuerit tamen ipse determinare singula, viam demonstravit, qua incedens deinceps Ptolemaeus Artem confecit. Memorandi interim sunt duo aut tres viri, ex quorum observationis Hipparchus, & Ptolemaeus profecerunt. Unus fuit Timocharis, qui annis ante Christum proximè trecentis, inter cætera, circa stellas fixas, observavit eam, quæ Arista, seu Spica Virginis vocatur, antecedere Aequinoctium autumnalis punctum octo gradibus: accensendus autem ipsi Aristillus, cuius etiam factis circa Fixas observationibus Ptolemaeus usitur, ut ostendat Fixas esse latitudine invariatas. Post autem, seculo non toto, successit Eratosthenes, qui Ptolemai Evergetæ prioris Bibliothecarius, auctor illi fuit, ut in Porticu Alexandriæ Armillas constitueret, quibus fuere quoque deinceps Hipparchus, & Ptolemaeus usi; ipseque, inter cætera, observavit, definitique obliquitatem Signiferi, quam & Hipparchus, & Ptolemaeus ratam habuerunt, graduum ^{1. cap.} _{II.} viginti trium, minutorum quinquaginta unius.

De Hipparcho vero, qui annis ante Christum circiter centum, & quadragesima floruit, ut quidpiam dicamus, explicare promptum non est, quantum ipsi Astronomia debeat. Impri-
miss enim ex habita illa observatione Timocharidis, & ali-
quibus aliis, sametsi ipsas non undique exquisitas esse cense-
ret,

Ap.
Ptol. I.
7.c. 8.
& seq.

Ptol. I.
loc. cit.

XL. In Tychoonis Brahei Vitam

ret, quia ipse tamen deprehendit non antecedere amplius Spicam Virginis equinoctium punctum, quam gradibus sex, ceterasque stellas pari proportione: ideo intellexit Stellas quoque Fixas moveri in ortum secundum Zodiacum; unde & Librum de Solstitiorum, Aequinoctiorumq; transgressu conscripsit. Et quia ipsius tempore Nova quædam Stella, ut super tempore Tychoonis, apparuit; idcirco, ad dubitationem est adductus, ut verbis dicam Plinii, an ne hoc factum
piùs fieret, moverenturque & ex, quas putamus affixas. Ideoquæ, pergit Plinius, ausus rem etiam Deo improbabam, adnumerare posteris Stellas, ac sidera ad normam expangere, organis excogitatis, per quam singularum loca, atque magnitudines signarentur; & facile discerni posset ex eo, non modo an obirent, nascerenturve; sed an omnino aliqua transient, moverenturve; itemque, an crescent, minuerenturque; cœlo in hereditatem cunctis, relicto si quisquam, qui rationem eam caperet, inventus esset, Quare & ex hoc primum tempore, Fixarum loca observata, designataque secundum longitudinem, latitudinemque habemus; & quem ille Catalogum Stellarum contexuit, ipse est, quem Ptolemæus postea in suum Almagestum inseruit. Ne id memorem, quod Hipparchus præterea denotavit, quo positu varie stelle inter se forent; an in eadem rectâ; an triquetra cap. 1. formâ; an quadratâ, &c. ut volex Ptolemæo constat. Ad hæc, cum Solis, ac Lunæ motus cogniti utcumque jam forent;

ipse

tamen eorum notitiam longè exquisitiorem fecit. Quippe non modò memoratam Callipicæ Periodo correctionem adhibuit, sed etiam, cùm longam Eclipseon seriem collegisset (ut putà ab usque illis Babylonicis, tempore Mardocempadi, ad usque observatas à seipso, per annos sexcentos) animadvertisset verò neq; singulis novemdecim annis pareis Eclipseis recurrere, neque post aliquot decem novennaleis recursus, Eclipseis quasdam fieri; ac in causa esse tum latitudinem Lunæ variam, nodorumq; ejus anticipationem; tum eccentricitatem, ob quam motus nunc segniores ad Apogeum, nunc ad Perigeum citiores deprehenderentur; idcirco rationem horum omnium habuit, Hypothesisque, & juxta ipsas, Tabulas motuum condidit, ex quibus facta supputatione, prædicere tam tutò potuit, an, & quæ, vel quantæ, & quando eventuræ Eclipseis in posterum forent. Et vide, ut proinde Plinius, ubi est de Thalete, & Sulpitio Gallo loquitus, Post eos, inquit, utriusque Sid. Lib. 2.
deris cursus in sexcentos annos præcinuit Hipparchus; menseis gentium, diesque, & horas, ac situs locorum, & viciss popolorum complexus; ævo teste, haud alio modo, quām consiliorum naturæ particeps. Videlicet debuit Hipparchus, præter tempora adnotata, quibus Eclipseis deberent aut Rhodi, aut Alexandriae contingere, recensuisse quasdam regiones, urbeisque præcipuas, cum designatione mensum, quibus uterentur; & quibus futurum esset tum diebus, tum horis, ut Eclipseis ius fierent; & succendentibus quidem Romæ prædictionibus, Plinii ævo.

Dignum

XLI. In Tychonis Brahei Vitam

Dignum verò est adnotatu, cùm averet etiam Hipparchus & Hypothesis constitueret, & in Tabulas diducere motus pro Planetis ceteris, quinqueve Stellis Errantibus; nancisci tamen eum non potuisse neque ex Chaldaeis, Babiloniisve, neque ex Aegyptiis, neque etiam ex Græcis idoneas ullas Observationes circa hosce Planetas peractas (quippe & cùm tales peragi non possent, locis Fixarum incognitis) & quas perfecti ipsem, temporis fuisse longè angustioris, quam in quidpiam certum, diuturnumque decernere ea de re posset. Quare & digessisse eum solum quascumque observationes habuit, quo optimo ordine potuit, easque, si qui futuri essent, qui intelligerent, iisque uti possent, reliquise. Evenisse autem, ut, cùm bona sorte in Ptolemaei manus incidissent, ipse illas jam conferens cum suis, & adiuxus fuerit, & cœperit primus tum Hypothesis, tum Tabulas motuum idoneas pro his Planetis condere, tametsi id subtimide, quod ob paucas nimis, & temporis non satis diuturni observationes, non auderet sibi suarum Tabularum in longum tempus admodum, certitudinem polliceri. Verum recitat eis verba ne pigrat.

Lib. 9. Tempus, inquit, ex quo Planetarum observations cap. 2. habemus conscriptas, ad magnitudinem rerum comparatum, adeò breve est, ut infirmam faciat prædictionem in longum tempus. Et postea, Quamobrem, inquit, puto Hipparchum, veri amantem, ~~etiam~~ (hoc enim Epitheto illum frequens donat) cùm propter hæc omnia, tum maximè quia tot veras à

Priscis

Priscis observationes non habuit, quot ipse nobis exhibuit, Solis quidem, ac Lunæ suscepisse negotium, ac id peragi motibus æquabilibus, circularibusque, quantum fas fuit demonstrasse; at Planetarum quinque negotium, quantum commentarii ipsius, quos videre nobis contigit, ostendunt, non suscepisse sanè, sed observationes circa ipsas factas, & commodiore serie collegisse, & ex ipsis planum fecisse, non congruere apparentia Hypothesibus, quibus Mathematici ejus temporis utebantur. Et mox, ubi dixit, aut nihil omnino demonstrasse certos, aut susceptum negotium ad finem usque non perduxisse, Ipse autem, inquit, cogitavit, cum reverā eximie disciplinas omneis calleret, non debere se, aliorum instar, id aggredi, quod perducere ad exitum non posset. Ptolemæus ergo fuit primus, qui ex germanis observationibus motus Planetarum in Hypothesis, Tabulasque concinnas deduxit: adeò ut ante ipsum concessum non fuerit loca Planetarum, nisi crasso quodam modo, definire.

Priusquam tamen de Ptolemæo, qui annis, jam post Christum circiter centum triginta floruit, déq; consequitis temribus dicam: quia tempore inter Hipparchum, & Ptolemæum intercedente, studia hæc Alexandriae ita florere perseverarunt, ut ex Ægypto rediens Iulius Cæsar deduxerit inde Sosigenem illum, cuius ope restitutio Calendarii molitus est, ac visus

XLIV. In Tychonis Brahei Vitam

proinde fuerit Astronomiae studium apud Romanos propagare; age per videamus paucis, ut se apud illos Cœlestium rerum cura habuerit. Imprimis vero seponendus, præterque ordinem habendus videtur is, cuius obiter jam memini, Sulpitius Gallus, de quo memorabile est quod Cato apud Ciceronem inducitur dicens, dum, Mori, inquit, videbamus in studio dimetiundi penè cœli, atque terræ Gallum, familiarem Patris tui, Scipio. Quoties illum lux noctu aliquid describere aggressum; quoties nox oppressit, cum cœpisset manè? Quam delectabatur, cum defensiones Solis, & Lunæ multò nobis antè prædiceret? Nempe ille vir fuit planè singularis, ac in tantâ bonarum artium ignorantia, & negligentia, ipse tam studiosus cœlestium, debuit omnino alicunde aut ex Ægypto, aut ex Græcia natus esse Eclipseon seriem, ac artem deducendi illas per circuitus decem-novennaleis, quemadmodum prædiximus. Quod supereft enim, quanta, putas, fuit apud Romanos harum incuria? Ipsam profectiō non potuit disimulare Virgilius tributo Anchise vaticinio, juxta quod Romani imperaturi quidem forent, at concessuri populis aliis, ut Sidera noscent, ac describerent,

6. Ed.

— cœlique meatus

Describent radio, & surgentia Sidera dicent.

Cato quoque ipse, quem illud de Gallo dixisse fungit Cicero, Lib. 2. citatur ab Agellio scriptum reliquissé, Non licere scribere, c. 28. re, quod in Tabula apud Pontificem Max. est, quoties

quoties annona cara, quoties Lunæ, aut Solis lumini caligo, aut quid obliterit; Usque adeò, pergit Agellus, parvi fecit, rationes veras Solis, & Lunæ deficien-
tium, vel scire, vel dicere. *Quin-etiam lucet ab usq. Numa*
Intercalationes variae factæ fuissent; fuerat tamen totum ea-
rūm artificium ex Græcis desumptum: quippe quòd alioquin
toto in Occidente summa harum rerum foret imperitia; sub-
notante haud abs re Plinio, neminem in Galliis, Hispaniis, &
Africa fuisse, qui Siderum proderet exortus. Quanquam di-
gnum sanè memoratu est, exstissee saltem in Galliis Pytheam
Philosophum (ut Cleomedes vocat) Massiliensem, Qui circi-
ter tempora Alexandri Macedonis, Gnomonis proportionem
ad Solstitialem umbram observaverit, eandemq. Massiliæ de-
prehenderit, quam Hipparchum Bizantii reperisse meminat
Strabo; Qui primus Oceanum in Boream tentârit, ac ultimam
Thulen detexerit, in qua æstivum Tropicum eundem esse
cum Polari, seu maximo semper apparentium, citatus Cleome-
des cohærenter prodit: Qui, ut ex ejus libris de Oceano scri-
ptis, Gemonoque citatis, intelligitur, curiosus fuerit inquirendi,
cujusmodi pro varietate regionum cœli positus se haberet; nam,
Monstrabant, inquit, nobis Barbari, quā occumberet
Sol: eveniebatque circa hæc loca, ut nox fieret omni-
nō patua, heic quidem duarum, illeic trium horarum;
adeò ut, post occasum Solis, parvâ morâ interpositâ,
Sol denuò statim oriretur. Verùm istud quidem de locis
Occidentalibus obliter. De Romanis ipſis dicere ut pergam, id

lib. 18.
c. 25.1. Met.
teor. 7.In e-
lém. A-
stron.

XLVI. In Tychonis Brahei Vitam

lib. 7. non videtur reticendum, quod est à Plinio proditum, cum de
c. 60. Horologiorum apud illos inventione agens, docet primis illia
Reipubl. temporibus nominatos solum, ex duodecim Tabulis,
ortus, atque occasus fuisse: Post aliquot annos adjuncatum
Meridiem; tum columnae cuiusdam indicatione, supremam
horam; atque id quidem serenis tantum diebus, ad usque bel-
lum Punicum primum. Confectum deinde unum, alterum ve
Solarium Horologium; sed lineis non satis ad horas congruen-
tibus, quo usque saeculo post, Q. Marcius Philippus id diligen-
tius ordinavit. Cumque horae adhuc forent incertae nubilo,
Nasicam Stipionem primum cepisse aquâ dividere horas die-
rum æquè, ac noctium, idque Horologium sub teclô dicasse,
anno urbis D. xcv. Tandiù, subdit Plinius, Populi Ro-
mani indiscreta lux fuit. Id prætero, quod alias habet,
tum de Augusto, obelisci umbram ad hosce usus accommodan-
te; tum de Mathematico Manlio pilam auratam vertici ad-
dente, quo ipsius verticis umbra in semetipsam colligeretur. Id
solum accipio, quod inde habetur, viguisse jam t.i.m Romæ
Mathematicum studium (quod & proiectum ad tempora
lib. 7. Trajani oportuerit, quando, ut Ptolemaeus refert, Sidera
c. 3. ibi tum observavit Menelaus, ut & paulò ante Agrippa in
Bithynia) viguisse, inquam, ex quo usque adiectus Romam
Sosigenes, amorem studiumque harum rerum accendit. Et de
anni quidem Juliani, quem constituit, forma, nihil est, quod
subjiciam, quando res passim perspecta est; præterire tamen
non decet id, quod in illius commendationem habet Plinius,

dum,

dum, Ipse, inquit, ternis commentationibus, quanquam diligentior esset cæteris, non cessavit tamen addubitare, ipsemet semet corrigendo : tanto veritatis amore, tantâ diligentia, Hipparchi imitatione, fuit.

Jam de Ptolemaeo, tantum est ejus nomen, ut de eo dicendum aliud nihil sit, quam esse ipsum artis, scientiaeve Astronomicae conditorem. Nam rudera quidem nobilia collecta ab Hipparcho fuerant ; verum ipse fuit, qui & illis, & alicibus aliis, ac propriis etiam inventis, observatisque additis, structuram, formamque induxit ; emersitque adeò ex ejus labore celebrata illa tantoperè magna mīra. Magna coordinatio, constructio, compositio, qua ex libris tredecim constante omnem, quæ haberi potuit, doctrinam de Sole, de Luna, de que tam Inerrantibus, quam Errantibus Stellis est complexus. Quanquam autem dies diem docuit, ac illud evenit, quod ipsemet præsumperat, fore, ut non pauca essent castiganda ; universè tamen quæ fuit ab ipso instituta Ars, constitut, ipsamque deinceps amplexi non modò Alexandrini sunt, sed etiam Arabes, Latini, & quotquot ad nos usque Astronomiam coluerunt. Nam Alexandria quidem floruisse per aliquot adhuc post ipsum sœcula Astronomiam, non modò fidem faciunt, præter cæteros, & Theon (junior scilicet) & Pappus, dicti Alexandrini, quorum ille eximios Commentarios in Ptolemaeum edidit, hic cætera inter opera egregia, in quibus est liber Mathematicarum collectionum sextus, observavit annis à Christo circiter quadragesitis obliquitatem Eclipticæ non tantam

XLVIII. In Tychonis Brahei Vitam

tantam esse, quantam Eratosthenes, Hipparchus, & Ptolemaeus; sed quantam propè nostris hisce temporibus deprehendimus: Non modò, inquam, isti fidem faciunt; verum etiam Patriarchæ illi Alexandrinae Ecclesiae, quorum sententia standardum esse circa negotium Paschatis, tum ipsum Nicænum Concilium, tum Episcopi deinceps variis, ipseque etiam Sanctus Leo Pontifex Maximus, censuerunt. Tales fuere Theophilus, Cyrillus, Proterius, quos consulere ideò visum est, quod exortæ ob Paschatis celebrationem controversiæ de tempore verni Äquinoctii, de plenilunio proximè insequenti, déque constituendis juxta hæc perspecta, certis regulis, non possent melius, quam ex iis, quæ ipsi ob vigentem Alexandriae Astronomiam, comperta haberent, definiri. At verò ex Arabibus, qui in studio Astronomie successere Alexandrinis, & Ptolemai Compositionem Magnam, quād dixerat Almagestum, aliosque libros varios suam in linguam transtulerunt, Primus, præcipiusque memoria dignus, fuit Albategnius, alias Mahometes Aræctensis dictus. Is octingentis paullò minus post Christum annis, ex Dynastiarum Syriæ profapia oriundus, varia observavit partim Aræctæ, partim Antiochia; ac deprehendit tum Solis Apogeum à Ptolemai tempore in consequentia progressum; tum Stellas Fixas regredi in ortum uno gradu, non intra annos centum, ut ille statuerat, sed intra minus, quam septuaginta; tum Eclipticæ obliquitatem, secundum Pappum, esse minorem (supra viginti treis nempe gradus, minorum triginta quinque) tum alia id genus circa Stellas Fixas,

Fixas, circaque Planetas complura; Unde & Ptolemaeum in multis corrixit, & Tabulas novas condidit; & librum conscripsit inscriptum, De scientia Stellarum: Successere per duo, aut tria, secula consequentia. Alphraganus, Arzachel, Almeon, aliique Arabes, quibus, quod jam omnia Astrologicis nugamentis inquinarentur, Iudei quidam, ipsi quoque divisiones gloriae affectantes, sese interuisuerunt.

Ante annos ab heinc quadrigenitos Alphonfus Castelle, & Legionis Rex, ipse quoque prædictionum Astrologicarum curiosus, intelligens tam Ptolemaei, quam Albategni Tabulas cum caelo non prorsus congruere. Novas Tabulas condere est aggressus; convocavitque ideo quotquot Arabes, Iudei que ea tempestate celebres fuere, ut observationes ad tantum negotium necessarias peragerent, ac ipsis studiose collatis cum iis, quæ superiorum essent etatim, Tabulas conderent exquisitas. Memorabile est, quod ajunt, fuisse ad id impensa ab eo aureorum milia quadrilingenta. Digna sane munificentia, liberalitasque tanto Principe; digna, cuius memoriam nunquam intercidere bonarum artium cultores finant; verum ex eodem infelix, quod illi Artifices non tam ad studiosè observandum, quidam ad scrupulosè supputandum comparati, calculos plerumque non tam ad observationa collinquentes, quam ad mysteria quendam, seu nugas Cabballisticas spectantes, insituerint; ut incuriam præteream, qualem Regiomontanus apprehendens perspicax, illos gradibus penè duabus à veris Fixarion locis aberrasse, quia Ptolemei numeros perinde habuissent, ac si

ab



L. In Tychonis Brahei Vitam

ab eo fuissent initio annorum Christi constituti. Quò minus profectò est mirum, si conditæ ab ipsis Tabulae à Rege dictæ Alphonſinæ, & interdum quog ab ipſo loco Toletanæ (unde & qui Tabularum congregatiōni præfuit, memoratur fuisse Iſaacus quidam Toletanæ Synagogæ cantor) si Tabulae, inquam, ab usque tempore Alphonſi deprehensæ fuerint cum cœlo non congruere, & novam manum poſtulare. Remansit tamen Astronomia penè conſepulta (niſi quòd & Thebitius Arabs, & Prophatius Judæus quidpiam circa Fixarum motum, obliquitatēque Eclipticæ obſervārunt) quoūq; ante annos ducentos Georgius Peurbachius, & Ioannes Regiomontanus ejus diſcipulus, ipſi quaſi ē manib; Arabum, Judæorumq; ereptæ, lucem in Germania accenderunt, Ptolemaeum reducerunt, Instrumenta apparārunt, non pauca obſervārunt; tametsi, quia uterque fuere in ipſo ætatis flore extincti, rem eò usque deducere, quò usque præconceperant, non potuerunt. Illorum deinde exemplo animatus Nicolaus Copernicus coepit per initia superioris ſeculi Astronomiam ſeriō illuſtrare; & reſtitutâ Mundo Pythagoricâ formâ, qua-lem jam ante innui, varia ad condendum Novas Tabulas obſervavit. Verū quia neque circa Fixas aliud quicquam potuit, quam promotionem illarum in longum, quatenus ab usque Ptolemaeo progressæ apparebant, conſtituere; ideo Canones quidem motuum quam maximè potuit exquisitos condi-dit; ſed & illi, & que fuere ipſis ſuper-exſtructæ Prutenice Tabulae, magis quidem, quam Alphonſinæ; at non tamen cœlo undiq;

undique quadrarunt. Laudabilis interim vir, quod fore illis quoque adhibendam correctionem praesentiens, adhortari solitus est sitientissimum Astronomiae juvenem Georgium Joachimum Rheticum, ut cum-primus operam daret restitutioni Affixarum, & earum maximè, quae in Zodiaco, aut propè ipsum sunt, & quibuscum Planetæ comparari possunt; quod, nisi illis restitutis, neq; Planetarum loca obtainere, neq; omnino quidpiam motu circa Astronomiam exquisitum liceret.

Exortus itaq; est demum Tycho Braheus nobilis Danus, qui à prima usque adolescentia observandis sideribus deditus, tanto magis illa Copernici adhortatione in Rhetici operibus evulgata permotus fuit, quantò per vidit non posse se absque Fixarum restitutione determinare germanum locum Stellæ illius celebris, quæ ab initio Novembris anni M. D. LXXII. ultra menseis sexdecim in constellatione Cassiopeie fulsit. Per vidit nimirūm errores penè omneis, qui à fundata usque Astronomia deprehensi in ea forent, ex eo originem habere, quod Stellæ Fixæ non in iis fuissent, quibus supponerentur, locis, sed aliquæ propriis, aliquæ remotiis: idque seu Hipparchus initio non sat exquisitè omueis consignasset, quas & ferè per graduum sextanteis solum designarat (& difficile sanè est quidpiam simul invenire, ac perficere) seu exscriptores Ptolemai aut inficiâ, aut incuriâ plerarumq; loca vitiassent; seu factæ illæ additiones, ob progressum in consequentia, labem fecissent aliquam: seu quavis alia demū ratione. Ac jam quidem generosus ille, & nunquam satis laudatus Princeps Willelmus

***** 2

Hafsiæ



Hæsie Landgravius in eam quoque curam iuebuerat, ut loca Fixarum restitueret; attamen rem perficere, ut ipsi Tycho, concessum non fuit. Tycho igitur heroico ausu id sibi in animum induxit, ut ab ipsis usque fundamentis Astronomiam instauraret; atque idcirco neque labori, neque sumptibus ullis parceret (& conferente præsertim ad impensas Friderico II. Rege landatisimo) necessariis omnibus observationibus peragendis. Quare & ubi primum in insula Huenna abs Rege concessa, exstructoque Uraniburgo, Observatoria apparavit, ipsaque numero, & magnifico Instrumentorum apparatu instruxit; caput (ac adhibitis quidem pluribus idoneis coadjutoribus) exquisitè observare Poli ejus loci per circum-polareis Stellas altitudinem; ex qua altitudinem quoque æquatoris intelligens, puncta æquinoctialia ex transcurso Solis per ea designavit; ac attendens præterea ad parteis Tauri, & Leonis medias, Apogeum Solis invenit, ejusdemq. Eccentricitatem, cursumq. à puncto æquinoctii verni deduxit. Ex Venere autem interdiu cum Sole, noctu cum Fixis comparata, ascensiones rectas, declinationesq. Fixarum rimari est aggressus; quod antiquiores quidem fallaciùs, usurpara Luna, non Venere, præstiterant. Exquisitè verò imprimis Stellam Lucidam, quæ est in Arietis vertice constituit, & ex ordine aliquot secundum Zodiacum præcipuas; ac tum, disquisitis aliarum omnium cùm ab ipsis, tum inter se mutuis distantiis, omnium & ascensiones rectas, declinatio-nesq. definiit, & longitudines, latitudinesq. præscripsit, & antiquo-

tiorum Catalogum numero circiter ducentarum adauxit. Nam degentes quidem antiqui in Australiore horizonte, ducentas plus minus stellas adnotarant, in horizonte Danico, longè borealiore, inconspicuas; at ipse vici sim circiter ducentas abillis neglectas, quasi minutiores, collegit, & grandioribus ceteris intermiscerit. Cum interea autem semper obserparet Planetarium omnium per Meridianum transitus, & distantias à Fixis Stellis vicinis, ac præcipuis; fundamenta jecit ex quibus sum singulorum loca haberet, tum mo-sus definiri possent. Ac erat ipsi quidem pro votis Theoriam Astronomie totam, Tabulasque novas ex iis condere; sed immatura morte præventus, perficere potis non fuit; ac plurimum est, quod observationes consignarit, reliqueritque, ex quibus Kepplerus potuerit Theoriam, Tabulasque indigatas Rudolphinas construere: & ex quibus, ac aliis, quæ peragi deinceps poterunt, quicquid in hisce Tabulis desiderabatur, emendetur. Id vero imprimis singulari commendatione dignum est, quod Fixarum loca per ipsum restituta habeamus; quodque proinde ipse solus id aggressus fuerit, ac perficerit, quod nemo ab Hipparcho usque aggressus fuerat, perficerat.

Cætera prætereo, quæ illi debentur, ut quod Primus Cometas ferri per ætherea spacia demonstraverit: quod Refractions cœvendas esse, & quatenus, ostenderit, quod Lunæ latitudinem augendam esse amplius quadrante, quam reputaretur, deprehenderit; quod latitudines Fixarum variari

LIV. In Tychonis Brahei Vitam

propemodum convicerit; quod Hypothesin, quam, qui sequi
aut Ptolemaicam non sustinent, aut Copernicæam non au-
dient, tueri possint, invexerit; vel certè, si fuit Apollonii Per-
Lib. 5. gæi (ut penè ex Copernico intelligi licet) collato suo calculo
probabilissimam fecerit; & quæ esse possunt hujusmodi plura.
Observeo dum taxat, quam exquisitè omnia supra antecessores
fuerit exsequitus. Nempe Organa fabrefecit ea conditione
materiæ, ea commensione magnitudinis, ea varietate con-
structionis, ea cura elaborationis, ea præcisione divisionis,
ea facilitate tractationis; ac eam præterea adhibuit & sui,
& coobserverorum complurium solertiam, diligentiam, in-
dustriam; ut cum Hipparchi, Ptolemai, cæterorumque ob-
servata, persenas, aut summum duodenas graduum partis
designarentur; sua ipse per sexagesimas, seu vocata minuta,
scrupulava prima, ac sæpe quoque per aliquot minuti unius
partis designarit. Quæso verò, ut hoc attingam, quî compara-
ri cum Tychonis industria, præcisioneque in observanda E-
clipticæ obliquitate valeat illa observandi Eratosthenis ratio,
quam Hipparchus, Ptolemæusque probârunt, sequitique
sunt; ut videlicet Meridianus divideretur in partes octoginta
treis, ac intervallo Tropicorum deprehenso capere ex illis
undecim, pronunciaretur distantiam Tropici unius ab Æ-
quatore, esse talium partium quinque, ac semissis, seu, reduc-
tione ad gradus facta, viginti trium graduum, & minutorum
quinquaginta unius, ac trientis? Sed illi nimisrum Scaphidio,
cum erecto ad medium Gnomone, quale ante descriptum est, ad
hoc

hoc negotium utebantur; quod ad quam usque subtilitatem pertingere possit, nemo est, qui non videat. Quadrans quoque ille Ptolemæi, quam-multum abest à perfectione vel minimi eorum, quibus Tycho usus? Idem dico de Regulis; Nam & quod constitutæ ille in Alexandrina Porticu, Palæstrâque Armille, aut ab ipso etiam Ptolemæo confectæ quidquam comparandum cum Tychonicarum perfectione habuerint, non sunt profectò cætera illa organa argumento. Nihil est subinde necesse, ut repetam Machinamenta, quibus fuere priisci Ägypti, Babyloniique usi, seu in discernendis Zodiaci signis, seu in Diametro Solis obtinenda. Nihil, ut ea commemorem, quibus usi in eadem Diametro captanda Aristarchus, & Archimedes: quanquam mirari profectò subest, cum Aristarchus adeò propè verum circa Solis Diametrum apud Archimedem collinearit, illam statuens circuli partem septingentesimam, ac vigesimam, gradusve dimidium; qui fieri tamen potuerit, ut in suo de Magnitudinibus, & distantiis libro consti-
tuerit diametrum Lunæ, que tanta est proximè, quantâ Solis, partem centesimam octogesimam, sive duos gradus, cum dixit illam quintam decimam partem Signi; quod etiam Lib. 6.
a Pappo est animadversum. Nihil demum, ut Organa, quibus fuere post-modum usi Albategnius, Peurbachius, Regiomontanus, Copernicus alii; siquidem, præter Regulas Regiomontano authore confectas (quibusque est in observandis Solis altitudinibus Bernardus Waltherus illius discipulus usus) ea omnia non longissime modò, sed & toto penè, ut sic

LVI. In Tychonis Brahei Vitam

sic dicam, cœlo, ab exquisita organorum Tychonicorum ratione absuerunt. Hoc solum optandum, ut quæ Observationes fuere iis peractæ, in lucem edantur (quando eæ, bonis aëibus, ut infrâ deductum videbis, supersunt) optandum, inquam, sum ob causas illic loci recensitas; tum ob eam, quod non omnes Stelle, quarum illæ Catalogum in Progymnastib[us] exhibuit, deprehendantur satis congrue subducte fuisse calculo (quatenus nimirū ad cœlum non quadrant) cùm ex eadem officina Catalogi varii prodierint, plerūque inter se discrepantes (ut insinuabit specimen ad Operis calorem apposizum) totum verò hoc emendare liceat ex pates factis fontibus, Observationibus scilicet, ex quibus quid fuerit videris deducatur, quidque probè denuò deduci possit, innoteſcat.

Interim verò, cùm tanto jure commendandus Hipparchus sit, quod Organis excogitatis dimensis fuerit Sidera; non modo sane commendandus Tycho, qui solus per tot secula ausus sit illum imitari, ac ita imitatus sit, ut eum superasse reputari possit. Me quod attinet, cùm haberi Hipparchus alier Atlas valeat; Tychoneam videor jure habere quasi alterum Herculem, qui illius, quasi fatigentis, onus, vicesque subierit. Vocat eum proinde Keplerus Hipparchum nostri seculi; quod verum cùm sit, merito profectò utrinque occasione exclamārit Plinius suum illud, Magi ingenio est, Cœli interpres, rerumque naturæ capaces; argumēti repertores, quo Deos, hominesque vicitis! Et, Viri ingentes, supràque mortallum naturam,

L b. 2.
c. 12. tantorum

Præfatio.

LVII.

tantorum numinum (*Solis nempe, ac Lunæ*) lege deprehensa! *An verò liceat adjicere talcis maximè esse viros, quibus tritum illud ex Nasone competit,*

Fœlices animæ, quibus hæc cognoscere prius, I. F. B.
Inque domos superas scandere cura fuit!

Tales certè sunt, qui in domos superas sic scandunt, ut eorum mysteria nobis referent, præstentque, ut è Terra non discedentes, in caelo versemur; dicique adeò de illis debeat, quod statim post subjicitur,

Admovere oculis distantia sidera nostris,
Ætheraque ingenio supposuere suo.

Quin- etiam illud; quod sequitur,
Sic petitur cœlum, non ut ferat Ossan Olympus,

Suumq[ue] Peliacus sidera tangat apex,
interpretari ita licet, ut tales reverâ sint viri, qui suis illis
Organis, quasi scalis, & gradibus in cœlum ascendant, &
cum caelo, ac sideribus immortali gloria florentes perennent;
secùs ac sperare nū possunt, qui Gigantum mors opes cumulant,
titulosque acervant, quos adveniens more casus ve insperatus, quisi Jovis fulmen excutiat, ac densa oblivionis
caligine obruat. Quoties profecto subit Tychonis speciatim cogitatio, is videtur appositè potuisse illud usurpare, quod olim
apud Synefium aliud,

Oīδ' οὐεταί ιγώ, ηγ ἴφεμισης, αὐτὸν Λύρας

Ιχθύον τυπάεις αὐτιδεῖμεν θάλασσα.

Oκεαν' ἵπτειν γαλε ποιει, αὐτὰ ταῦτα κατέβη

Ζωὶ διετριθείσα μεταλαμημένης.

de do-
no at
Paxo.

Novi,



LVIII. In Tychonis Brahei Vitam

Novi, quod moriar, fragilis; Sectans tamen Astra,
Quæ heinc, illeinc crebris sunt revoluta viis:
Haud ultrà terram pedibus contingo; sed ipso
Cum Jove divinâ repleor Ambrosiâ.

Quippe in assidua, qua fuit, Astrorum per vestigatione, vi-
sus omnino est communem conditionem mortalitatis, præ-
fensionemque futuræ mortis lenire, atque compensare cum
voluptate, qua se agnoscet non sine fructu vivere; utpote
qui generi humano adeò utiliter laboraret, dèque tota poste-
ritate adeò munificè mereretur, ac sibi eam gloriam, famæ
que celebritatem quereret, quæ nulla obscurari, aut deficere
longinquitate temporis posset.

VERUM hælenus ea funto, quæ Tu, VIR ILLUS-
TRIS, non modò audire, sed habere etiam legenda vo-
luiisti, de rerum Cœlestium observatione, ac studio, ab usque
antiquissimis, quantum licuit, temporibus, ad Tychonem
Braheum usque: Nam ea quidem, quæ ad invento post Ty-
chonis mortem Telescopio detecta in cœlo, observataque sunt,
Sol maculosus; Luna superficie inæquabilis; Venus Pha-
seis, ut Luna jubiens; Mercurius quoque, & Mars ex
parte; Jupiter fasciatus, & stipatus quatuor veluti satelli-
bus; Saturnus tricorpor, Galaxias stellatus totus, stella-
tæque pariter variae per cœlum quasi nebululæ; ea, inquam,
& plura, satisti tibi sunt, superque comperta. Ad Tychonis
Vitam, cuius occasione hæc edisserui, quod attinet; ejus se-
riem, quasi annaleis sex Libellis complexus sum; retuli ni-
mirum



mirum ad suos quidq; annos, quatenus fuisse ab eo gestum,
 obseruatum, conscriptum deprehendi. Si mihi præ manibus
 fuissent observationum Codices, hoc est, commentarii non
 modo annales, verùm etiam diarii; licet profecto, ob plu-
 reis circumstantias adhibitas, omnia exhibere ut completius,
 sic aliquantò fortè ornatiū: Sed enim & Codices ipsi, dum
 editi erunt, seipso loquentur, Tychonemq; amplius celebra-
 bunt; & mihi satis interea est, id præstisſe quod potui, &
 ex suscep̄to opere emersisse, quatenus licuit; integrum relin-
 quens iis, qui bona sorte Codices sive Manu-scriptos, sive
 editos perlegerint, plurave aliunde, quam ego, habere perspecta
 potuerint, ut omnia cumulatiū, elaboratiusque exsequantur.
 Fortè verò etiam non deerunt lectors, quibus videbor fuisse
 nimius; neque debuisse tot singularia ex iis, quæ à Tychone
 observata, conscripta ve fuere, interferere: Sed cogitavi
 nempe, si vitam Ducis cuiuspiam militaris mihi conscriben-
 dam sum p̄fissim, futurum fuisse, ut singulareis quaq; actiones
 describerem, quibus maximè illius virtus, aut in superandis
 prælio hostibus, aut in expugnandis vi, ac obsidione arcibus
 enituisset; cùm mihi verò præcellentis rerum cælestium Obser-
 vatoris conscribendam vitam proposuerim, reputavi non satis
 fore, si generatim solām ipsius in observando industriam, di-
 ligentiamq; commendarem; sed debere me eam quoq; specia-
 sim, singularibusve quibusdam speciminibus facere perspectam.
 Et, cùm ipse aliunde ea, quæ ex suis observationibus deduxit,
 ratiocinatusque est, conscriptis à se libris consignarit; censui



LX. In Tychonis Brahei Vitam Præfatio.

libri cuiusq; seriem, summamq; esse exhibendam, pro ea, qua sum opinione, celebratos eruditorum, laudatorumq; virorum libros, esse totidem quasi bella gesta, urbisve expugnatas, in quibus quanta Imperatoris sapientia inclariuerit, per nosse lectorum delebet. Forte etiam, pleraque, fateor, inter legendum incident, que disperdere eò valeant, quod intelligi, nisi ab iis, qui fuerint Astronomie iniciati, non facile possint: Veram, & ea præter-volare facile erit cæteris, qui vulgaria magis requirent; &, cum ipsis gratificari, quantum licet, fuerim adnixus, ducere non debui illos negligendos, qui rerum cœlestium studiosi cum sint, penitus quidpiam cognoscere ex ejus Viri studiis, qui totum ævum in cœlestium contemplatione traduxit, exceptent. Quod superest autem, mihi abundè erit, si gratam tibi rem fecero, cui me maximè probare est cordi. Vale. Parisius, Tuis ex ædibus,
Kalend. Septemb. M. DC. LIII.

DE



D E
T Y C H O N I S
B R A H E I
V I T A.

LIBER PRIMUS.



ER-ILLUSTRIS est apud Danos Braha, Braheorunive vocata familia. Oriundam perhihent ex Suecia, ubi floret etiam-num ramus Braheorum Comitum; cùm in Dania nulla observetur Comitum, Marchionum, Ducumque distinctio. Ex hac igitur, quæ apud Danos, stirpe ortum ducens Tycho, patrem habuit Ottонem Brahe, ex Tychone alio, & Sophia Ruda prognatum. Is autem Tycho nostri avus filius fuit Axilii Brahe, & Mariæ Longæ: Sophia verò ipsius conjunx fuit Georgii Rudi, & Christianæ Rosencraafæ filia. Ad matrem quod atti-

A

attinet, ea fuit Beata Billea, prognata ex Claudio, & Elizabetha Vlestanda. Fuit autem Cladius filius Stenonis, & Margaretæ Ronnoræ; Elizabetha verò Joannis, & Margaretæ Trollæ filia. Nomina harum familiarum apposita insignibus legere licet in eo arcu, cui in nonnullis Operibus supposita est (æri nempe incisa) Tycho Brahe's effigies. Ac in ipsis quidem columnis arcum sustentantibus indicantur etiam familia tam Abavorum, quam Abaviarum; verum specialia tam illorum, quam istarum nomina sunt perinde nobis comperta.

Fuit Otto Brahe Dominus Knudstorpæ, feudi videlicet aviti, siti que in Scania, ultra oram maris Baltici, non procùl Helsingburgo. Cùm illeic autem degeret, Bearam Billeam uxorem duxit, ex eâque suscepit decem liberos, quinque putæ mareis, quinque feminas, quos ipse hoc ordine natos in Adversariis domesticis scripsit; Elizabetha, Tycho, Steno, Marina, Axelia, Margareta, Christiana, Georgius, Canutus, Sophia. Hinc fuit filiorum promogenitus Tycho, quod & ipse est testatus non semel, ac in illa speciatim de suo ex Dania discessu Elegia, hocce disticho;

Ait ego Brabæus de quinque fratribus unus,

Et genitus primus, vix reputatus eram.

Cùm verò Fratres ipsius omnes inagnæ in Pàtria authoritatis, & magna ex parte Senatorii ordinis fuerint; tum in memorandus præcipue Steno, qui Majestatis regiae Consiliarius, & in arce Calundburgica Præses, habuit cæteros inter liberos, tum filium Ottomem Balneum, tum Birgittam filiam, quæ illustri Friderico Reetzio nupta, quatuor filios edidit, Petrum, Stenonein, Antonium, Georgium, quorum natu maximum Legatione Regia Parisis fungentem, unà cum natu niunimo videre, affari, experiri benevolos licuit. Ex filiabus autem, dicenda præsertim Sophia, quæ decennio post Tychonem nata, longè supervixit; extincta quippe à paucis annis prope modùm nonagenaria. Ea fuit perita Matheseos, & Astronomiam cum diligenter, cuin Astrologiam præsertim deperit: unde & expeditissima in erigendis Thematibus fuit. Reliquit verò filium Senatorem, inclitum Tagonum Totum Ericolmum.

Ad Tychonem quod attinet, is natus est Knudstorpæ, (cujus loci latitudo est quinquaginta sex graduum, & quadraginta sex minutorum) anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, ac mense

Decem

Decembri. In exemplo ad me transmissis paternorum Adversariorum, 1546.
 natus habetur die Martis, qui inter festum B. Luciz, & Natalitiam Domini fuit: quod si ritè constet, debuit, repetendo seriem Kalendarii secundum stylum veterem, natus esse die ejus mensis decima nona. Existimârunt aliqui natum fuisse decimaquinta; At ipse in libro de Cometis, *Affidamus*, inquit, *observationes reperias die xij. Decembri, qui nobis ante annos xxxi. natalis illuxit*. Cùm illeic tamen afferat se die xij. natum; intelligendus dies est à meridie, ut ipse in Astronomicis accipere solet, inceptus. Quippe vulgari modo sequendo, dicendus est natus die xiv. mane, & hora quidem x. cum minutis xlviij. quod non modò habet in Annalibus MSS. Joannes Stephanus, qui id ex Tychone accipere potuit, ut mihi quidem per optimum Olaium Wormium compertum est; sed ipfemet etiam Tycho declaravit in Natalitio Thèmeate, quod olim ab ipso cum Magdeburgensi Rollenhagio communicatum, præclarus Laurentius Eichstadius & obtinuit, & mihi impertiit: In eo quippe Tycho natus legitur die Decembri xij. horâ xxij. min. xlviij. Ac Pater quidem in Adversariis horam dicit inter nonam, ac decimam; Sed ipse Tycho tempus correxit, gradum ascendentem deficiens, ut Eichstadius idem perscripsit, ex accidente, quo nasi pars ipsi fuit abscissa, ut dicetur inferiùs.

Fuère Tychoni heinc patruus Georgius, inde Steno avunculus, quos est impensè, & sui ainanteis, & studiorum suorum fautores expertus. Duxerat Georgius à plusculis annis Ingeram Oxoniain, magni illius Petri Oxonii, qui dcinceps Aulae Magister (hoc est primariæ post Regiam dignitatis) fuit, sororem: sed sterile conjugium erat. Itaque quam-primum proles mascula germano Ottoni fuit nata, de ea quasi propria habenda, educandaque cogitavit. Cùm non obtingeret autem à Parentibus, ut Tycho ablactatus sibi traderetur; curavit illum, infantem adhuc, ipsis incisiis abripi, & ad se, insignem illius curam suscepturnum, adduci. Prætexuit autem Parentibus eam excusationem, quod nato jam illis Stenone, ipso frui dcinceps possent, ac foret æquum, ut geminataim prolem masculam quasi partirentur. Et fuit certè quamobrem illi tanto æquiore animo ferrent, quantò non modò ipse Patrius, sed illius etiam uxor Ingera Tychonem quasi filium habuit, cumque amore singulari complexa est, & non modò

2546. quidem Patruo hospite , sed deinceps quoque , donec fatis functo , ipsa superstes in vivis fuit.

Priusquam infantiā exigeret , adhibuit Patruus Præceptores , à quibus peritiam legendi , scribendique assequeretur : & , cùm jam circa septimum etatis annum consisteret , ut linguâ Latina erudiretur , operam dedit. Et repugnabat quidem Pater , quippe ea per id tempus mente , ut filii omnes arma potius sectarentur , quam literas ; at Patruus perspecta pueri indole , curiosa nimirūm , ac scientiis capessendis idonea , in eo perficit , ut Latinè sciret ; maximèque , ut posset poste à Juris scientiæ incumbere , sive capax evadere summorum Regni munerum , ad quæ viri Nobiles non Militaribus solùm gestis , sed prudentiâ quoque Juris evehuntur. Neque verò Otto in ea sententia diù perficit ; siquidem brevi Stenonem quoque literis Latinis institui curavit. Fuit Tycho proinde totis quinque annis sub Latinæ lingue magistris , quos Patruus domum accersit , & à quibus fuit imbutus humanioribus literis , quarum , ac præsertim Poëseos , se permanentem semper ostendit. Videtur Parens ejus Otto per hoc quinquennium post annum putà M. D. L. V. i. quo nata est Sophia , fatus concessisse ; quippe , cùm ipsi deinceps nulli nati liberi perhibeantur ; uxore licet juvēne adhuc , ut quæ in vivis adhuc foret , & septuageneria quidem , anno nonagesimo septimo , quo discessisse ex Dania Typhonem inferiùs dicetur.

2559. Exactis iam duodecim annis (hoc est mense Aprili anni M. D. LIX.) misit illum Patruus Hafniam Regni Daniæ Metropolim , ut operam in celebri Academia impeaderet Rhetoricæ , ac Philosophiæ. Hisce

2560. dum vacaret , contigit , ut die Augusti xxij. anni in sequentis M. D. LX. Solis Eclipsi fieret ; non tanta profectio in Dania quanta Conimbriz in Lusitania , ubi scriptis Clavius Solem circa meridiem non modico tempore coniectum latuisse ; tenebras fuisse quodammodo nocturnas majoras ; neque enim quò pedem quia poneret , videre potuisse ; clarissimèque stellas in celo apparuisse : areas etiam , mirabile dictu , ex aere in terram praे horrore tam terra obscuratio-
nū decidisse ; at tanta fuit tamen , quæ in se plurimorum oculos , ipsiusque Typhonis potissimum , converterit. Demiratus jam fuerat ex lectitatis vulgaribus Astrologorum Diariis , & ex iis , quæ passim de morte , fortunisque hominum ab ipsis prædicta jactari inaudierat , qui possent futura ex Cœli , siderumque inspectione prænoscī : &

exoptans

exoptans ipse quoque futura prænosse, ac prædicere, Sphericâ doctrinâ occuperat imbuī. Cū verò attendit hanc Eclipsim eo tempore contigisse, quo prænuntiatum fuerat, mirari adhuc magis cœpit, & quasi rem divinam habuit, posse homines adeò exquisitè callere motus siderum, ut illorum loca, positusque mutuos prospicere longè in futurum possint. Quare & conquisivit, coëmitque Stadianas Ephemeridas, &, ut illarum non modò usum, sed etiam rationem teneret, assecuratus est, qualemcumque potuit, Theoriæ Planetarum notitiam. Atque hoc quidem ipsi initium stodii Astronomici sūt.

Anno deinde M. D. LXII. ac mense Februario, discessit Hafniâ, & 1562. destinatus cum Pædagogo Lipsiam, illuc sub Martii finem pervenit. Ed verò Patruus mittendum censuit, ut prudentia Juris, cuius illeic studia maximè florebant, operam navaret. Lipsia ergo dum moratur, Juri quidem, ut Patruo faceret satis, studuit; at intērim tamen scientiâ Siderum longè magis afficiebatur, ægrèque ferebat Pædagogi genium, qui stellis quasi iratis natus, ferre non poterat, ut ullam succilivam horam ipsi impenderet; idque voluntatem Parentum prætendens, quasi ii, ut à Juris studio quidquam diverteretur, nollent. Factum est proinde, ut tacito quodam Juris fastidio teneretur, & aliquando etiam in hoc qualemcumque (quod & deinceps inter sodaleis frequenter in ore habuit) distichon prorumperet.

Ius Patna, & Legum sunt nomine Iura sub uno;

Grandia condant, & grandia Iura vorant.

Cū Patruus autem subministraret etiam necessariam ad res luderas, animive relaxationem attinenteis pecuniam; ipse quidem maxima ex parte impendebat illam coëmendis libris Astronomici argumenti: sed hujusmodi tamen libros clam Pædagogo sibi habebat; neque etiam, quia pecuniam illius manu accipiebat, poterat totam in eos usus, ut voluisse, impendere; quippe rationem reddere ejus expensæ tenebatur. Quoties itaque Pædagogus advertere non poterat, libros illos per volutabat; & nactus globulum cœlestem (pugno scilicet non majorem) tum, cū Pædagogus dormiret, invigilabat Asterismis cœlestibus internoscendis; & ea quidem attentione illos comparabat cum iis, qui erant in globo utcunque depicti, ut intra mensim omneis qui forent in illo horizonte conspicui, probè perspectos habuerit. Didicit & Planetas nosse ex Ephemeridibus Stadianis; quippe à quibus

1562. bus illorum loca inter Zodiaci Asterismos præter-propter designantur; & habita quidem præsertim ratione longitudinis, secundum quam ea loca sunt in designatis Asterisini, aut non-nihil ultra, exortum versus requirenda.

Quin-etiam, quia penetrare in ipsa Astronomiæ fundamenta desiderans, agnoscensque Ephemeridas ex Astronomicis Tabulis deduci, conquisivit tam Alphonsinas, quam Prutenicas Tabulas, illæque intelligendis sic invigilavit, ut illarum usum sibi familiarem expeditumque reddiderit; ex eoque factum fuerit, ut adnotatis inter Stellas affixas Planetarum locis, & aliquibus inter-ductis imaginariis locis, ipsisque cum similibus in ipso globo comparatis, potuerit deprehendere, non congruere hujusmodi loca cum calculo ex utrisque Tabulis deducto, & errore quidem plerumque intolerabili; tametsi calculus Alphonsinus magis à vero quam Coperniceus, seu Prutenicus aberraret. Deprehendit quoque Ephemeridas Stadii, quæ solz id temporis exstabant, ab eo calculo, quem ipse ex Prutenicis deduxisset, abludere; ac ideo esse ut fallaceis, sic indiligenter contexatas. Atque id quidem (res sanè mira) prælucente ipli nemine, sed Marte proprio, ductuque Genii, quo ad hæc studia instigabatur; cùm & pertinendi forent obices, qui à Pædagogo ponebantur, & quorum causâ libertate sese hisce rebus dedendi carebat. Adde quod, non ipsam modò Astronomiam, sed alias etiam Matheœos species Astronomiæ proslus necessarias, potissimum verò Geometriam, & Arithmetican (ut de Optica, aliisque nihil dicam) sic addidicit, excoluitque, ut alio usus præceptore, quam seipso non fuerit.

Quia verò aliunde animadvertisit Tabularum confectionem supponere Observations reiūm cælestium diligenter peractas; & hanc ipsam esse habendam, ut basin totius Astronomiæ: idcirco cogitavit etiam hūc animum appellere, & quam-primum occasio, facultasque observandi foret, sic in hanc curam incunbere, ut aut veteres corrigi, aut novæ condi Tabulae possent. Subiit autem primum cogitatio hæc, post exactam illam, quæ vocatur Magna Coniunctio, duorum scilicet supremorum Planetarum, Saturni, ac Jovis, quæ vigesimo quoque anno contingit, quæque est anno M. D. LXIII. ruente Augusto celebrata, cùm Planetæ forent circa fixam Cancri, & Leo-

nis initium. Quippe manifestè agnovit supputatum ex Tabulis temporibus cum celo non congruere, speravitque posse laboribus suis aliquod remedium malo adhiberi. Ac defuere quidem illi Organa, quibus Conjunctionem, illiusque tempus rimari scrupulosius posset; at venit tamen illi in mentem majuscum quendam usurpare Circulum, cuius commissura applicaretur oculo, crura aut in binos Planetas, aut alterum in Planetam unum, alterum in Fixam aliquam stellam dirigerentur. Siquidem, descripto aliunde in charta munda circulo, cuius semidiameter foret ipsa crurum circini à medio clavi connectentis, ad summos apices longitudo, circumferentia in gradus, cum semissibus, quadrantibusque distingueretur; ita applicabat deinde ad circuli centrum, clavum ipsum medium, sive centrum Circini, ut extrema crura (sive apices) ad circumferentiam applicata designarent in ipsa gradus, & parteis etiam graduum alias, quibus Planeta inter se, aut unus Planeta, Fixaq; distarent. Mechanica quidem, ac ruditus designatio; sed ex qua tamen intellexit Alphonsinos numeros abfuisse à vero Conjunctionis tempore, toto mense, & Copernicanos aliquot faltiem diebus. Prætereo autem illum deinceps, quòd aliquo semper Astrologiæ studio simus teneretur, retulisse ad hanc Conjunctionem, eam pestem, quæ annis insequentibus per totam Europam grassata, innumerablem hominum multitudinem abstulit; quod talis Conjunctione celebrata fuisset Leonis initio, partiliter, nec procul à stellis nebulosis Cancri, quæ Ptolemao suffocantes, atque pestilentes dicuntur.

Degebat per id tempus Lipsiæ adolescens industrios Bartholomæus Scultetus, Mathesi incumbens sub Ioanne Homelio, celebri Academiæ Mathematico; illo scilicet, quem post-modum Tycho adinvenerisse retulit elevationem Poli Lipsiensem graduum 51. minutorum 17. ac illi esse standum edixit, *pra magna*, inquit, *diligentia*, quam idem Homelius in fabricandis, & tractandis organis Mathematicis mechanicè adhucuit. Scultetus ergo in apparandis Mathematicis instrumentis, cuiusmodi à Præceptore præscribebantur, sedulus erat; Quamobrem Tycho inita cum ipso familiaritate, tradidit illi Radium ligneum ex Gemina Frisia præscripto, sed clam Pædagogo confectum, ut eum per puncta transversæ ducta Homelii more discerneret; quo more ipse postmodum Tycho Quadrantum, Sextantumque arcus, ut postea dicetur, discre-

1563. discrevit. Tunc verò talem adeptus Radium, observandis sideribus è fenestra quapiam, quoties ipsi serenitas arrisit, sic invigilavit, ut nocteis sèpc integras eo in studio transfererit; idque dormiente interim, ignoranteque Pædagogo. Ac brevi quidein deprehendit distantiarum angulos per æqualeis Radii divisiones acceptos, proportionumque regulâ expensos exquisitè sibi invicem non congruere; quare occasione erroris explorata, adinventaque, excogitavit tabulam; qua ejus Radii vitia, cum apparare sibi alienum inimicè posset, evan-daret.

Utcumque fuit, multas eo Radio observationes Lipsiæ peregit; easque in speciali codice conscriptas ita adseravit, ut illis deinceps adjunxerit alias eodem peractas Radio, tum ubi fuit primùm in patriam reversus, tum ubi Germaniam proximis statim annis revisit. Heinc est, cur de se alicubi loquens, *A decimo sexto etatis anno*, inquit, *Sidera jucundo labore scrutatus sum; idque in adolescentia Lipsia studiorum causâ morans, saltem per Radium astronomicum, cum alia organa in ea seniore etate deficerent, quantum fieri poteras, periclitabar.* Insinuat quoque non fuisse se ipsi Homelio incognitum, cum de memorata Poli elevatione scribens, quam is per altitudinem Solis maximam, minimamque asse-quutus fuerit, hanc sedulè, inquit, *perscrutatus est, ut ipsem cognovi, cùm ante annos plus minus virginis quinque Lipsia studiorum causâ commorarer.* Denique verò quòd ex hoc usque tempore præconceperit grande aliquid circa Astronomiam præstare, agnolci potest vel ex fronte Tabularum Rudolphinatum, ubi legitur *Scientia Astronomica Restauratio à Tycho illo Astronomorum Phœnicis anno primū concepta, & destinata fuisse anno Christo M. D. L X I V.*

1564. Triennium Lipsiæ cùm exegisset, redeundum illi in patriam fuit occasione mortis Georgij patrui; cùm eo alioquin superstite, consti-tuisset priùs & totam Germaniam, & vicinas quoque regiones illius

1565. permisit lustrare. Discedens ergo Lipsiâ anno M. D. L X V. sub ipsum-Maij medium, doluit, quod videre in transcurso solùm Wittebergam licuerit: quippe ubi percupierat aliquantulum commorari. Doluit & quòd Rostochium: unde rectâ in patriam solvit. In patria cùm foret, cœpit quidem quampiam domesticæ rei agitare curam: verùm eo maxime fine, ut corrogaret necessariam agitatæ animo peregrinatio-ni pecuniam, ac simul daret operam, ut li quâ egeret per nimmula-

rios



1565.

rios transmitteretur. Non definebat interim cœlestium quidpiam observitare, idque eodem semper Radio: neque enim animum adhuc appellere ad alia organa conficienda voluit, quod ea non possent per varias regiones, nisi incommodè transferri, & citra labem omnem servari; posset autem omnium facillimè Radius, utpote duobus tantum bacillis, sive Regulis mutuò dissociabilibus unàque plicatilibus constans. Cogitavit insuper, si quid inter peregrinandum obser-
vatu dignum sepe exhiberet, posse id designari imaginariis lineis inter aliquas stellas interductis, uti & inter ipsa observandi initia ab eo factitatum jam retulimus. Hoc certè modo aliquoties Planetarum loca observavit, delectis quatuor stellis fixis, quæ geminæ in eandem lineam cum Planeta incidenter, sicque geminæ lineæ se in Planeta intersecarent. Nempe ex cognitis aliunde ipsarum affixarum locis, deducere calculo licet quo in loco Planeta sit. Ad lineas verò dirigen-
das non filo utebatur, quemadmodum postea de Mæstino dicendum est, sed regulâ ad oculum applicitâ, & in stellas conversâ.

Quod ipsi maximè displicuit, effecitque, ut patriam fastidio quodam avertaretur, eamque cum regione aliâ commutare in animum induceret, contemptus fuit, quo in ea haberi liberalia studia, quæ ipse deperiret, pervidit. Quippe non modò cæteri, quos seu in vicinia, seu etiam in aula intermovit, nobiles viri ea despiciebant, deridebantque; sed ipsi etiam consanguinei, affinesque eum objurgabant, quod non Jurisprudentiaz, melioribusque studiis vacaret, ac solus erat avunculus Steno, qui sequendum esse genium ducret. Quare & non sine iracundiaz specie discessum suum maturavit, & ne exspectato quidem anno patræ vale dixit, & Wittebergam semper cordi habens, illuc iter instituit, quod & sub ipsum Aprilis medium anni insequentis M. D. L X V I. pervenit. Illeic jucundè cum degre-
ret, variaque semper observitaret, constituerat non ante exactam hiemem proximam demigrare: verùm quæ intervenit pestis effecit, ut aufugeret, ac sepe Rostochium autumnò incunte conferret.

1566.

Rostochij duin ageret, is casus illi contigit, quo bonam nati partem amisit. Sunt qui ad superiorem annum, ac mensem Octobrim istud referant: quasi ad hoc tempus perveniat directionis illius arcus, qui natalitio Themati, ut est ante dictum, corrigendo occasionem fecit. Scilicet ille ex directione horoscopi ad corpus Martis signifi-
B cari-



1566. cari quamquam in facie deformitatem existimavit. Verum annales memorati, casum ad hunc annum, ac mensem Decembrim, ita referunt, ut Stephanus illorum author, qui Tychonem saepius invisit, haussisse ex ore illius quæ de eo conscripsit, videatur. Ut cumque sit, res ex eo, se in hunc modum habuit. Die Decembri decima, agebantur choreæ, sponsaliorum occasione, in Bachmesteri ædibus. Cæteros inter adfuerunt tum Tycho, tum Danus alius nobilis, Manderupius Pasbergius, qui suborto dissidio, malè invicem affecti exierunt. Die vigesima septima, hoc est per festa natalitia, recrudit mutuum odium, occasione cujusdam ludi: Tycho nimirum, studiosus licet, non aversabatur quas relaxationes conditio, ætasque ferabant. Heinc die in sequente vigesima nona ventum derum ad arma est, confictusque fuit circa horam vespertinam septimam, ac adeo in tenebris densis, per quas Manderupius id vulnus Tychoni inflixit, quo tota penè anterior pars naso resecta profrus periit. Narrat quoque rem in Epistolis Joannes Baptista Laurus: ubi videtur dissidii causam in æmulationem referre, qua uterque præcellere in Mathematicis contendebat. Adjicit vero Tychonem sibi subdititium nasum haud quidem è cera, sed ex auro, argentoque conflatum ita agglutinasse, ita detenter apposuisse, ut verum ornatio namum mentiretur. Retulit etiam mihi olim Guillelmus Jansonius, qui toto biennio cum Tychone commoratus fuerat, solere illum semper circumgestare pyxidulam, nesciebat unguento, an glutine repletam, è qua satis frequenter aliquid illineret naso.

1567. Anno consequente inter cætera à Tychone observata, fuit Eclipsis Solis, quam in Progymnasinatis primam omnium à se observatarum fecit, ipsam ad diem Aprilis nonam, ac horam præcisè meridianam referens, cum quantitate obscurationis digitorum sex, & trientis. Scriptit quoque Tycho longo post tempore ad Clavium, observasse se hanc Eclipsin Rostochii, ad littus maris Balthici, in ipso quasi meridie, digitorum non planè septem: tametsi Keplerus professus rem consentire cum calculo, ait se in scheda alia inventisse horam undecimam, ac digitos novem. Hæc porrò Eclipsis celebris est ob id, quod scriptum à Clavio fuit, *Roma Solem non rotat defecisse, sed relatum fuisse ex ille quendam circulum levitatem circumcit.* Quod quidem Phænomenon variè à Kepplerio versatur, si quæ aut

aut fidem elevet, aut qui evenire potuerit, declareret. Ipse Tycho 1567. conatus quoque fidem elevare circa superiorem, quam in Dania puer viderat, illud semper in votis habuit, ut posset totalem Solis Eclipsin conspicere, quod ea qua perhibebantur & de diurnis tenebris, & de aliis hujusmodi eventis probaret: verum nunquam licuit sic esse felici: cum ex novem quas observavit, consignavitque, Eclipsibus, maxima dodrantem, proxima semissem diametri Solaris vix excēserit.

Perrexit deinceps morari, & aliquid semper observare Rostochij, nisi quod, cum per astatem excurritset in patriam, rediit illuc per hiemem, ac eō se appulsum scripsit quibusdam nempe literis ad joannem Alburgensem datis, ipsis Kalendis Januarij, exceptumque 1568. hospitio Levini. Cum vero die ejus mensis 14. scriberet, *Hodie vero, inquit, Deo annuente, & prospere in propriam quandam habitacionem migrare constitui, que est in Iuristarum Collegio, satis commoda, & observationibus caelitibus, meisque desideris apta. Illeic, si Deo ita visum fuerit, hanc hiemem transfigere constitui; quid deinceps futurum sit, dies dabit, & Domino illa prospicienda relingo, admonitus hoc sapientis, & veteri versu.*

Tu praesens cura, Domino committe futura.

Prætereo interim, quod subjunxit, *Tuum verò est, mi Joannes, eas, quas tibi nostri discessus concreddidi causas in alto silentio apud te sepelire, ne quis suspicetur, vel intelligat me de quoquam quidquam conqueri, aut aliquid in patria fuisse, quod me ad discedendum impulerit. Id enim permagni interest, ut nemo audiat me de ulla re conqueri, ut etiam revera, de multis compieri non possum. Fui enim in patria ab omnibus consanguineis, & affinis, prater meritum bene exceptus, eo solo deficiente, quod non omnibus placuerint mea exercitia: idque suam meretur excusationem. Anno postea partim illeic partim Wittebergæ transfacto, lustrare ulterius Germaniam decrevit, & superato Danubio ipsam etiam Augustam- 1569. Vindelicorum invisit. Alia inter loca etiam Laugingå transit in ipsis Suevæ finibus, ubi Cyprianum Leovitium, virum Astrologicus studiis impense deditum cognovit. Quippe invitatus etiam ab eo fuit, & cum ipso in multam noctem ut cenam produxit, sic sermones conseruit. Quæsiuit porro ex eo Tycho inter cætera, an-ne interdum*



1569. terdum sideribus observandis invigilaret, quò agnosceret suas Ephemeridas tam laboriosè è numeris Alphonlinis supputatas cum cælo non congruere: ille autem respondit se Instrumentis ad observandum idoneis destitui, sed attendisse tamè interdum per quædam horologia ad Eclipseis Solis, ac Lunæ, deprehendisseque Solareis magis consentire cum Coperniceo calculo, Lunareis magis cum Alphonsino; ac trium etiam superiorum Planetarum motus cum illo magis facere, duorum inferiorum cum isto.

Augustam cùm primum accessit, admiratus est propnaculum, mœnum, fossarum munimenta: architecturam ædificiorum privatorum magnificam, viarum amplitudinem, amoenitatem fontium, salubritatem aëris, humanitatem civium, patritiorumque maximè, industriam artificum, bonarum literarum cultum. Quare hisce rebus allectus, constituit in ea civitate non-nihil diutius hærere, maxiineque ubi familiareis, benevolosque habuit viros genere, dignitate, opibus, doctrina florenteis, ac illustreis imprimis fratres Joannem Baptistam, & Paulum Hainzelios, illuni quidem Septenvirum, istum verò Consulem, ambo eruditos, ambo Astronomiz, sed Paulum præsertim, impensè amanteis. Quia porrò jamdudum apud se statuerat, quam - primum opportunum foret, idonea quædam organa peragendis cælestibus observationibus apparare (nōrat nempe ea, quæ vulgo haberentur, exilia esse, incommodioraque, quām ut iis præstari quidpiam solidum ad restitucionem Astronomiz posset) iden noctus artifices, qui præscripta exsequerentur, cœpit imprimis meditari qua magnitudine, ac formâ esse deberet Organum, quod singula graduum minuta distin&cte exhiberet. Contigit autem, ut dum rem circino in charta exploraret, superveniens Paulus, rem cognoverit, ac in se se receperit Machinæ operas, ac impensas. Erant illæ futuræ insigne: Quadrans enim destinabatur, cuius radii, seu latera arcum complectentia cubitorum quatuordecim forent (videlicet nondum cogitârat Tycho minuta graduum in transversas lineolas tribuere, sed dunitaxat in eadem linea secundum arcum designare) ille tamen passus est se ad opus eximium egregiè animari.

Erat Paulo prædium in pago Geggina, dimidio milliaris ab urbe in Noto-Libycum distante: quamobrem delectus ejus prædii hortus,

in

in quo is **Quadrans** conficeretur. Conducta autem fuere ad hoc præ- 1569.
 stantes quique artifices Automatarii, aurifices, ferrarii lignariique
 fabri, iisque non pauci numero, qui partim ut Consuli gratificarentur,
 partim mercede invitati, alacriter se accinxere ad opus: adeo ut
 intra mensis spatium constructus **Quadrans** fuerit, ac ejusmodi qui-
 dem molis, quam viginti robusti viri transtulerint ægrè in proximum
 collem. Latera nimurum trabes quercinæ erant, arcus ex solidi, spe-
 cialique ligno: trabes quoque duodecim erant, latera ipsa tum inter
 se, tum cum arcu connectentes; erat orichalcica lamina ipsi arcui su-
 perducta, ut divisionem illam in minuta quinques mille, & quadrin-
 genta caperet; erant & ferrea ligamenta complura. Adparata erat
 in colle columna lignea quercina, adinodum crassa, ac robusta, quæ
 ad perpendicularm continebatur parte inferiore in conum abeunte,
 chalybeque armata, intra structuram solidam terrâ conclusam, faxis-
 que munitam, ut posset manubriorum ope horizontaliter circumduci.
 Fuit proinde **Quadrans** verso sursum centro, columnæ affixus clavo
 tereti, sustentantibus interim arcum duobus capreolis, hinc inde à
 plumbi, seu perpendiculari ductu. Quod ejus usus foret in Solis, reli-
 quorumque siderum altitudinibus observandis, & pinnacidia alteri la-
 terum apposita forent, apparata simul erant quædam scalæ erisnante
 fultæ, quas observator concenderet, ut per pinnacidia ad stellas in
 humili situ posset collineare. Quod etiam Machina tanta nullo tecto
 includi, quin prospectus ad observandum necessarius præpediretur,
 posset, ideo fuere quoque apparatus integumenta aliqua, aëris injuriis
 arcendis idonea, quæ quoties foret aliiquid observandum, amoveren-
 tur. Prætereo autem Machinam cùm toto quinquennio intacta illæ-
 saque constitisset, tandem tamen superveniente ex adverso tempestate
 ingenti, distractam distractamque periisse.

Quia verò hujusmodi **Quadrans** comparatus dumtaxat fuit altitu-
 dinibus adnotandis; ideo ad metiendum distantias exquisitiore desi-
 gnatione, quām haberetur per Radium, curavit Tycho fieri Sextan-
 tem; sed ex lignea solūm materia, duabus constantem regulis non
 totos quatuor cubitos longis, quæ tereti clavo ad alterum sui extre-
 mum quasi centrum connexæ, sic diducerentur, conducerenturque,
 ut collineando ex centro ad erecta in alteris extremis pinnacidia, in-
 terceptus arcus distantiam inter sidera commonstraret. Arcus, in-

1569. quam, qui ad pinnacidia : citerius enim præter cochleam (ex iis, quas dicunt infinitas) diductioni , conductionique insensibili , inservientem, erat arcus alias , qui ad sistendum , continendumque in eodem plano regulas adjutaret. Ad hunc Sextantem, quod satis levem, tractabilemque reputaret, apparati fulcrum speciale neglexit : licet eo fuerit creberius usus ad peragendum observationes , quas in peculiari quadam codice, donec Auguste fuit, consignavit. Neque verò animum solum ad istum Sextantem conficiendum applicuit, sed etiam ad parandum Globum , qui orgiali diametro , seu sex proximè pedum foret. Quanquam non multum ante discessum in hanc curam incubuit: Unde & imperfectum, seu ex lignea tantum materia constatum reliquit. Sed neimpe artificem nactus, qualem frustra diu requisirerat, coenittere noluit, ne ejus industrian in compingendo quasi nucleo tanta machine non experiretur. Ea quippe constabat interius è variis armillis, frustulisque ligneis concinne intertextis : & à centro usque undique suffultis, inque globi formam extrosum tornatis. Tametsi de globi hujus translatione, perfectione , & fortuna , quam est expertus, dicenda erunt inferius plura , uti & de studiis Chymicis, quorum fuit ipsi per id temporis primum tyrocinium.

Quamobrem restat heic subiectum, cum Petrus Ramus quem zvi sui philosophum , Oratoremque celeberrimum Tycho vocat, Anno 1570. M. D. LXX. discessisset Parisiis, ac lustratâ Helvetiâ, invisisset cæteras inter civitates Germaniaz, Heidelbergam , ac Norimbergam , & accessisset deinceps Augustom, diu non fuisse , quin & Tychonem, & organa ab eo confecta pavidere voluerit. Erat tum in urbe Gymnasiarcha eximius , & de literis Græcis, ac Latinis bene meritus Hieronymus Wolphius , quicum Tycho inierat necessitudinem singularem. Is ergo Ramum ad Tychonem ex inopinato deduxit: ac fuere omnes invitati ab Hainzelio Septem-viro , ut peracto prandio concederent rus , Quadrantis magnispectandi causâ. Demiratus machinam Ramus, ac incredibile penè habens potuisse eam molem in formam adeo concinnam elaborari , adhortatus Tychonem est , ut ejus structuram, usumque , ac memorati etiam Sextantis , & describeret , & faceret publici juris. Ille autem alia ut plura, sic longè majora, perfectioraque animo volvebat.

Cuin obstupeceret autem Ramus potuisse Tychonem per ipsa Ju-
ventutis

ventutis initia tantos sumere animos , & magnâ de ejus solertia , dili-
gentiaque conceptâ spe, crederet illum esse eum posse, quem in Schol-
lis suis Mathematicis , ac fusiis etiam in procœnno Mathematico ex-
optaverat Astronomiam sine absurdo Hypotheseon commento consti-
tuere ; idcirco author illi fuit, ut postquam suis vigilii , ac laboribus
redegisset in ordinem motus siderum per hypothesisis : idem aggredi
magno auctu sine hypothesisibus affectaret. Nihil scilicet esse probabi-
lius, quām Astronomiæ cognitionem ideo fuisse olim Ægyptiis, ut le-
gimus, facillimam , quod non intricata hypotheseon viâ, sed alia
quadam compendiosiore, planioreque incederent. At Tycho exce-
pit, rem factu impossibilem postulari : quoniam cum cælestia , ut &
cetera , numero , & mensura constent , Hypotheses nihil aliud, quām
per circulos, aliasque figuræ ostendunt mensuram apparentis motus,
quatenus Arithmeticæ illas resolvit in numeros ; adeo ut velle sine
ipsis Astrorum motus capere, viribus humanis sit majus. Illam autem
apud Ægyptios facilitatem fuisse solum in planetarum Äquatoriis, qui-
bus, cum aliunde non suppeteret expedita ratio Ephemeridum, scrupu-
losas, laboriosasque supputationes declinârunt. Non acquiescente
penitus Raimo, ipse non multum obstatit ; quippe cum illum ut verita-
tis suminè ardenter agnosceret, sic penitioris Astronomiæ non planè
cipientem subodoraretur.

Prætero locum illum Rami inter cetera , sic habere , Fabula est
longe absurdissima , naturalium rerum veritatem per falsas causas demonstrare.
Quapropter Logica primum , demde Mathematica Arithmeticæ , & Geometria
elementa ad amplissime artis puritatem , & dignitatem constituendam adjumenta
plurimæ conferent. Atque utinam Copernicus in istam Astrologia sine Hypothe-
sis constitueret cogitationem potius incubueret : longè enim facilius ei fuissest Astro-
logiam Astrorum suorum veritati respondentem describere, quām Gigantes cuiusdam
laboris inflas , Terram moveare, ut ad terra motum quietas stellas speculare-
mur. Quis potius è tot nobilibus Germania scholi exoriare Philosophus idem , &
Mathematicus aliquis , qui posse tam in medio sempiterna landū palmarum asequere.
Ioannem verò Keplerum in suis de motibus Martis , ex observatio-
nibus Tychonis, Commentariis, inter cetera sic excipere. Tu modò ,
Raine, subdida rogans amplissime scientiæ à Logica , & Mathematica, ne, quæso
exclusis adjumenta Physica , quibus illa carere nequaquam potest. Et ni fallor,
facilem te das ; quippe qui conformatori tuo præter Mathemata , etiam Philoso-
phiam



- 1570.** phiam circumjicit. Eadem igitur facilitate Philosophiam ipse etiam audi, ram
vulgè absurdissimam, non Giganteo conatu, sed optimis rationibus dependentem;
quod cum agit, nibil novum agit, nibil insolens; sed officio fungitur, ob quod in-
venia est. Fabula est absurdissima, fateor, naturalius per falsas demonstrare
causas; sed fabula hac non est in Copernico; quippe qui veras, ut ipse arbitratu-
m est, Hypothesēi suas non mirūs, quam illi suis veteres (Eudoxus, Calippus,
Aristoteles) suas; neque tantum esse arbitratus, sed & demonstras veras: ta-
stem do hoc opus. Prætero id, inquam, ac adnoto solum, Ratum
Parisios reducem, ac priusquam in Bartholomæana internecione mi-
serè periret, continere se non potuisse, quin scribendo adversus
Schegkium, commemoraret, coininendaretque Augustanum illum
Quadrantem.

- Augustā porrò discedens Tycho, tum Paulum Hainzelium roga-
vit, ut si quas magno illo Quadrante observationes perageret, illas
secum per literas communicaret, quod & Paulus se facturum rece-
pit (quippe qui in illius gratiam maximè, tantam apparari machi-
nam curasset) tum eidem Paulo reliquit, donoque dedit Sextantem
suum, contentus nimirum in itinere Radiuin non perinde incommo-
dum transferre; tum illius custodiz, curæque commisit quem ma-
gnum Globum eatenus ligneum sibi confici procurârat, ut seu redi-
ret ipse, seu aliunde quæsitus mitteret, salvum obtineret. Trajecto
Danubio, vidit Ingolstadii Philippum Appianum, quicum jucun-
dissimum habuit de Petro parente, deque ejus studiis, quibus filius
quoque non parum afficiebatur, serere sermones. Deinceps autem so-
1571. perat reliquā Germaniâ, lareis suos revisit (& labente quidem jam
Anno M. D. LXXI.) sed postquam tamen Hafniam appulsus, aliquo-
usque illeic degit, ut consanguineos, affineis, amicos varie interviseret;
Regem salutaret; probaret quid inter vitam aulicanu, literatum
que otium interesset discriminis; & cum doctis denique viris, si quos
in Academia nancisceretur, familiaritate iniret.

Erat Tychoni, ut antè dictum, Avunculus Steno Billeus, qui ut
apprimè literatus erat, nullumque improbabat studiorum liberalium;
ita agnoscendo Tychonem magnum jam aliquid spirare, & complexus
illumin peramanter fuit, & se ipsius studiis favere velle significavit.
Obtinuerat ille jam ante feendum quoddam regium nomine Herritz-
vadium, quod Monachorum cœnobium fuerat, ipsumque non longe

Knud-

Knudstorpio: quare & cùm tunc in eo habitaret, illam ædium partem Tychoni concessit, quæ ipsi est visa commodissima cœlestibus observandis; Tychoque acceptam tantò magis habuit, quantò & locus fuit peracènus, & Avunculi consuetudo fuit & jucundissima, & benevolentia testatione plena; ut præterea fuisse in promptu excurrere domum in vicinia sitam, si negotii quidquam interdum vocaret. Quin-etiam ubi Steno accepit delectari etiam Tychonem Pyronimicis operis, concessit illi spatiösam domum, quam extra Cenobii inænia ad passus aliquot habebat, ut in ea comodiè, secretòque fornaculae suas, clibanosque exstrueret, & quomodo cumque ea vellet, ad id operæ uteretur. Tycho proinde ut in cœnobio Observatorium apparavit, sic in hac domo Laboratoriū, ac mirè placuit Avunculo, quod declaravit se hac ratione integrā Altroniam prosequi, & excolare, quatenus in Observatorio Astra cœlestia, Solē, Lunā, ceteraque contemplabatur; in Laboratorio vero circa Astra Terrestria, Aurum, Argentum, alia, quæ iisdem nominibus Solis, Lunæ, & ceterorum effarentur, occupabatur: unde & ipsi pro more fuit illam cœlestem, istam terrestrem Astronomiam appellare, ac tantò magis, quanto Astra terrestria esse agnovit influentiū cœlestibus analogarum.

Et quantum quidem circa Priorem desudaverit, in confessō est; de Posteriore vero testatus est ipse, fuisse se ab anno ætatis vigesimo tertio non minus in ea, quam in alia seriò cognoscenda, pertractandaque occupatum; ac nihil non fuisse in metallis, gemmis, mineralibus expertum. Quin-etiam per ipsam initia, & quoisque sub finem insequentis anni Novum illud sidus in celo apparens oculos percelluit, videtur fuisse non-nihil magis erga terrestrem Astronomiam, quam erga cœlestem affectus. Nempe nescio quid spei grandis animo præconceperat (ut mos est tyronum, inexpertorumque) ac summo idcirco ardore avebat rem quam primum perducere ad illum quem sibi præstituerat finem. Heinc major quædam illicura Chymicæ illius supellectilis, quam Organorum Astronomiarum cœlesti inseruentium; quippe cœlestia quidem frequenter, sed Radio tamen solo scrutabatur, ac ideo lentè procuravit fabricam Sextantis illi similis, quem Augustæ reliquerat, ut is perfectus vix fuerit, cùm Sidus illud primum apparuit. Adde quod destinarat quidem insignem quo-

1571. que supelleftilem horum Organorum sibi apparare ; sed habebat semper in animo Germaniam , ubi esset idoneos habiturus artifices , ac ubi debere se demum sedem figere in animo habuit , si quando opuin satis abunde (quod quidem maximè per Chymiam non desperabat) adeptus foret . Videlicet cùm Hafniam aliquoties excurseret , & propter vitam aulicam , quam ipsa nascendi conditio faciebat propè necessariam , plurimum sibi impedimenti ad studia fore provideret , ideo , quam pridem conceperat , aversionem patriæ resumpsit , & de quaerenda , constituendaque apud exterios sede cogitavit .

Sextans porrò ille recentior aliquantò major Augustano fuit ; geminæ enim Regulæ , & quasi latera illius longitudinis fuere pedum quatuor , uti & latitudinis digitorum trium , crassitudinis verò duorum . Ac fuere quidem illæ quoque ex ligno , ipsoque juglandi ; sed fuit tamen arcus ex solido ære exquisitè elaboratus , exquisitèque divisus in gradus , & minuta singula graduum : scilicet gradus in illo erant propemodùm sesquidigitales . Fuere verò etiam Regulæ , quæ committebantur , laminulis æreis munitæ , æreoque clavo tereti conexæ ; præter ærea quoque , seu orichalcicæ pinnacidia ; ne quid memorem de interiore arcu ; deque cochlea diductioni , conductionique inserviente ; neque etiam de cochlicolis ad affigendam utravis arcui regulam currentem conferentibus ; ubi ea quidem post debitam collineationem foret sistenda . Cùm exoptasset verò Tycho , ubi stella nova apparuit , esse Organis hujusmodi instructior ; consolationi tamen fuit , quod istud saltem præ manibus foret . Cæterum , quia Nova hæc stella fuit ipsi ; aliquanto segnius properanti quasi quoddam calcar ad animos magnos resumendos adhibituin : ideo videtur quidpiam de ipsa plusquam obiter hoc loco attingendum .

1572. Anno itaque insinuato M. D. LXXII. ac die Novembris xj. vespere , paulò ante cœnā , redibat Tycho lento gradu ex seposito illo suo , ut diximus , Laboratorio (ad quod inspiciendi , ordinandique gratiâ , bis , terve dictim divercebatur) cum invitante serenitate , qua spes observationum peractâ cœnâ continuandarum , cœpit oculos circumquaque versus cœlum convertere . Ecce autem insolens Jubat in Asterisimo Cassiopejæ circa verticem tuin extantem , ita oculos radianti fulgore , magnitudinèque perstrinxit , ut ratus aliunde nihil simile in eo Asterismo suisse prius visum , planè obstupuerit , & vix sibi ipsi

ipsi attendenti, attonitoque habendam fidem censuerit, quo usque famulos sciscitatus, & rusticos fortè curribus transvectos percontatus est, num quid simile cernerent: ac illi uno ore & cernere se ingentem Stellam professi sunt, & talem fuisse nunquam à se illeic conspectam sunt contestati. Ratus itaque esse hoc quoddam novum, insolitumque Phænomenon, ad observatorium suum properat, Organum componit, ac distantiam Sideris novi à circumvicinis Cassiopeja & Iellis dimititur, ut possit deinde exquisitè illius locum designare. Adnotat & illius formam, magnitudinem, lucem, colorem, aliaque adjuncta. Lætatus est die in sequente constare adhuc Phænomenon, ut experietur, num foret evariata distantia; ac statuit rem etiam deinceps quam maximè posset, sedulò explorare.

Id illi erat inoris ab aliquot annis, ut anni cujusque initio Diarium sibi secundùm totam illius seriem conficeret, in quo unà cum exortibus, occasibusque Siderum, varios Planetarum adspexit, Lunæque præsertim Syzygias, cum directionibus designaret, observaturus quæ, & à quibus constitutionibus Siderum, aëris mutationes crearentur. Hac ergo ratione anni in sequentis M. D. LXXIII. Diarium condidit, nonnullaque illi de nupera Stella (tum quoque conspicua) quatenus illa Geometricè ex observatis deduxerat, præmisit. Hafniam vere appetente accedens, id scriptum secum detulit; & solitus excipi hospitio à Joanne Pratensi viro Doctore, Lectorèque in Academia eximio, ipsum illi inspiciendum dedit. Demiratus Joannes rei novitatem (erat quippe Hafniæ prorsus inaudita) fidem ægrè adhibuit; nec secus se habuit senex optimus, & rerum bonarum studiosissimus Carolus Danzæus natione Aquitanus, & illeic Christianissimi Gallorum Regis nomine per complureis annos Legatus, qui accepto Tychonis adventu, ipsum cum Pratensi invitavit ad prandium. Quippe cum inter epulandum Stellæ mentionem fecisset Tycho, existinavit Carolus & jocari illum, & tacitè solùm reprobare Hafniensisibus caelestium rerum inanitatem. Tycho autem subridens, aliud nihil expetiit, quān affulgere cō vespere serenitatem aliquam, ut quid rei esset ipsi approbaret. Favens fuit cælum, ac uterq; eorum vidit, & obstupuit; Joannesq; speciatim Stellam eodem censu cum ea, quam Hipparchus observarat, duxit; unde & instare deinceps non defit, ut quod de ea scriptum legerat, mandaretur typis. Abnuit tamen Tycho, id



1573. quidem prætexens, quod non esset opusculum satis exquisitè limatum; verùm eo præjudicio (ut ipsemet postea scripsit) fascinatus, quòd dedereret Nobili virum quidquam harum rerum moliri, aut in publicum edere.

Cùm repetiisset Scaniam, ac non longo pòst tempore sese receperisset Knudstorpium, ut se ad iter in Germaniam, Italiamque accingeret, misit ad cum Pratensis scripta varia, variis ex locis Hafniam allata. Tum verò ea legens, & commentis absonis scatere observans, cœpit suum libellum eo nomine, quòd rem longè propius attingeret, pluris cœstimare. Heinc, cùm occasione quorundam opificiorum rediisset Hafniam, & tum Pratensis illum urgeret, tum instigatus ab ipso magnus ille Aulæ in Regno Magister Petrus Oxonius, cuius superiorū metinimimus, adhortationi id adderet, quòd non esset viro Nobili indecorum ingenuas arteis colere, & de iis quidpiam evulgare; ac posse illum, nisi vera, saltem supposititia, aut anagrammatismo tecta nominis epigraphè uti: dedit tandem utcumque manus, ac se ea de re in Oxonii gratiam deliberaturum promisit. Quin-etiam, cùm foret reversus Knudstorpium, & Pratensis per literas eum interpellare non defineret, Libellum permisit illius arbitrio. Ac voluisset quidem nisi castigatum non transmittere; verùm, quod propter apparatus diuturnæ peregrinationis, crebrò à consanguineis amicisque inviseretur, aliud nihil potuit, quam margini adscribere, si quid eò usque, à libro conscripto, observarat: Inibat nempe tum mensis Majus, Stellaque adhuc conspiciebatur, tametsi magnitudine, splendoreque iam deminuta. Pratensis porrò Libruum acceptum Typographo mox tradidit, Præfationeque ipse adiuxit, ut constaret, qua occasione illum ederet, ac publici juris faceret tam serò. Subjunxit etiam Epistolam, quā licentiam efflagitārat, ac unā responsuin, quo impetraverat.

Ut de ipso autem Diario, cui præfixa sicut tractatio de Nova Stella nihil attingam; illud de ipsa tractatione prætereundum minime est, quòd ex observata Stellæ Novæ distantia à tribus præcipuis Cassiopeiaz stellis (putà Pectore, seu Schedir, Suprema cathedræ, & Flexura ad ilia, quibuscum quandam rhombi speciem constituebat) Tycho eum locum Stellæ assignarit, qui inmutandus vix quidquam fuerit, postquam insequentibus annis ita est omnia Astra dimensus, ut tum solùm licuerit quidpiam exquisitè, ac certò de stellæ hujus Novæ ascen-

1573.

ascensione, & declinatione, deque ejus longitudine, & latitudine prounitiare. Idque, ut nihil interim de Parallaxeos defectu dicam, quem ille tunc ex eo deduxit, quod cum Stella Nova, & Schedir in Meridiano simul, aut prope modum versarentur, eandem tamen distantiam inter se in iimo, quam in summo situ tuerentur; cum in isto tamen non procul essent à vertice, in illo essent admodum dejectæ versus horizontem. Summè interea laudandus vir, quod cum postmodum primum illum Tomum Progynnasmatum Novæ hujus Stellaræ occasione contexit, non cæterorum modo Authorum, qui scriptis de ipsa aliiquid mandassent, observata, ac opiniones suo subjectis examini, castigavitque quæ opus fuit; sed sponte quoque suum istum Librum, de quo tacere poterat, pari expendit trutina, & corredit etiam, si quæ fuit necesse. Quam putas etiam providè egit, dum sequutus tunc Aristotelicam, vulgaremque de natura cæli, deque Cometarum materia, loco, motu sententiam; verba hæc nihilominus subjectis, Sed Deo dante aliquando, si nostra estate aliquis existerit Cometa, ejus rei certitudinem inquiremus. Itemque, dum sequutus licet Copernicas potius, quam Alphonsinas Tabulas, isthac subdidit, *Confido locum hujus Stellaræ a nobis assignatum, & beneficio assumptarum Fixarum inventum, non nullum a vero aberrare: & dabo operam, si Deus ritam prorogaverit, ut loca Fixarum ex propria Observatione aliquando emendata in communem Astronomorum utilitatem prodeat.*

Heinc, ut aliiquid in hunc locum circa descriptionem Stellaræ inseram, videtur omnino id potius ex Progynnasmatum opere, post emendationem composite, quam ex hoc Libello, qui aliunde Stellaram adhuc apparentem supposuit, esse delibandum. Itaque, ut de Tempore, durationeque primum dicam; Cum Tycho Stellam viderit primum die Novembriis xj. non ea fuit nihilominus prima illius apparitio: Nam Cornelius Gemma Lovaniï illam jam viderat die ix. Memoratus Paulus Hainzelius Augustæ die viij. Wolfgangus Schulerus Wittebergæ die vj. Conjicit autem Tycho fuisse primum exortam die v. hoc est tempore Novilunii, quod illa die contigit. Hieronymus certè Munosius Valentia in Hispania Professor illam die secunda nondum fuisse exortam assertur, non ex relatu modo Pastorum, sed etiam quod ipse tum fortè ostendens discipulis suis Stellarum feideis, & nomina, illam non animadvertisset. Neque obstat, quod alii

1573. ad quintum, alii ad vigesimum, alii ad aliud diem mensis Octobris hoc initium retulerint; quippe quod freti solūm fuerint, aut vanis nūmusculis, aut Astrologicis conjecturis. Perseveravit autem Stella, priusquam sensim decrescendo penitus evanuerit, ultra menseis sexdecim; siquidem videri non desit, nisi mense Martio, ac sub initium quidem, veris, Anni M. D. LXXXIV.

Ad Formam prima specie exhibitam quod attinet, sicut imprimis Stella rotunda; & non crineis quidem, seu barbam, caudamque Cometarum instar diffundens; sed radios tamen vehementi scintillatione ejaculans, ut Affixarum proprium est, præ quibus etiam visa est coruscare. Deinde, visa est major specie, quam Lyra, & Canicula, atque adeò, quam Affixa ulla. Quin-etiarn, cum tunc Jupiter foret terris proximus, atque idcirco prægrandi specie, visa Stella est aliquanto grandior; ac ænulari quam-proximè Stellam Veneris, dum proxima est terris; adeo ut potuerit, non secus ac ipsa conspici interdiù. Quanquam hujusmodi magnitudo ultra primum mensein non perseveravit; sed secundo statim visa est exæqua Jovi; tertio non-nihil minor; quarto æqualis Caniculæ; quinto Lyra; sexto, septimoque Stellis, quæ dicuntur secundæ magnitudinis; octavo, nono, decimo Stellis tertiarum; undecimo, duodecimo, decimo tertio, Stellis quartæ; decimo quarto, & decimo quinto Stellis quintæ; decimo sexto Stellis sextæ; factaque subinde est adeo exilis, ut conspici tandem penitus desierit. Nec verò secus facta splendoris, seu lucis, colorisque immutatio fuit: Quippe cum initio foret lumine splendenti, albanti, claro; cœpit mense tertio aliquantum flavescere; quinto non-nihil tubescere, ac Aldeborum instar rutilare; septimo, octavoque Saturni instar livescere; ac deinceps fieri hebetior; tamen ad extre-
mum usque pro modulo lucis scintillaverit.

Quod ad Locum in cælo spectat, is illi invariatus fuit; siquidem quo primum apparuit, in eo semper constitutus; unde & semper posita eodem cum Stellis Cassiopeiaz fuit; speciatim verò cum tribus memoriatis, quibuscum rhombi speciem constituit; itemque cum parva in erectione Sedis, numeroque undecima, qua fuit aliquanto citerior (juxta scilicet Galaxia oram) sive alium omnino motum, quam cæteræ Affixæ, hoc est diurnum, seu horarum viginti quatuor, non habuit. Ut has porro easdem Stellas feligamus, quo ex intercepta

inter

inter illas, Novamque distantia, locus Novæ exploratio sit: Eadē-
stītū ecce, à Stella, quæ in Pectore, grad. 7. min. 50. ; à Suprema
Cathedræ, grad. 5. min. 19. à Flexura ad Ilia, grad. 5. min. 2. ab
Erectione Sedis, gr. 1. min. 31. Ex quibus, aliisque, postquam pro-
gressu temporis Tycho Stellarum omnium loca, tam secundum Ecli-
pticam, quam secundum Äquatorem ex observatis propriis definiit,
deduxit suisse Novam Stellam in gradu 6. min. 54. v, cum Boreā la-
titudine grad. 53. min. 45. ac habuisse Ascensionis rectæ grad. 0. min.
26. & Declinationis Boreæ grad. 61. min. 46. ; ac demum cum
gr. 0. min. 29. v culinasse.

Quod spectat verò ad Distantiam, remotionēmve Stellarum à Terra,
ostendit Tycho suisse eam sitam inter Affixa Sidera; ac sedem idcirco
habuisse omnibus Planetis longè superiorem. Id scilicet probat non
modò ex ejus lumen, colore, scintillatione, immobilitate, aliisque
adjunctis, quibus fuit Stellis Affixis, non Errantibus, consimillima;
sed maxime etiam ex defectu Parallaxeos, seu diversitatis adspectus,
qua si fuisset aliqua, non fuisset Stella in eodem loco humilis, subli-
misque conspecta: sed humilis quidem (sive Meridianum infra Po-
lum pertransiens) conspecta fuisset plusquam uno gradu eo loco de-
pressior, quem sublimis, (seu supra Polum, Meridianum perva-
dens) tenuisset, si vel tam parùm, quam ipsa Luna ab orbe Terræ de-
stinet. Fuisse autem eodem in loco tam infra, quam supra conspectam
ex eo primum docet, quod jam insinuavimus; quia scilicet tam infra,
quam supra tueri observata est eandem prorsus distantiam non modò
cum Schedir, seu Pectore Cassiopeiae, verùm etiam cum Capite, iten-
que cum Stella Polari, quibuscum simili quam-proximè in ipso Meri-
diano fuit; cum si tam parùm absuisset à Terra, quam Luna, eva-
riata fuisset, ampliataque distantia gradu integro, & minutis quin-
que. Deinde ex eo, quod illius tam maxima, quam minima supra hori-
zontem altitudo, observata est eandem Poli altitudinem exhibere,
ostendereque ipsam Stellam tantudem à Polo utrumque distante. Ac ipse quidem Tycho Herritzvadii, ubi Polus attollitur grad. 55.
min. 58. observavit solùm altitudinem minimum (quippe Quadrante
destituebatur, ac usui solùm erat Sextans) eamque deprehendit grad.
27. min. 45. quibus ad grad. 28. min. 13. declinationis complemen-
tum ad quadrantem additis, exhibetur Poli altitudo ipsissima; Verum
usur-

1573. usurpavit deinceps, quas Paulus Hajzelius observavit Augustæ, summae insinuamque altitudines, & vastissimo quidem illo Quadrante superiori descripto. Quia vero altitudo Stellarum maxima illeic fuit grad. 76. min. 34ⁱⁱ. minima grad. 20. min. 9ⁱⁱ. constat diuidium differentiaz tam illi detractum, quam huic additum, exhibere eandem Poli altitudinem, grad. 48. min. 22. quanta fuit aliunde per Stellas circumpolares obseruata: ac aliunde, seu hanc Poli elevationem à maxima altitudine, seu à Poli elevatione minimumm detraxeris, relinqui grad. 28. min. 12ⁱⁱ. hoc est idem declinationis, ad quadrantem compleumentum, seu eundem prouersus in cælo locum: cum si Stella tantundem solùm, quantum Luna, & Terra absuisset, futura fuisset in summo quidem situ quadrante gradus Polo adinotior, in uno plusquam gradu ab eodem remotior. Tertiò, ex eo, quod obseruatæ variis in locis, seu summæ, seu imæ altitudines, varietate alia non fuerunt, quam Polares elevationes, ut fuit v. c. obseruata minima Herritzvadii & Augustæ, & sicubi observationes fuere aliquantò exquisitiiores. Nempe exinde quoque probatur caruisse Parallaxi Stellam; quæ proinde si nullam habuit, sedem supra omnes Planetas, ac inter Affixas obtinuit.

Heic addo, cum aliunde Tycho existimârit Stellas Affixas distare à Terra quater decies mille Terrenis semidiametris, & Stellarum Novarum diameter visa sit per ipsa initia trium, ac semissim minutorum; ideo ratiocinatum eum fuisse, molem, seu corpus ipsum Stellarum fuisse Terræ mole, sive corpore trecenties sexages majorem: & molem hanc cum apparente magnitudine ita decrevisse, ut denique Terræ æqualis, minor, nulla evaserit. Non addo vero quam Materiam, Phylicamque causam hujus Stellarum putaverit; non quid illam portendere mortaliibus conjecterit; non quam censurâ ceteros, qui de eadem Stella quidpiam scripsere, exceperit; hæc enim commodius postea attingentur. Subjicio heic solùm, ex eo, quod hæc Stella fecit illi ansam expandendi Sidera, & annuinerandi Stellas posteris, planè ut Hipparcho fecit Nova illa, quæ exorta fuit ejus tempore; subjicio, inquam, locutum Plinii, quem hacce de re etiam Tycho aliquoties commenmoravit. Ille ergo se ita habet. Hipparchus nunquam satis laudatus, ut quæ nemo magis approbaverit cognitionem cum homine Siderum, animaque nostræ partem esse celi, Novam Stellam, & aliam in aëro suo genitam deprehendit, ejusque motu,

*motu, qua die fulgit, ad dubitationem est adductus, an-ne hoc sepius fieret, mo- 1573.
verenturque & ea, quae patamus Affixas. Idemque ausus rem etiam Deo impro-
bam, annumerare posteris Stellarum, ac Sidera ad normam expandere organis exco-
gitatu, per qua singularium loca, atque magnitudines signaret; ut facile discerni
posset ex eo, non modò an obirent, nascerenturve; sed an omnino aliqua transirent,
moverenturve: item an crescerent, minuerenturque, calo in hereditatem cunctis
relictio, si quisquam, qui rationem eam caperet, inventus esset.*

Verum ad id tempus ut redeam, quo Tycho est passus suam illam
elucubrationem in lucem emitte; cogitārāt quidem aliquantò post iter
in Germaniam, ac porro in Italiā institutę; verūm duæ illi remo-
ræ fuerunt; una, quòd febri, aliisque laboravit incommodis, ac per
æstatem potissimum; altera quòd uxorem duxit. Adiisse cum certe
per id tempus nuptias, vel ex eo potest intelligi, quòd anno inse-
quente M. D. L X X I V. nata est ipsi filia, prima ex liberis, cui fuit
Magdelena nomen. Fando porro accepi à Guillelmo Cæsio Jansonio,
cujus jam antè memini, fuisse eam uxorem, cui Christiana nomen,
plebeiani, ex pago ipso Knudstorpio; ac omnes idcirco cognatos ob-
labem in familiam ex affinitate ignobilis illatam, incanduisse summo-
peré; & similitates cuim Tychone exortas ægrè denique, ipso etiam
Rege intercedente, compositas fuisse. Heinc dilata ejus profectio
non modò in reliquum annum, sub cuius finem, hoc est mense De-
cembri, dic viij. hor. 8. min. 3. observavit Lunæ Eclipsum totalem,
quæ usurpata illi deinceps Perigæo Solis comprobando fuit; sed in se- 1574.
quentem etiam totum, per quem nonnulla circumgestatu facilia or-
gana apparavit, cujusque extremam præsertim partem, ac biem
totam Hafniæ transfigit.

Facta ex eo occasio fuit, quòd fama de ejus peritia circa res Mathe-
maticas, ac cælestis potissimum, magnoperè increbescente, nobiles
quidam adolescentes tum versantes in Academia, expetierint quid-
piam ab eo prælegi, quod perinde condiscere à Professoribus non
possent: & quia id ab eo obtainere, neque ipsi, neque in coruī gratiā
Pratenis, Danzœus, alive cariores amici potuerunt, effe-
rent, ut etiam Rex ea de re ipsum interpellaret. Fecit autem optimus
Princeps, illum rogando, ut dum ingenuis adolescentibus gratifica-
retur, suam simul Academiam, quam florere summoperè expeteret,
condecoraret. Cum non posset Tycho id negare Regi, cuius bene-
volo



1574. volo affectui debere se multum erat conscius , & cogitaret aliunde ipsum ad favendum his studiis comparatum reddere ; constituit per eam hie meum , quam Planetarum Theoriam appellant , ita explicare , ut exinde usus Tabularum Prutenicarum fieret in promptu . Quare & ruente jam hie meum tum prælectiones inchoavit , tum Orationem prius habuit , quam novennio post ejus mortem , edidit Conradus Alascus Bergentis , eani dicando fratri Tychonis Stenoni , cuius filium Ottoneum per Academias extereras deduxerat , institueratque ; ac declarando se , cum foret ante annos octodecim in ipso Tychoonis convictu , illam describendam ab eo obtinuisse .

Initium autem Orationis , quando ea rara occurrit , ecce . Clarissimi viri , vosque studiosi Adolescentes ; Rogatus sum , non solum à quibusdam vestrum amicis meis , sed ab ipso etiam Serenissimo Rege nostro , ut nonnulla in Mathematicis disciplinis publice proponerem . Id manu , et si à meis conditionibus , & inveni , ac exercitationis tenuitate admodum sit alienum ; tamen Regie Majestatis petitioni resistere non licuit , vestra non placuit ; & mespte sponte ab meunce etate eò propensius fui , ut non solum his studiis perdiscendis plurimum temporis , & laboris impenderem , sed & alios etiam ad idem saltitandum multoperè influgans , eorum conatus pro virili juvarem . Quantum enim ha disciplina praeceterus obtineant , &c . Ecce & Conclusionem . Refutat nunc , ut vos nunc infinitius certiores faciam . Cum itaque Regie Majestatis , & vestre petitioni nunc obtemperare , & quadam in Mathematicis scientiis publice proponere decreverim , nihil mihi visum est commodius , & è re discendentium utilius , quam alteram Astronomia partem , que motus secundi Mobilis complectitur , breviter tradere : cum primi Mobilis doctrina per se facilis sit , & alias in hac Schola supernumerè prælegatur . Id autem hac ratione absolvere constitui , ut modum suppandi vos Planatarum motus ex Tabulis Prutenicis , que in hoc negotio sunt exactissime , ostendam , undeque circolorum , quibus Planetas moveri imaginariuntur , & ex quorum supplicatione numeri Tabularum suppeditati sunt , coherentiam , ac ordinem demonstrabo : ut hac docendi methodo pulcherrimus fructus doctrina secundi Mobilis qua motum septem Errantium Stellarum complectitur , vobis innotescere posat . Cras itaque hac ipsa hora , id quod promisiimus , Deo auspicante , inchoabimus .

Quod superest economia totius Orationis ea est , ut brevi quādam commendatione Mathematicarum disciplinarum universè præmissā , commendentur duæ illæ , quibus Astronomia , quasi alis eveniuntur .

hitur, Geometria nempe (ad quam Trigonometrica, Optica, Gnomonica, Geographia, Architectura, seu Mechanica referuntur) & Arithmetica; subinde vero disseratur, tum paucioribus de ipsa Astronomia, cuius amplitudo (& quid ex Geometria, Arithmeticaque deducat) monstratur; antiquitas ab usque Setho, Abrahamoque deducitur; instituto ad Hipparchum, Ptolemæum, Copernicum refertur, dignitas, & præstantia ex re subiecta declaratur; utilitas denique ex distinctione temporum, ex animi oblectatione Numinis, ex futurorum eventuum præmonstratione petitur: tum plurius de Astrologia, quam repudiandam non esse ostenditur primum ex ordinatione divina, quæ tot Sidera esse frustra noluerit; ac deinde experientia multiplici, non modò, quod spectat ad mutationes aëris, verum etiam quod ad humanos casus: ac ubi variaz objectiones, partim ex Philosophia, partim ex Theologia propositæ sunt, ipsis ex ordine respondentur. Hæc itaque œconomia, & quasi argumentum Orationis totius est, ubi quod tantum opera in studio Astrologiae afferendo, & propugnando posuit, condonari, vel ex eo potest, quod spes illi fuit, ut hocce quasi illestanto plerique rerum cœlestium amore ita caperentur, ut illis, quemadmodum ipse, observitandis incumbenterent. Nōrat nempe quām essent curvæ hominum animæ in terras, quāmque neglectū futurum esset cœlestium rerum studiu, nisi homines confiderent possese ex iis consequi notitiam rerum futurarum. Ipse certè ex eo laudandus, quod tametsi ardor noscendi futura primam illi ansam observandi fecerit, animosque addiderit; hoc tamen deinceps habuerit, quasi ~~magis~~, ac præcipuo in pretio fuerit ipsa per se pulcherrima, longèque suavissima rerum nobilissimarum notitia.

Peractis prælectionibus, compositisque domi rebus, nihil potius habuit, quām ineunte vere succendentis anni M. D. L. x. v. arripere tandem institutum iter. Reliqui vero domi uxorem, & filiam, quod incertus adhuc, ubi sedem deligeret, explorare vellet, si qua degere commodè apud exteros posset. Contendit porro primum in Hassiam, ut laudatissimum Principem Wilhelminum Regionis Landgravium conveniret, affareturque, quem inaudierat impenso studio cœlestibus rebus observandis invigilare. Is neimpe natus ab anno usque ejus sæculi x x iij. & principatum adeptus lxi. ita semper captus amore cœlestium, ita delectatus illorum observatione fuerat,



1575. ut penè ex parte jam perfecisset , quod abs Tychone affectabatur : adeò ut , nisi pleno successu , voto saltem , ac merito summis illis Herroibus , quibus sacra Vrania plurimùm debet , sit accensendus . Edit Willebrordus Snellius , quas pauculas ejus Observations nactus est , maximèque Meridianarum Solis Altitudinum , ab anno sèculi lxj. ac habitaruū etiam circa Planetas cæteros , ab anno xc. & dicens postea , qui fuit illius Mathematicus , Christophorus Rothmannus , prodidit fuisse etiam Cometam ab illo observatum anno LVIII. Vide obiter quid de illo Ramus in Mathematico Proœmio . *Gulielmus* , inquit , *Land-gravius Hassie* videtur *Cassellas Alexandriam translatisse*. Sic *Cassellas* artifices organorum observandis Sideribus necessariorū instruxit , sic quotidianis per instructa organa observationibus oblectatur , ut Ptolemaeus ex *Egypto* in *Germaniam* cum *Armillis* , & *Regulis* venisse videatur . Ac statim , *Land-gravij Mathematica organa Augustum Saxonia Electorem pari amore Astrologia incenderunt , jam sua sponte , & Homelio Doctore vehementer incensum*. Peruenit ergo Tycho *Cassellas* sub Aprilis initium , ac lætitia summâ exceptus , ita pari utrimque gaudio versatus cum *Land-gravio* fuit. Nempe dies suavissimè inter colloquendum de rebus cœlestibus exigebantur : noctes verò inter observandum , si quando favit serenitas. Apparārat scilicet Princeps Observatorium in summa Arce , in quo constitutis sub dio organis Astronomicis , Quadrante , Torqueto , & aliis ex orichalco elaboratis , observations peragerentur. Protulit Tycho illic nonnulla , quæ convehebat , ut quotiescumque pateret opportunitas , observare aliquid posset (erant verò ea minutiora , ut efflent portatilia) quocirca & facta eorum collatione cum instrumentis Principis , explorata mutuò probataque fuit tum facilitas tractandi , tum fides. Cætera inter observata , locus fuit Spicæ Virginis , cuius acceptas aliquoties cùm ab aliis Fixis distantias , tum summas altitudines , easque consignatas manu Principis Tycho detulit , ac studiosè servavit. Detulit verò etiam quem cum eo Princeps communicavit restitutarum à se Affixarum Catalogui , ac cæteras inter , Aldeboræ , Dextri Orionis humeri , Canis majoris , Aquilæ , Vulturisve volantis.

Inter diurna illa colloquia , jucundius nihil fuit , quām sermones de Nova Stella , quam ipse etiam *Land-gravius* observarat , conferere ; tametsi ejus observations , quæ cœperant solūm à die Decembrii III.

cont.

continuatæ ultra diem Martii xiv. minimè fuissent, quod tum foret 1575. satis, superque perspectum, Stellam omni motu speciali destitui. Ac opinabatur quidem ille non caruisse Stellam omni penitus parallaxi, utcūmque illa vix ad tria usque minuta pertingeret, neque Tychoni tum vacavit rem scrupulosè expendere, ut quā error subesset, faceret perspectum; at post-modum tamen illud præstitit, ut posterius quoque attingendum erit. Interea suavissimum habuit ex Principe ipso audire, illum eā diligentiā, attentioneque observando fuisse (neque enim modò habebat viros ad observandum destinatos, sed ipse quoque donec vacabat, eō appellebat animum) ut aliquando, cum foret intentus supremæ altitudini non sine labore, & nisu accipiendæ (siquidem Stella à vertice amplius, quā decem gradibus, ac semissa non aberat) supervenerint quidem famuli, qui renunciārint partem domus incendio flagrare improviso; at ipse id damnum non duxerit magni, præ exquisita observatione, quam perficere immotus sustinuit. Suavissimum quoque fuit Tychoni audire, fuisse Solem à Principe sæpenūmero observatum fieri quasi retrogradum, propè horizontem cum foret, adeo ut Sole occasuro, ductæ in horologiis Sciothericis lineaæ non quadrarent ad tempora, quæ forent aliunde perspecta horariis machinalibus; sed æquo tardius attingerentur, sicque horas facerent, quasi Sole moram trahente, prolixiores. Quippe cūn jam Tycho quidpiam simile inter observata Bernardi Walteri legisset, ipseque inter propria non dissimile aliquid notasset, cogitavit rem sedulò per otium ita explorare, ut faceret planum, qua arte observationes Siderum in humili situ versusantum peractæ, possent emendari.

Hæc, & alia id genus fuere, de quibus inter illos actuū totos octo, aut decem dies consuetudine familiarī fuit. Et constitūset quidem Tycho non nihil diutius apud Principem: at interveniente obitu filiolæ, quæ Principi luctum induxit, veritus est rem facere importunam; ac ideo ab illo discessit (ne ausus quidem interpellere, ut exscribi de Nova Stella observationes pateretur) & Francofuitum ad Mœnum pettit, ut celebris Nundinis, quæ tum instabant, interesset. Dies aliquot ibi commoratus, ac pervolutatis libris variis, & non nullis etiam coemptis, ac imprimis, si quos non habuit, qui de Stella Nova forent editi, contendit in Helvetiam, & cum lustrasset varias in itinere civitates, nullatamen æquæ ac ipsa Rauracorum Basilea placuit.



1575. Quare & in ea plusculum moratus , viciniam quoque circumspexit ; & cogitavit posse illeic sedem commodè deligi , in qua jaciendis necessariis ad instaurationem Astronomiæ fundamentis incumberetur . Sensit nimirum allici se tum aëris salubritate , & caritate victus non magna ; tum Academiaz celebritate , & eruditorum in ea virorum consuetudine ; tum ipso trium amplissimarum , Gallia nimirum , ac Italiæ , Germaniæque regionum confinio , quo fieret , ut posset cum illustribus , eruditisque per illas viris literarum commercium iustitiovere , ac inventa sua latius spargere in publicum usum . Perlustratâ Helvetiâ , tum in Venetorum ditionem excurrit , tum dies aliquot transegit Venetiis , eamque urbem est multum veneratus , ob sapientissimum regimen , ac eruditionem etiam singularem Nobilissimorum virorum complurium , quibuscum conversatus est , quosque ut summâ solertia , ita summo ingenii acumine præditos agnovit .

Reperiuit subinde Germaniam , & Ratisbonam cogitans , quò erant comitia ad Imperatoris Rudolphi coronationem convocata , Vindelicorum Augustâ transit , ubi & amicos revit , recreavitque summo- perè : & magnum illum Quadrantem ligneum non multò antè confractum doluit : & grandein Globum à se relictum , interhiantemque repertum ad transvectionem , si quà demùm pedem figeret , comparavit : denique autem abiens , secum abduxit Pictorem egregium (ipsumque aliunde literatum virum) Tobiam Gemperlinum , qui peste post-modum in Dania grassante , diem Hafniæ obiit . Ratisbonam cùm pervenisset , agerrimè tulit eò non accessisse cum ceteris Germaniæ Primoribus optimum Land-Gravium , quicum sperarat amplius de rebus Astronomicis colloqui : consolationi tamen fuit , quod multos præstantes eruditione viros , qui eò convenerant , videre , affari , parare sibi amicos licuit . Præcipuus inter illos fuit Thaddeus Hagecius Bohemus Aulæ Imperialis Medicus ordinarius , qui ipsi suum de Nova Stella libellum Dialexin inscriptum donavit , ac simul exemplum libelli à memorato jam antè Hieronymo Munoho Hispano de eodem arguento conscripti , qui illi etenim fuerat incomptus . Spectator intercà cùm fuisset magnifica Coronationis , quæ in diem Novembri primam incidit , non diù deinceps illeic fuit moratus ; siquidem destinavit domum redire ante hiemem , ut sc ad discellum cùm tota familia in succedens ver compararet .

Inter

Inter redeundum vidit Salteldiae Erasmus Reinholdum juniores, 1575.
 ex quo suave habuit nonnulla inquirere de Parente doctissimo, illo
 scilicet Tabularum Prutenicarum conditore. Is, cum speciatim de
 monumentis Patri^z residuis rogaretur, Tabulas ostendit locupletas
 variè, potissimum vero quod ad Planetarum spectat et Prostaphæ-
 refeis, ad singula graduum minuta dena resolutas. Dedit vero Tycho-
 ni suum, quem in superiore annum contexuerat Almanach Astrolo-
 gicum, ob quædam que de Nova Stella ipsi attexta habebantur, & de
 quibus Tycho aliquid inaudierat. Vedit etiam Wittebergæ cum aliis,
 tum potissimum Wolfgangum Sculerum, qui ante duos annos publicè
 responderat ad quæstionem de Nova Stella à Caspero Peucero juniori
 institutam, ac attribuerat Stellæ Parallaxin minutorum novemde-
 cim. Nempe inspicere simul voluit, quibus instrumentis perventum
 ad Parallaxes notitiam fuisse. Non modò autem deprehendit Regu-
 las Parallacticas, quibus ille usum Ioannem Prætorium magni-facie-
 bat, nec dum fuisse planè absolutas; sed Quadrantem etiam illum li-
 gneum, quo Erasmus Reinholdus in decernenda Wittebergensi Poli
 altitudine usus fuerat, quoque etiam acceptæ Stellæ altitudines ferc-
 bantur, non ejusmodi esse, qui posset Land-Graviano illi præferrri,
 licet fore Radio, Semidiametrove admodum majore. Quin-etiam,
 cum summi coenarendet Reinholdum ob accuratissimam rationem
 administrandi numeros, admiratus est tamen tantum cultorem Astro-
 nomie non aliis fuisse Organis instructum; & occupatum in calculo,
 subducendisve numeris, non fuisse ipsorum Siderum inspiciundorum
 curiosiorem; ac potuisse etiam suo illo Quadrante utentem à desi-
 gnanda Poli altitudine, sexta penè gradus parte aberrare; quippe
 quam graduum 51. minut. 54. constituerit, cum vix tamen
 major supra eum gradum sit minutis 45.

DE

TYCHONIS BRAHEI VITA.

LIBER SECUNDUS.

TN Daniam, redux tacitè se ad id, quod jam dixi, parabat; ut posset nempe Basileæ Rauracorum se sistere, ubi præter alia loci allestanta, fore se liberum sperbat ab importuno illo concursu tot Nobilium, amicorumque, quo futurum præsentiebat, ut obrueretur, inturbareturque à studiis, quæ destinârat animo, si aut in Scania, Knudtorpiique, aut alibi in quapiam ampla Daniz regione consisteret: Verum nesciebat, quid interè Rex optimus meditaretur. Contigerat, ut aliquantò post ejus ex Hassia discessum, Legati quidam nomine Regis destinarentur ad Landgrayum, qui & sollicite de Tychone quærens, & se expetere testatus, ut illi denud occasio sui invifendi fieret, adjecerat rogare se illos, ut suo nomine Regem impensè hortarentur, quod generosos viri conatus in Astronomia instauranda pro sua benevolentia, munificentiaque Regia promoveret. Videlicet facturum rem immortali nomine dignam; quippe cujus emolumentum, ut permanarat ad posteros, ita cum summa ejus laude, ac fama esset perennaturum. Rex itaque adhortationis hujusmodi non immemor, hæresque aliunde ejus affectus, quo Christianus Paren mirè oblectatus Mathematicis studiis, ea in Academia Hafniensi institutus.

stiterat; ac non nescius Reges, Principesque magnos, quòd hanc cælestium rerum scientiam, aut coluisserent ipsi, aut magno alioquin habuissent in pretio, gloriam sibi, ac decus nunquam inter mortitum parasse: propensus aliunde in ipsum Tychonem, totamque ipsius familiam, & gnarus illum à pueritia ita incubuisse huic scientiæ, ita ardenter ad ipsius illustrationem contendere, ut, si adjutaretur modò, posset quidpiam grande, ac supra id oinne, quod eatenus foret præstatum moliri; ideo ejus studiis favere constituit, & maximè quidem ex quo intellexit cogitare illum de sede apud exterorū queritanda; scilicet indignum ducens facinus, patriæ hanc laudem praripi, quæ accersenda potius, si quæ liceret, ab exteris foret.

Quamobrem, cùm ille Knudstorpii res suas iam componeret, ac ^{1575.} tale nihil cogitaret, destinavit ad ipsum Rex unum ex pueris nobilibus, datis literis, quibus eum monebat, ut ad se quam-primum, seu Hafniæ, seu ubivis in Insula Zelandia foret, accederet. Cùm accelerasset, Rex illum est complexus humanissimè, & testatus velle se omnino studiorum ipsius rationem habere, ultrò obtulit, concessitque Insulam, quæ in Danico freto, Zelandiam inter, & Scaniam sita, dicitur Latine *Venusia*, indigenis *Huenna*, exteris *Scarlatina*. Concessit, inquam, ut in ea, quasi in secessu Astronomiæ operam daret, ac simul recepit in se quicquid impensarum, seu ad *Ædificia*, seu ad *Organæ*, seu ad *operas*, seu ad *famulos*, sed ad quidvis demum (etiam ad labores Pyronomicos) necessarium foret. Pronum est sanè conjicere, quo affectu Tycho hanc tantam Regiæ munificentie testationem excepèrit, qui & pervidit se citra illam, tale nihil posse, quale animo conceperat, perficere; & patriæ amans, latatus est fore, ut decori illi cederet, quicquid se suis laboribus consequeturum gloriæ præfensit. Non diu proinde deliberavit, nec repugnanteis amicos habuit, quo minus mutaret de itinere suscipiendo consilium; sed acceptam habens liberalitatem tanti Principis, Insulæ ad vitam concessæ possessionem adiit. Est ea, ut dixi, in freto sita, habetque Hafniam ad Lihonotum tribus milliaribus distantem, ac Helsimburgum ad Boream in Scania continente, duobus. Ambitus est passuum octies mille centrum sexaginta majorum; talcis scilicet Tycho dicit. In montis formam ita assurgit, ut præalta licet, in planitatem tamen sursum definit; amoeni proinde prospectus, ac talis, ut proflus esse videatur à natura ad

1576. rerum Cælestium observationem comparata. Nusquam aliunde scopolosa, ac non modo frugum optimarum serax, sed jumentis etiam abundans, damas, lepores, cuniculos, perdices magna copia ales, & capturæ quoque piscium opportuna. Pagus in ea unicus, quem Rustici plus minus quadraginta inhabitant, ac supersunt etiamnum vestigia quatuor arcium, quæ in Insula olim extiterunt. Pascua quædā sunt consita arbustis; pratum palustre, è quo alni assurgunt; & corylorum silvula ad boreum declive, quæ vergit in ottum.

Insulâ illustrâ, destinavit Tycho magnificam Arcem in ipso planicie medio constituere, quæ à lui fine, destinationeve, Uraniburgum, hoc est, Cœli civitas indigitaretur. Designatione itaque factâ, apparatusque omnibus, recepit Danzæus, de quo antè dictum, Lapidem primum fundamentalem ejus structuræ ponere; unde & de legit Porphyrium, & hæc illi verba insculpi curavit. REGNANTE IN DANIA FRIDERICO II. CAROLUS DANZÆUS AQUITANUS, R.G.I.D.L. (hoc est, ut opinor, Regis Gallorum in Dania Legatus) DOMUI HUIC PHILOSOPHIAE, IMPRIMISQUE ASTORUM CONTEMPLATIONI, REGIS DECRETO A NOBILI VIRO TYCHONE BRAHE DE KNUDSTRUP EXSTRUCTÆ VOTIVUM HUNC LAPIDEM MEMORIAE, ET FELICIS AUSPICIIS ERGO P. ANNO CIC. ID. LXVI. VI. ID. AUGUSTI. Positus ergo illo die Lapis (addit Tycho id factum manè, exoriente Sole, unâ cum Jove, juxta Cor Leonis, Lunâ oppositâ occupante cardine in occiduum in Aquario) idque tum Danzæo, tum viris Nobilibus, doctisque amicis, qui eò convernerant, vario vinorum genere solemniter litantibus, & pro more apprecantibus fausta. Crescere exinde opus cœpit; tametsi perfectum non fuerit, nisi annis insequentibus, per quos fuere etiam alia ædificia exstructa. Ad ipsam Arcem quod attinet, fuit ejus forma quadrata, & facies valli quælibet exteriùs pedum trecentorum, diducto extrorsum sub faciei medium Semicirculo, cuius diametet interiùs pedum nonaginta. Valli altitudo pedum x x ij. crassitudo ad fundamentum x x. Quatuor anguli exquisitè quatuor angulis cœli respondentes, Turribus ad Meridianalem, Septentrionalem in quinque erekts, quarum illa Typographæon, hæc domuncula ministrorum foret; Portis verò ad Orientalem, Occidentalemque exstructis, cùm Molosorum ergastulis,

& in-

& incumbentibus supernè Peregrinorum hospitamentis. Succedebat 1576. intra vallum Hortus arborum varii generis circiter trecentarum, unà cum pergulis ad Semicirculorum centra recreationis causa contextis. Is ambiebat Hortum hérbarum, ac florum topiario opere variegatum, ac terminatum interiùs in orbem nudo pedes alto x l. v. continenteque editiorum aream, in cuius medio præcipua domus, & ex qua via quatuor ad memoratos angulos, cum totidem ostiis ad ineundum hortos.

Ipsa autem præcipua Domus formâ etiam fuit quadratâ, quovis latere pedum circiter 1 x. cōsistente. Portæ ad ortum occasumque: Ad Meridiem verò, ac Boream appositæ rotundæ Turres duæ, diametro pedum x x ij. (additis videlicet x. pro exteriore, congruèque suffulso circumductu pedibus) quæ ad sumnum inferioris contignationis evenitæ Observatoria fierent, cum explicabilibus tectis, hoc est, quasi valvis superioribus, quæ aperiri in quālibet hemisphærii partem possent; idque cùm foret utробique Observatorium geminum; maius quidem citra, versus faciem domus; minus verò ultra, & ad circumferentiam turris. Longum foret internam Domus dispositionem describere; ut cænacula æstivum, hibernumque, cum picturis variis; ut cæmeras, cubiculâ, tam pro familia, quam pro hospitibus, sub duplice contignatione (præter octona pro studiosis supra secundam) ut speculam octogonalem super-exstantem, & proximè infra domus apicem, cui pro flabello inminens Pegasus altus fuit à terra pedibus lxxv. ut Musum, ac Bibliothecam intra Meridionalem turrim, sub ipso puta Observatorio, ac supra Laboratorium crypte subterraneâ contentum, & fornaces sexdecim varii generis continens: ut residuam structuram subterraneam, vix quicquam minoris supereminente constantem: ut puteum cæmentitium, ulnis xl. profundum, è quo potuit etiam in singulas cæmeras per siphones aqua distribui: præter fontem in ipso quasi domus umbilico, quo rotatus volubilis Aquarius, aquas quoquoversum, quoties liberet, ejaculabatur. Longum etiam foret ornamenti omnia toti ædificio, maximèque exteriùs adhibita commemorare; siquidem, præter symmetriam, nihil omnino, quod ad decorum; juxta exquisitiiores Architecturæ regulas facere est visum, prætermisum fuit. Præcipuam interim dominum dico; quoniam præter ipsam, fuere & quas diximus esse in ipsis valli angulis, & duæ aliunde

1576. exteriùs sita, altera ad Boream, in qua essent officinæ Artificum Astronomicæ instrumenta, aliaque fabricantium; altera ad Meridiem, quæ foret ut prædium cœconomiae destinatum. Ut raseam, cum forent Vivaria, seu piscinae, l. x. circiter per Australem Insulæ partem quæ excavatae, quæ communitez aggeribus, ac in illis præcipue tres; fuisse ad defluxum aquarum collectarum in infinitam, insignem Moletrinam exstructam, eamque non modò frumentariam, sed etiam papyraceam, & apparandis pellibus inserviente.

An heic memorem Observatorium novum, quod exstructum quoque fuit post-modum in Colliculo ad Meridiem sito, & ab arce diffito minoribus passibus sexaginta? Nempe, cum duo illa, de quibus jam dictum, non viderentur omnibus, quæ Tycho in dies meditabatur, suffictura Organis, ac præsertim majoribus, quæ tutius, firmiusque constare, & à ventis fieri prorsus immunia expeteret, induxit sibi in animum exstruere in eo colle Observatorium subterraneum in aliquot cryptas ex solido muro distinctum, in quibus hujuscemodi Instrumenta reponeret, ac usus opera studiosorum, alias heic, alias illeic haberet, ne aut sibi mutuò obstante, aut citius, quam vellet, observata inter se conferrent. Crypticum hoc Observatorium indigitavit Stellaburgum, ipsumque quadratâ areâ circumduxit, cuius singulæ facies versus mundi plagas conversæ, retinaculis erectis munitæ, & suis semirculis quoque ad sui medium extuberantes, pedes longæ septuaginta forent. Apparatum fuit in medio Observatorii hypocaustum, ipsum quoque quadratum, eodemque conversas habens facies; ita ut adiretur ex singulis cryptis ad quatuor ipsius angulos constructis; præter quintam, & maximam, quæ ad Meridionalem erat faciem; cum nulla foret ad Boream, quæ erat vestibulum, unde ingressus in Observatorium. Prætero cœptum quidem fuisse, at non absolutum meatum sub terra testudineum, quo ex arce, & Liberatorio quidem, in hoc Observatorium, si quando per hicinem invitaret screritas, neque juvaret valli portas aperire, penetraretur. Prætero quoque cryptarum testa fuisse, aut omnino exemptitia, aut quasi valvas diducibilia, quò usus Instrumentorum defixis in terra fulcris firmiter sustentatorum efficeretur liberior, quamcumq; in partem respectandum foret. Prætero rursus Tychoneum ad hæc, cæteraque opifia conduxisse semper quoscumq; nancisci artifices eximios potuit, ut Ioannem de Embda Architectum,

1576.

teatum, Joannem Crolium aurifabrum, Joannem de Antuerpia pictorem (idque præter jactu memoratum Gemperlinum) & plerosque alios. Prætereo proinde ornamenta varia, ac speciatim cingies præcipuorum Astronomorum, Hipparchi, Ptolemæi, Albategnii, Copernici, Land-gravii ipsius, quas in Musæo collocavit; ac rufus, quas in hypocastio, Timocharidis, Hipparchi, Ptolemæi, Albategnii, Alphonsi, Copernici, sui-ipsius. Prætereo demum inscriptiones, & carmina varia, sed in commendationem ejusmodi Astronomorum; inque iis potissimum Ptolemæi & Copernici; & ex hisce duobus maximè posterioris.

Quoniam verò, dum ædificia apparentur, promoverenturque, ac etiam deinceps, conficiendorum ad observandum Instrumentorum cura incubuit: ideò nihil vrat hoc loco illorum, non tam descriptionem (nimis enim prolixum opus) quam Indicem præoccupare, & ea quidem serie, qua res aliquando perscripta ad Land-gravium fuit. Itaque ut ab arce, Vraniburgove incipiunt, fuere in Australi Observatory, & majore quidein, I, Semicirculus ex solido ferro, orichalco obductus, diametri cubitorum sex, Azimuthali Horizonti insistens diametri cubitorum quatuor. II, Sextans orichalco consimiliter obductus, & cubitorum quatuor semidiametro, seu radio à centro ad circumferentiam. III, Quadrans sesqui-cubitalis ex solido orichalco constans, & circulo Azimuthali trium cubitorum insistens. IV, Regulæ Ptolemæi Parallacticæ, orichalco obductæ, latere utroque ambientes angulum quæsitum, cubitorum quatuor. V, Sextans jam descriptus, cum de Nova Stella. VI, Quadrans iterum sesqui-cubitalis, & ex solido orichalco, cum Azimuthali suo. VII, Armillæ Zodiacales, ex ære fuso, solidoque tornatae, diametro ferè cubitorum trium. Fuit juxta hoc Observatory Horologium magnum per unicam rotam diametri cubitorum duorum, cum appensis aliis minoribus duabus, quæ illius instar indicarent horas, minutæ, secunda. In minore autem Observatory fuit VIII, Instrumentum solùm Armilarum Äquatoriarum orichalco obductarum, cum Meridiana ex chalybe, cuius diameter cubitorum propemodum quatuor. In Septentrionali, & majore quidem, fuere IX, Regulæ Parallacticæ orichalco undique obductæ, quarum infima aliis simul duabus longitudine æqua, foret longa octo cum seimus cubitos, & non attolleretur, ac demitteretur in modo, sed circumageretur etiam in circulo Azimuthali,



1576. seu supra Horizontem, ipsum quoque ex orichalco totum, ac diametri duodecim pedum. X, Diuidius Sextans, duobus arcubus quindennum graduum, & æqualium circulorum coherentibus; ac numerari cœptis quæ æquidistant centris, cubito uno dissitis; radio aliunde quadricubitali, & limbis, quæ divisiones; & transversali, in quo centra, ex orichalco. XI, Sextans chalybeus, qui usui esse, cum unicus esset observator, posset. XII, Alius Sextans bisurcatus, arcu chalybeo, cubitorum quatuor. XIII, Regulaæ Parallacticæ Nicolai Copernici, de quibus dicendum inferius. In minore verò fuere XIV, Armillæ Äquatoriaz superioribus propè pares. XV, Quadrans è lamina orichalcica solida, radii cubitorum propemodum quinque, atque adeò non modò singula minuta, sed dena etiam secunda capiens. In vacua ejus area cælata erant cum varia ad Astronomiam, Chymiamque spectantia, tum præsentim ipsius Tycho's effigies, acta ante pedes venatici Canis, quem ejus fuisse delicium dicunt. Prætereo fuisse XVI, in ipso Musæo Globum illum magnum, de quo aliquid dictum jam, & de quo sunt plura inferius dicenda: ne quidpiam adjiciam de aliis minoribus compluribus; ut neque de aliis minutioribus omnis generis organis, automatisque ibidem conspectis. Non addo quoque, exteriùs, & ad latera cuiusque istorum Observatorium, fuisse fulcra apposita, cum globis superstantibus, quibus impositi debitèque cohærentes Sextantes, cæteraque organa, converti in omnem cæli faciem possent.

Deinde, ut de Stellæ-burgo, Organisque in eo pergam dicere; fuit XVII, appensus in ipso hypocausto Semicirculus quidam magnus, & circumferentiaz orichalco obductæ, cuius usus foret exteriùs: præter tria Horologia horas, & minuta, secundaque adnotantia. In crypte verò ad meridiei faciem, fuit XVIII, Armilla Äquatoria diametri cubitorum septem, cum Semiarmillæ cubitorum novem, utraque orichalco undique obducta. Fuit & XIX, in crypte ad Notapelioten, Sextans quadricubitalis, & XX, in crypte ad Notozephyrum, Quadratum Geometricum ferreum, cum intercepto Quadrante chalybe obducto, radii cubitorum propemodum quinque; adeò ut costæ cuperent tangentis cyphrarum sex, & ipse Quadrans dena secunda. XXI, in crypte ad Borrapelioten, Quadrans radii quadricubitalis, orichalco obductus, & quindena secunda capiens,

cum

cum circulo Azimuthali, & Meridiana linea, ex maximis Stellæ Polaris digressionibus interducta. XXII, in crypta ad Borrozephyrum, Armilla Zodiacales orichalcicæ, quas qui contineret Meridianus chalybeus diametro foret cubitorum trium. XXIII, Appensus ibidem fuit Sextans orichalcicus, & per cochleas compactilis, resolubilisque, ut transferri commodè in regiones exteriores posset, radii cubitorum quatuor. Fuit verò præterea XXIV, in eodem Observatorio subterraneo Armilla quædam emobilis, exteriùsque usurpabilis, orichalco obducta, diametrique trium cubitorum. Fuit & XXV, Quadrans è solida lamina orichalcica, inaurataque, radii cubito non majoris; in cujus area, præter divisionem in limbo vulgarem, interducti fuere varii circuli Nonianæ in minutias divisioni inservientes. Fuit rursus XXVI, appensus in ipso hypocausto, Radius Astronomicus ex orichalco solidio, & cubitis tribus aliquanto longior, consecutus antea à Gualtero Arscenio nepote Gemmæ Frisijs, à quo fuerat ejus consecratio descripta. Fuit porrò alias etiam Radius ex orichalcicis laminis, per lineas transversas, punctatasque divisus. Fuit XXVII, Annulus Astronomicus, ex orichalco etiam totus, diametri nonnihil cubito majoris, qui eundem Arscenium, juxta ejusdem Gemmæ præscripta, habuerat authorem. Fuit XXVIII, parvum Astrolabium orichalcicum, spithamalis diametri, enjusmodi Joannes Stoflerus descripsit. Postrenò fuere etiam complures alia variis usibus destinatae machinæ (veluti excipiendis, v. c. Stellarum radiis, itemque Solis, ac Lunæ umbris) quas jam memorare nihil attinet. Addo solum fuisse in exterioris areæ Stellæ-burgicæ angulis fulcra disposita cum suis globis, eo usq; quo dictum circa alia Observatoria: ac in ipsis ejusdem areæ, tam occidentali, quam orientali semicirculis, erectas columnas, quibus, cum opus forct, non alia modò exemptitia Organa, sed Regulæ etiam Ptolemaicæ illuc translatae appendentur: idque præter erectam mensam, tabulainve lapideam rotundam, ad meridionalem semicirculum, supra quam Quadrans portatilis, aliaque id genus organa ad observationis facilitatem constituerentur.

Attingendum porrò adhuc unum est, quod Tycho speciatim, inter cetera, in usum induxit: celebris nempe illa graduum per lineas, punctaque transversa divisio. Scilicet arcum distinguebat duabus lineis arcualibus, quarum intercapedo foret pars totius radii, scindidametrive qua-

1576. quadragesima octava : ac tum , assūptam intraque portionem gradū integro respondentem , in sex parteis sic discernebat , ut ab initio primæ inferioris , in finem primæ superioris , ab hoc in finem secundæ inferioris , inde in finem tertiaz superioris , inde in finem quartaz inferioris , inde in finem quintaz superioris , ac inde demum in finem sextaz inferioris , transversas lineas duceret , quæ decem punctis inter se æquidistantibus distinctæ , totum gradum in lx. minuta exhiberent divisionem : adeò ut transiens per quoddam punctum , seu filum perpendiculari , seu linea fiduciaæ in norma , Alhidadâve appellata , perinde indicaret minutum , ac si illud potuisset in superiore , inferioreve arcu discerni. Unde & minus mirabere , quod diximus quædam ejus Instrumenta dena etiam secunda exhibuisse : quippe interstitia denorum punctorum fuere in aliquibus tanta , ut possent in senas subdivisim particulas , quarum qualibet decem secundis æquivaleret : ut præterea fuisse Instrumenta , in quibus , arcualibus līneis in duodecim parteis distinctis , transversæ lineæ in quinque solum minuta sic distibuerentur , ut interstitium discernendis secundis amplum relinquere retur. Deum immortalem , quanta discretio , respectu eorum Instrumentorum , quibus Ptolemaeus , aliique antiquiores usi ; cum in illis graduuin civilio ultra parteis duodecim , seu minuta quina non exhiberetur ! Incidit verò Tychoni in mente in istam divisionis formam usurpare , ex ea Radij divisione , quanii Lipsiæ ab Homelio , Scultetique didicerat. Aclicet ea videri posset congrue dumtaxat usurpari parallelogrammis rectilineis , in quibus diagonia rectilinea itidem sunt ; perspicuum est tamen transversas has lineas , rectas licet , nihil omnino , quod cadere in sensum possit , differre ab iis arcibus , qui forent per earum extrema ducendi. Quoniam , cum isti arcus sint portiones eorum circulorum , qui ducendi præterea per Instrumenti centrum forent , & ducta rectæ ab iis extremitatibus in centra horum circulorum , angulum creant ejus duplum , qui in centro instrumenti sit : constat à hanc transversa linea , quam arcus , cuius subtenet est , his secetur à linea ex centro ejus arcus ducta , interstitium inter subtenantem , & arcum , hoc est , minutorum quinque simum versum , fore tantulum , ut ne uni quidem parti radii , semidiæmetrive centies millesimæ adæquetur : quod quantum supra omninem sensus acutiem sit positum , liquet. Ut præterea ipsum Tychopem rem ita deducere , ut ostendat

ostendat differentiam maximam vix creare errorem trium secundorum. Cætera, que ad fornacem, usumque pinnaciorum, seu dioptriarum, aliarumque partium Instrumentorum attinent, prolixioris sunt, quām ut locus hic capere possit, explicationis.

Postremò videntur duo quædam esse hoc loco præoccupanda. Unum est, Tychonem ex hoc tempore aliisque continentem variis juvenes, Adolescentibus studiosos; qui pollentes visu, ingenioque acuminata, sibi adjutores observando forent. Neque verò illos sufficiabat modò, sed eruditus etiam pro cuiusque captu, in Mathematicis, & Philosophicis disciplinis. Ac alii quidem diutius, alii brevius apud ipsum commorabantur; sed fuere tamen semper minimum sex, septem, aut octo, interdum decem, aut duodecim (idque præter pueros, junioresque discipulos) quos partim accesseret ipse ex Academiis, aliisque locis, partim admittebat ultrè advenienteis, seseque offerentes. Accessere interdum novem numero, uno eodemque tempore, quos omnes exceptit, ac nisi discedere volenteis non dimisit. Ex iis, quos magni præsertim fecit, aliqui deinceps, prout dabitur occasio, commemorabuntur; neque enim omnes recensere, quorum elen-chum optimus Wormius transmisit, quicquam attinet. Alterum, Tychone in per annos viginti, ac unum, quibus incoluit Insulam, insuffisit in hac omnia ultra Tonnam auri, ut ipse metu loquitur; constat autem Tonna ex centum Dalerorum millibus, que trecentis propè librarum Turonicarum millibus valent. Quare & nihil sibi reliquum fecit, seu ex propriis redditibus (testatur quinetiam Kepplerus impensum patrimonium) seu ex Regia munificentia. Videlicet optimus Rex, contulit ipsi, tum necessaria apparandis Aedificiis, ac Machinis; tum annuatim duo Dalerorum millia ex Telonio; tum etiam præterea feudum in Norvegia, & Canonicatum in Episcopali Roschilden Ecclesia, seu Præbendam sancti Laurentii, quam jam Regum appellant (Regis Cancellario solitam conferri) cuiusque annuis redditus mille Daleris æstimatus alii oneri addictus non est, quām ut Sacellum, in quo Regum ex familia Oldenburgica exstant Mau-solæ, sartum tectum servetur.

Jam, cùm ex hoc tempore usque, nulla penè nox serena abierit, quin aliquam observationem circa Sidera tam Errantia, quām Affixa peregerit; tum cœpit præsertim Anno in sequente M. D. LXXXVII. ve-

1577. stigare Poli altitudinem ex circum-polaribus Stellis. Deprehendit autem ex summa, infimaque Stella; Polaris, quæ in extrema Cauda Cynosuræ altitudine, atto si Polum Uraniburgi grad. 55. min. 54^v. idque cum Stella per eum annum distaret à Polo grad. 2. min. 58. sec. 50. quam & resert alicubi Gemmam Frisiun ante annos xxx. deprehendisse eadem ratione, ex maxima nempe, minimaque altitudine, distare à Polo grad. 3. min. 8. Ne cætera verò recenset, ac speciatim totaleis duas Luna Eclipseis observatas, alteram die Aprilis secunda, hor. 8. min. 50. alteram Septembri xxvj. hora 13. cum min. 3. hærendum non-nihil potissimum est circa Cometam, qui ante finem ejus anni apparuit, & per proximi initia evanuit. Scilicet post Stellam Novam observatam, nihil æquè habuit Tycho in votis, ac exorti quempiam Cometam, ex quo accuratè observato deprehenderet, ejusmodi corpora forent loci, ac materiæ cœlestis, an elemataris. Ac doluit quidem, cùm fuit exortus, nondum adesse qualia, quantaque præconceperat Organa (quippe habebat præsertim cura ædificiorum sollicitum) latatus est tamen sibi adesse tria, quibus posset rem exsequi non male. Ea verò fuere, ad caprandum quidem distantias, tum Radius Astronomicus, tum Sextans totus chalybeus, radiisque trium circiter cubitorum: ad habendum autem altitudines, Quadrans ex lamina orichalcica, radii cubitorum non omnino duorum, cùm Horizonte Azimuthali chalybeo, tricubitalis diametri, ad obtinendum Azimutha. Ceterum, quia hic Cometa ut pīinus, sic præcipiuus fuit ex iis, qui fuere à Tychone observati, & Tycho de eo scripsit Librum, qui est de Mundi Ætherei recentioribus Phænomenis secundus; ideo immorari non-nihil circa illius descriptionem juvat.

Memorato itaque anno, ac die Novembri xiiij. cùm paulò ante occasum Solis adstaret Tycho fatulis ad unum eorum vivariorum, quorum fuit non multò antè facta mentio, piscantibus, oculos in eam Cæli partem, si congrua forte serenitas in noctem proximam sponderetur, erexit. En verò Stella ex improviso se conspicuandam præbuit, qualeni se Venus exhibet, cum vicina terris, & Sole declivi in eadem occidua regione versatur. Spectaculo attonitus, nōrat scilicet Venerem, quam non multis antè diebus Jovi vicinam manè observarat, procul ab eo loco esse, ac haberi illeic dumtaxat Saturnum, qui non tantæ esset magnitudinis, & brevi præsertim occasurus he-

liacè,

Hac, ut præsente Sole posset conspicere; requisivit ex famulis, si quam illicet Stellam viderent & ipsi. Afferentibus, ac Venerem esse; Hesperum factam jactantibus, exceptit haud-quaquam rem sic se habere; ac brevi quidpiam insolitum factio crepusculo visum iri. Nec vana præfensio; nam ecce diurna luce paulatim se, Sole occaso, subducente, non grandis modò, eaque alboris sublividi, Stella apparuit, sed diffusa etiam ex ea usque versus ortum, & quasi in Solis oppositum longissima cauda, instar crinum, radiorumve rubicundiorum, qui prope istam Stellam densiores, extremum versus rariores forent, ac leviter, conversa sursum devexitate, incurvarentur. Constitit proinde eam esse Cometam, crinitamve Stellam, quæ non visa licet in Dania diebus antecedentibus, quibus Cælum fuerat nubibus obductum, fuisse tamen die decima in Norvegico Oceano conspecta. Observavit illam Tycho eodem vespere; ac deprehendit Stellam quidem ipsam, seu Caput Cometæ esse diainetri minutorum septem, & Caudam longitudinis viginti duorum graduum; adeò ut, cum Caput esset proximè supra ipsum Caput Sagittarij, Cauda ad usque cornua Capricorni protenderetur. Observavit quoque deinceps, quoties favit serenitas; & cum motu proprio in ortum ferretur, deprehendit illam initio velociter progredi, & brevi ad sinistram Antinoi manum pervenire; prætergredi exinde, tum Delphini Caudam, tum Nareis Equulei; ac superata deinde lentiore jam motu Stella appellata Scheat Pægasæ, evanuisse inter ipsum, ac duas minutulas Stellas in Pægasæ pectore, post diem sequentis Januarij xxvj.

Eniunverò, cum ista quidem pingui Minerva deducta sint; quod ad scutulofiorcim tamen designationem attinet; quia Tychoni in mente fuit tam motum, quam locum Cometæ in Mundo exquisitè alsequi: ideò, quoties licuit, illius distantiam à Fixis illustrioribus circum-vicinis est dimensus; ut perspectis Fixarum locis, tum situm Cometæ in dies singulos obtineret; tum iter illius, ac itineris ad Eclipticam inclinationem intelligeret; tum ejusdem à terra distantiam, hisque affinia pervestigaret. Quocirca & edixit Primò, Cometam, hoc est ejus Caput, seu Stellam, fusile die illa mensis Novembris xiii. in gradu 7. min. 15. Capricorni, cum grad. 8. min. 59. latitudinis boreæ; ac habuisse Ascensionis rectæ grad. 277. viii. 23. cum declinatione Austrina grad. 14. min. 17. & memorata die Januarij xxvj. fuisse in grad. 20.

1577. min. 55. Piscium, cum latitudine item Borea 29. 15. ac habuisse Ascensionis rectæ grad. 339. min. 35. cum declinatione jam Borea grad. 23. min. 10. Nempe Äquatoriem intersecuit sub diem Novembris xxiiij. Sed nimium foret tedium, si Cometa situs respectu tam Eclipticæ, quam respectu Äquatoris singulos dies commemoraretur. Notas sufficiat, quibus Cæli locis primùm, postremùmque visus fuerit, ut interducere circulum, five semitam, quâ incessit, liceat. Edixit deinde istam semitam antecedenter produci intellectam, intersecuisse Eclipticam quidem, in gradu 20. min. 55. Sagittarii, cum inclinationis angulo versus eandem, grad. 29. min. 15. Äquatorem verò in gradu 299. min. 50. cum angulo inclinationis versus ipsum, grad. 33. min. 45. Edixit ad-hæc motum Cometæ diurnum ea lege semper decrevisse, ut cùm à die Novembris xiiij. in xiv. fuisse graduum 3. min. 48. heinc in xv. gr. 3. min. 25. heinc in xv. gr. 3. min. 9. heinc in xvij. gr. 2. min. 58. atque ita porrò, fuerit tandem die Januarij xxv. min. 17. & die xxvj. min. 16. adeò ut totum apparitionis iter, seu ea portio Circuli magni, quam describere innot proprio est observatus, fuerit graduum septuaginta unius, & semissis quam-proximè, nulla ratione habita itineris antecedentis. Cùm motum autem proprium dico, nihil est profectò necesse adinonere fuisse Cometam præterea abreptum (Planetarum scilicet instar) motu illo communi, seu mobilis primi, quo revolvebatur dietimi circa terram; atque ita quidem, ut nunquam videri in Meridiano potuerit, neque idcirco in altitudine supra Horizontem maxima observari.

Edixit insuper, ac præcipue, fuisse Cometam in ætherea, non in elementari regione; seu non depresso infra Lunam, sed longè suprà evectum fuisse. Ad hoc autem est triplici comprobacionis generè usus. Primum suit, quia Cometa tempore toto apparitionis exquisitissimè descripta suo motu arcum circuli maximi; quatenus assumpta per dies singulos observationis latitudo, subterea semper fuit ejusdem inclinationis anguli cum Ecliptica, qui recitatus mox ante est; secus profectò, ac evenisset, nisi ejusmodi circulus bissecuisset Eclipticam, totamque adeò Sphaerum (quod circulorum maximorum proprium est) in duas æquas partes. Atque id quidem, cùm notum sit, nullum sublunare, igneumque, ut volunt, Meteorum esse posse motu adeò regulari, ut à circuli maximi tranite nunquam deflectatur; cùm seu

seu pabuli consecratio, seu facta à ventis, sideribusve abductio talem
constantiam nullam patiatur. Confirmatur autem, Tum quia sublunares
hi ignes, ut vagi, fluctuantesque sunt, sic variè intendunt, re-
mittuntque cursum; cum tamen Cometa uno semper tenore, sc̄ pro-
portionē servata, velocitatem temperat, factusque tardus fuerit:
prositus ut Planetæ ad stationem tendentes. Tum quia, utcumque initio
velox, procul tamen absuit à velocitate, qua Luna propriam de-
currit orbitam (quippe etiam dum lentiissima est, ultra 10. gradus die-
m peradit) adeò prouinde, ut par sit regionem illi superiorē, seu
Sidera inter, quæ segnius Luna moventur, assignare. Tum quia celeste
potius quidpiam, quām elementare sapit, quod Cometa viam à Ca-
pricorni Tropico, in Tropicum Canceris ductu obliquo insisterit. Alter-
um fuit, quia Cometa eodem vespere, interjectis aliquot horis, atque
adeò in variis altitudinibus ab iisdem Fixis distare observatus, aut nul-
lam, aut penè insensibilem altitudinis Parallaxin exhibuit: minirūm
cum vix aliam loci diversitatem subierit, quām poposcerit facta diurni
motus per tempus interjectum promocio. Observationes certe
peractæ diebus per Novembrim, ac Decembrim variis ægræ Paral-
laxin admittunt iniuncti omnes, aut alteries; cùm, si vel in ipso Lunæ
orbe fuisset, admissurus fuisset sextuplo majorem; ut esse prouinde il-
lum oportuerit sicutem sextuplo, at que adeò plusquam trecentis terre-
nis Semidiæmetris distantiorum à nobis, quam Lunam. Tertium fuit,
quia Cometa eodem proximè tempore in variis Horizontibus ab iisdem
Fixis distare observatus, aut nullam, aut vix aliam subiit varie-
tatem distantiarum, quām pro intercapidine temporis, & ratione diurni
motus; ac præsertim quidem, cùm Stella eundem proximè verticale-
lem cum ipso Cometa obtinuerent; ut cum die Novembris xvj. Tycho
observavit distantiam Cometæ à lucida Vulturis grad. 17. min.
50.; & Taddæus Hagecius observavit eandem Pragæ in Bohemia gr.
17. min. 52. Quæ sesquiminuti differentiola revocari potest ad Meri-
dianorum differentiam (existente aliquin hora utrique sexta) tametsi
habita ratione diversæ altitudinis Poli graduum propemodum sex, ea
futura fuisset minutorum 7. si Cometa vel proximè infra orbem Lunæ
exstiteret.

* Edixit præterea Cometam non eadem semper distantia abfuisse à
Terra; sed id supponendo, quod infra dicetur, Mercurium, ac Vene-



1577. rem circuitus suos circa Solem, quasi quoddam centrum obire, existimavit Cometam quoque circumuisse pariter Solem, & ampliore quidem circuitu, quam Venerem; adeò ut, quemadmodum orbis Veneris Mercuriale complectitur, sic orbis Cometæ complexus fuerit Venereum. Et quia tempore primæ apparitionis, quasi ex Perigeo prodibat (sed in consequentia nihilominus secus ac Venus, & Mercurius) idcirco Cometam die Novembrii xiiij. destitisse à Terra terrenis Semidiametris ducentis undecim; Die Decembrii secunda, cum in maxima à Sole digressione foret, Semidiametris quingentis, sexaginta tribus; ac denum Januarii xxvj. Semidiametris 1733. hoc est triente proximè remotiorem à Terra, quam Solem, dum in longitudine media est. Edixit ulterius Cometam, cum die illa xiiij. diametro apparuit, minutorum septem, fuisse proinde in ipso Cœlo, diametro prolixa trecentis sexaginta octo milliariibus Germanicis; id nimirum colligitur ex assumpta à Terra distantia, & supposita unius terrenæ Semidiametri magnitudine, milliariuni eorundem octingentorum sexaginta. Colligitur verò etiam ex eo, quod diameter Cometæ se habuerit ad diametrum Terræ, ut tria ad quatuordecim, & diametrum Lunæ, ut tria ad quatuor; itemque ex eo, quod globi in tripla ratione diametrorum sunt, fuisse Cometam Terræ minorem centies, & semel, cum Terra bessè; & Lunâ bis, cum proximè triente. Postremò, cum hoc de Capite ipso, Stellave sit intelligendum: Edixit Caudam tempore eodem visu prolixam viginti duobus gradibus, aut (quod non tota ob tenuitatem discerni posset) viginti quinque; fuisse consequenter prolixam Semidiametris terrenis nonaginta sex (uti & lata partium sex, esse debuit lata Semidiametris viginti duobus.) Idque, cum ipsum Caudæ extremum foret aliquantò remotius à Terra, quam Caput (quatuordecim puta, aut quindecim Semidiametris) habito respectu ad Veneris situm. Nempe id speciale Cometa hic habuit, ut tempore apparitionis toto Caudam exporreretur in oppositas ad amulsum non Soli, sed Veneri parteis; liquidem ex variorum dierum observationibus constituit, non Solem, sed Venerem, & Caput Cometæ, cum medio Caudæ ductu, ab ipsa ejus eductione, & neglecta deinceps curvitate, eodem circulo magno contineri. Quo factum, ut Tycho suspicatus fuerit Appianum, qui primus adnotavit, scriptisque mandauit Cometarum Caudas in parteis à Sole aversas protendi, non atten-



pendisse, an exquisitè, an præter propter protenderentur. Prætero autem, tum quod voluit illam Caudæ incurvationem fuisse duntaxat apparentem ex lege quapiam optica; tum quod iterato exinde insectatus est Aristotelejanus de ignea Cometa natura sententiam; quatenus, si Cauda fuit quasi flamma, non ea sursum directè contendit, sed obliquè decorsum; id prodente situ Stellæ Veneris, quæ fuit Capite Cometæ evectior.

Atque hæc est quidem quasi eorum summa, quæ Tycho scriptis confignavit, postquam Cometa evanuit, ac per annum quidem M. D. LXXXVIII. cùm & post novennium resumpto in manus, retractatoque opere, tum pauca quædam interferuerit, tum examen adjecterit observationum, opinioni unique à variis Authoribus proditarum. Priusquam tamen manum operi admoveret; Quia pervidit nihil posse certi ex observatis erui, nisi Stellæ Fixæ, quibuscum Cometam comparaverat, in vera loca restituerentur, à quibus longitudinum, & latitudinum Abacus ab usque Hipparcho, & Ptolemaeo deductus, & ab Alphonsinis, Copernicoque additione motus octavæ Sphæræ solum correctus, sic abluderet, ut gradu interdum integro, interdum plus, minusve ab iis abhorreret: quia id, inquam pervidit, ideo de admovenda huic restitutioni manu cogitavit. Itaque, licet nondum haberet Armillare illud Astrolabium, cuiusmodi fuisse Hipparcho, Ptolemaeoque est observatum; non est tamen male voti compos factus, cùm ad hoc negotiorum descriptum Quadrantem singula inuncta exhibentem, & super Horizonte, circulōe Azimuthali circumductilem usurparvit. Nempe restituto prius loco Solis, habitaque ex altitudine Poli, etiam Äquatoris altitudine; ita observavit Meridianam cujusque Stellarum altitudinem, ut declinationem illius exinde obtinuerit, & loco Solis per id tempus noto, etiam Ascensionem rectam aequutus fuerit: ac tum ex his datis, longitudinem, latitudinemque ejusdem Stellæ deduxerit. Fuere autem hujusmodi Stellæ Lucida Vulturis volantis, sive Aquilæ; Lucida in sinistra Antinoi manu; Inferior in Capricorni cornu: Humerus Aquarii uterque; Os, Prima alæ, Scheat, Dextrum genu, & Borealior parvularum in pectorे Pegasi; Fidicula demum, seu lucida Lyræ. Quarum quidem loca posterius grandioribus usus Instrumentis non-nihil correxit, sed tam parum tamen id fuit, ut facta rationcinia circa Cometæ locum, & alia, nihilo minus

1578. minùs constiterint; neque res visa fuerit digna, ob quam calculus, non sine ingenti quodam labore, retexeretur.

Observavit etiam Tycho eodem anno Diametrum Solis visibilem, missio per rotundum foramen ejus radio in pavimentum, planumve excipiens perpendicularum ex foramine ad angulos rectos; qua occasione id adscriptis encium, ut *Rectangulum magister sit universa Mathematica*. Quippe ad ipsum referens, quod universè de Triangulo hocce disticho alias cecinist:

Cuncta Trigono habet, satagit que docta Mathematica:

Ille aperit clausum quicquid Olympus habet.

- Observavit, inquam, tum sub Martii medium, cùm Sol versaretur medium circiter longitudinem; tum sub medium Junii, cùm ipsum circiter Apogeum. Deprehendit verò Diametrum esse priore quidem tempore min. 30. & secundorum nunc 40. nunc 44. nunc 50. Posteriore autem, semel min. 30. sec. 4. bis min. 29. sec. 30. Ex quo deinceps factum fuit, ut diametrum Solis perscrutatus fuerit, directo in Solem canali, duos, & triginta circiter pedes longo, ac radiis trajectis rotundo superne foraminulo, infernèque exceptis fundo candido; deprehenderit autem Solem esse Diametro Apogeion quidem minutorum 30. (nisi quod se penumero paucula secunda defuerunt) Perigeum verò minut. 32. (nisi quodd secunda item paucula superfuerunt) & medio loco constitutum minutorum proxime 31. Nihil addo de Eclipsi Lunæ, quam digitorum duorum, ac semissimis observavit sequente anno M.D.LXXIX die Februarii xxv. hora 5. cum 50. minutis. Addo solum illum sic per hosce annos operas urfuisse, Aedificaque promovisse, ut, ingerentibus se licet variis difficultatibus, Uraniborgum tamen, & alia, Stellaburgo excepto, penè absoluta anno insequente M.D.LXXX. fuerint, ac præcipua cura superfuerit Organorum perficiendorum.

Ilo interim anno, cùm pleraque alia, ac spciatim Lunæ Eclipsin totalem die Januarit ultima hora 10. ac min. 9. observavit; tum præfertim aliud Cometam, qui fuit ab Octobris initio, in medium Decembrin conspectus. Is, cùm Meridianum suo motu retrogradò sapius pertransiret, ac diligenter interim adnotarentur tempora, ac tempore ebdem similia observarentur in Hassia; videri mirum potuit, observationes Hassicas desicere semper minutis octodecim, ab eo

teine

tempore, quod, differentia Meridianorum spectata, fuerat adnotandum. Sed Tycho nimirum etrem conjetit in vitium perpendiculari, quod Land-graviani non praecavissent; unde & ea de re postmodam cum cum Land-gravio egit, tum cum Rothmanno potissimum, qui tamen eo tempore nondum fuerat apud Land-gravium. Et scribens quidem Kepplerus anno post istum quadragesimo, subdubitate visus est, exstante Tychonice ejus anni observationes; sed subjicit tamen habuisse se prae manibus Cometa loca ex observationibus computata, ac ea transcripsisse in exemplar Mæstlinianum de eodem Cometa libelli. Refert seilicet Mæstlinum, Roëslinum, Rothmannum, Hægécum de eodem scripsisse, consensisseque Cometæ corsum fuisse per spatia ætheris, sive supra Lunam transactum. Commemorat idem Kepplerus Tychoneum, dum hunc Cometam describeret, adnotasse se die quadam Veneris, ac hora vespertina sexta, sub Novembribus finenti, aut Decembribus iotioni, cum foret in cumba, Huennam inter, & Seaniam, Cometam vidisse satis adhuc conspicuum (Cauda licet ægrè apparente, qua fuit aliunde longè in hoc, quam in Cometa superiore brevior) fuisse autem ipsum prope Caput Herculis, ac illo inferiore in versus Corum, tribus ad summum Solis diametris, hoc est, ferè sesquigradi; cum & producta per utrumque linea transitura esse per eam, qua est media in Cycni corpore, videretur. Tycho ipse aliunde de superiore Cometa agens, ac fuisse illum ætheream, neque solidos ullos orbeis ejus trajectiōni obstiisse defendens: hunc quoque adducit in argumentum; Nam, inquit, toto illo tempore in antecedentia Signorum mota retrogrado plusquam per quaterna Zodiaci dodecæmatria serrebatur; idque etiam ordinario, & regulari, non interrupto, aut vago cursu: velut bac, & alia latius libro sequente, cum ex professo de eodem Cometa agens, è certis observationibus ostendetur; ubi etiam hunc in ipso æthere ejusdem cursu designauisse, invictis demonstrationibus comprobabimus. Ac postea: Et quid dicemus de Cometa anni LXXX. qui ipsam Primi mobilis revolutionem suo proprio cursu ab Oriente in Occidentem toto durationis tempore antevertebat? Perpetuo enim contra ordinem Signorum in antecedentia ferebatur, &c. Non fuit porrò unquam perfectus, qui affectus heic indicatur, Liber de Æthereis Phænomenis Tertius.

³ Accesit hoc anno ad Tychonem Paulus Wytichius Uratislaviensis Mathematicus; ac Tychœ illiū tantò facilius in familiaritatem ad-



1580. misit, quanto ingeniosum Geometram agnovit, ac eum, qui ultrò sponderet se toto vitæ tempore alterum in studiis Astronomicis A-chatein futurum. Factum est proinde, ut cum illo omnia sua inventa, seu quæ tum in promptu habebat, seu quæ animo destinârat, communicârit; ipseque Witichius, cùm præ ceteris non modò divisionem illam per transversas lineas animadvertisset, verùm adnotasset præter-è à Pinnacidia illa quadrata, æqualia, paralella, ea ratione composita, ut oculus citra, & ad utriusque pinnacidii axem constitutus, videret simul sursum, deorsum, dextrorum, laevorum, Stellam objectam quasi ex dimidio; exultabundus dixerit, vidisse se tandem, expertumque esse, quod diu, sed frustrà à Duditio quæsicerat, nec se frustrà in Daniam, vel eo venisse non sine, quod ne centum quidem coronatorum pretio habitam notitiam commutare vellet. Conques-tus tamen postea fuit Tycho, vix eum constituisse amplius, quam trevis mensis; sed prætextu adeundæ hæreditatis in patria, ac spe reditus post duos menseis facta, ita abiisse, ut deinceps nunquam, nec redierit, nec literas dederit; ac Tycho solùm post quinque annos ex literis Land-gravii ad Ranzovium, accepit transiisse illum per Hassiam, & commoratum aliquandiu communicasse, ut sua inventa, quæ abs Tychone acceperat; quippe nulla facta ipsius mentione.
1581. Anno deinde M. D. LXXXI. natus est Tychoni filiorum primogenitus, qui fuit ipse quoque appellatus Tycho. Nempe alias quoque Georgius nominatus natus ipsi post triennium fuit: neque plureis ma- res, quod sciam quidem, habuit, cùm tamen 4. habuerit filias; ut putâ, præter Magdalenam, de qua dictum jam, vocatas Sophiam, Eli-zabetham, & Cæciliam. Fuit illi hoc anno observata Stella Polaris distantia à Polo grad. 2. min. 57. sec. 30. & præter Lunæ Eclipsin totalem, quam observavit mense Januario, die xix. hora 9. min. 57. circa aliam etiam Totalern, quæ mense Julio, ac die xvij. manè contigit, medium quidem ejus definiit ad horam 5. (tribus minutis minus) seu Lunâ jam procùl infra Horizontem demersâ; at simul tamen adnotavit existisse salùm Lunam, cùm occubuit, dimidia sui parte obscuram.

Sed hæc ut omittam; cum se jam ad conscribendum successivis horis suum illum Librum de Nova Stella, quasi aliquod Astronomicz

Pro-

Progymnasma accingeret: satis quidem haberet se observationum sibi 1581.
 est visus, ut Solarem cursum restitueret, ac Ephemeridem exactam in
 duos illos annos, quibus Stella fuit terris visa, contexeret; at non
 reputavit tamen sibi factum satis circa restitutionem Stellarum, qui-
 buscum Novam compararat, & quarum loca occurrerent eo in opere
 designanda. Commodum proinde affulit occasio à Februario usque
 exeunte Anni M. D. LXXXII. ut exquisitè loca Stellarum non 1582?
 Cassiopeiz, ac vicinarum modò, sed reliquarum etiam toto celo
 conspicuarum restitueret; idque interventu Veneris, quæ interdiù
 conspicua, comparari cum Sole posset; nocte superstes, cum proximis
 Stellis, quæ ipsæ deinde compararentur cum Lucida supra Caput A-
 rietis, ut ea quasi omnium fundamentum stabiliretur. Scilicet illam
 primam delegit, relicta alia minutiore, quæ Copernico prima fuerat,
 ut Rectam ejus Ascensionem certam ratamque faceret, quò cæterar-
 um Ascensiones ab ea deinceps deducerentur, & ex cognitis aliunde
 per Armillas Äquatorias, aut altitudines Meridianas Quadrante ac-
 ceptas declinationibus, singularum longitudines, latitudinesque habe-
 rentur. Heinc, quia opus, ac labor fuit in Ascensionibus constituendis,
 poterat quidem differentia Ascensionis duarum aliquarum Stel-
 larum haberi (ex noto nempe tempore inter utriusque transitum per
 Meridianum intercedente) at nullius Stellæ Ascensio à puncto usque
 vernali Äquinociti numerari poterat, nisi ipsa Stella compararetur cum
 Sole, cuius solius Ascensio per se nota est ex noto momento, quo id
 punctum præteriit, ac eo tempore quo exinde fluxit.

Enimvero, quia Stellæ Fixæ, quod sint interdiù inconspicuae, com-
 parari ipsæ cum Sole non possunt; ideo antiquum fuit, ut res Lunæ,
 interventu perageretur, quippe quæ interdiù, noctuque conspicua,
 posset, Sole adhuc supra Horizontem versante, cum eo compa-
 rari; ac posset deinde cum Stellis, post ejus occasum comparentibus:
 observando nempe interdiù, quæ Ascensionis differentia inter
 Solem, ac Lunam foret; ac postea, quæ foret inter eandem Lunam.
 & aliquam Stellam. Lubrica fuit tamen isthac methodus, propter
 Lunæ motum, & Parallaxin intervenientem, cuius haberi ratio fine
 intricatione non potuit: ne quidpiam de Solis declivis (si tempus præ-
 tertim decurtandum fuit) refractione adjiciam, quam etiam anti-
 qui ne somniarunt quidem. Ac fuere quidem etiam alia Ascensionis.



1582. rectas obtainenda rationes, illaque imprimis, qua usus Copernicus, ex observata declinatione, ac adhibita simul Stella alicujus insignis, ut Spicæ Virginis, latitudine; aliaque item, qua Land-gravius, ac Tycho quoque prius usi, ex adnotato tempore, quo aliquæ Stellæ Meridianum pertransiunt, aut in certo sunt azimutio, cum data eamundem altitudine, & loco Solis ante perspecto, verum & adhibito illa latitudinis ex Tabulis suppositæ quædam principii petitio est; & illud transitus momentum arduum adeò obtentu est, ut penitus fieri indubitatum non possit. Quippe & nulla horologia machinalia adeò exquisita, adeò non obnoxia mutationibus aëris possunt fieri, ut huic præcisioni sufficiant; & quamvis Tycho adhibuissest etiam clepsydras ex argento vivo variè sublimato, revivificatoque; itemque ex plumbi calcinati subtilissimo pulvere, deprehenderat tamen ne sic quidem se id, quod affectabat, posse adipisci.

Commodum itaque, ut dixi, affulit Stella Veneris, qua intercedente rei exsequeretur. Ea quippe & longè tardior motu proprio, quam Luna est, & Parallaxi longè immunior; ut quæ ptoinde censer potest adhibenda correctio, longè sit facilior, ac tutior. Quamobrem acceptâ interdiu inter Venerem, Solēmque distantiam, unâ cum utriusque altitudine, & declinatione; ac interdum quoque Azimutio; accipiebat rursus distantiam inter Venerem, & aliquam Stellam, in Zodiaco præsertim, insignem; ac utriusque altitudinem, declinationem, Azimuthum; ex quibus, adnotato aliunde utriusq; observationis tempore, ut juxta intercapelinem haberetur ratio promotæ interim Veneris, Rectam ejus Stellæ Ascensionem deduxit. Non fuit proinde laboriosum ex Declinatione, cum Ascensione adhibita, ejusdem longitudinem, latitudinemque assequi; ipsamque cum Lucida illa supra Arietis Caput comparare. Quomodo vero, & ad quod tempus rectam hujus Stellæ Ascensionem rectam definierit, dicendum erit posterius; siquidem præter observationes, quas supra centenas eadē re hoc anno peregit; itemque præter quam-plurimas, quas peregit annis consequentibus, ipsasque, Venere tam Eoā, quam Vespertina, ac in quovis sita supra Horizontem tam ante, quam post Meridianum exsilitente (sunt autem, quoties opus visum, refractionis habita ratio) præter hæc, inquam, securius cursum Solis sic observavit, ut factam ejus correctionem ad hocce negotium usurpaverit. Ut certe

Apo-

Apogæum Solis debitè constitueret, cœpit hoc anno observare Solis transiitum non modò per puncta æquinoctialia; sed etiam per medias tam Tauri, quān Leonis parteis; idque mensibus Aprili, ac Julio.

An addam verò Cometam tertium fuisse ab illo, mense Maio ad Septentrionem observatum? Id saltem notatu est dignum, quod illius Caudam perinde, ac Cometa, qui ante quinque annum effulserat, dirigi animadverterit, non in partem Soli ad amissim oppositam, sed in oppositam Veneri, retrogradæ tum exsistenti. Notandum verò etiam est, fuisse huic Cometa cum eo, qui ante biennium apparuerat communè, ut contractiorem Caudam habuerit, siveque accesserit ad Barbati formam. Existimat Tycho, nec injuriā, id èam ob causam contigisse, quod uterque horum Cometarum ad oppositionem cum Sole vergeret, siveque Caudam habens à Terra, quam ipsum Caput, distantiorē, partem illius in directum respectu visus absumperit, ac Terræ proinde contractiorem exhibuerit, quām si transversum expansam habuisset.

Reticendum porrò hoc loco non est, cùm Tycho hæreret, vera-ne foret Copernici, an Ptolemæi sententia, decrevisse illum hoc anno argumentum conquirere, quo facere posset alterutri fidem. Desuendunt autem id putavit ex Marte, qui per hiemen opponeretur Soli in Cancro, ac ob latitudinem Boream evaderet in dies sublimior. Itaque incredibilem, ut Kepplerus habet, testatus diligentiam est, præpolito etiam Observationibus titulo, *Pro inquirendis Parallaxibus Martis;* & ipse net Tycho scribens post-modum ad Peucerum, *Habitis igitur tunc, inquit, pluribus accuratis observationibus tam circa ortum, quam occasum, ejusq; per meridianum transitum, deprehendi Martem majorem cansari Parallaxem,* quam ipsum Solem; ideoque etiam terris propinquiores, cùm Acronychus est, fieri, adspiculante una motu ipsius diurno, cum Copernicani potius numeris consentiente, eo quod paulo celerius certo dierum intervallo instancedentia repedaret, quam Alphonsonorum concederet à Ptolemao deducta ratiocinatio; idque ob minorēm à terris distanciam, que motum paulo intusiorem apparere efficeret. Proposito autem consimili ex Veneri arguento, concludit; Itaque, quod Ptolemæi cum Hypothesibus hac omnia minimè congruerent, impellebat, ut post-modum magisque Copernicane inventioni fidem attribuerem. Prætereo verò, quod Kepplerus deprehendit, Ministros Tychonis calculum texenteis se, & Tychonem delusisse; siquidem illi observata ad Copernicanum Schēma



1582. ma accommodantes , aliud , quām quod Tycho proposuerat , exsiqui sunt. Ille enim volebat , inquit , ut ex matutinis , & vespertinis observationib⁹ inter se comparatis , inquirerent Parallaxin Martis : hi verò inquisiverunt , quantam Parallaxin saceret schema Copernicanum. Prætereo quoque , licet Kepplerus Solem longè amplius à Terra , quām vulgo credatur , constituens , deduxerit , si interdum Martis Parallaxis aliqua sit , eam tamen neque sensibilem , neque observabilem esse ; non obesse hoc nihilominus , quin Mars Terræ aliquando proprietor sit , quām Sol (cujus ille quoque imminuit Parallaxin tantoper) ut est à Mæstlinis etiam observatum. Quod dixi porrà observationes circa Martem
1583. hieme factas ; extendi id constat ad principium anni M. D. LXXXIII. quo aliunde definire Apogæum Solis , ejusque Eccentricitatem cœpit. Ac rem quidem non-nihil secus , elapo deinceps quinquennio , definiit ; sed res interim hoc loco dicenda , propter exstructas in sequentium aliquot annorum Ephemeridas , quas velut primitias suo ē Typographio expressit , & cum amicis communicavit. Cùm igitur existimaret se Poli altitudinem per stellam Polarem exquisitè adeptum , atque idcirco de Æquatoris altitudine foret certus , observare perrexit temporis momenta , quibus Sol , seu vere ascendens , seu autumno descendens , Æquatorem intersecaret , sive in ipso Æquatore , punctisve Æquinoctialibus foret (attendendo putà Armillis ad Æquatorum compositis , & inquirendo etiam aliquot antè , & post diebus altitudinem Meridianam Solis) ac tum , iis obtentis , supputavit quot dies , horæ , & minuta à verno Æquinoctio in autumnale intercurrissent : (cùm sit manifestum ab autumnali in vernali , non intercurrete totidem.) Et quia agnoverit veteres lubrica nimis ratione usos , cum puncta quoque Solstitialia pari ratione venati sunt (scilicet ob penè insensibilem per dies aliquot circumstanteis , Meridianam Solis altitudinis , declinationisque adeò , variationem) eam ob rem , ut jam cœperat , ita & perrexit potius observare Solis transitum per medias Tauri , & Leonis parteis ; quoniam adnotatis confimiliter diebus , horis , ac minutis inter vernali Æquinoctium , & dimidium Tauri ; ac inter dimidium Leonis , & autumnale Æquinoctium intercedentibus ; ratiocinatus est longè tertiūs , ut de Apogeio , sic de Eccentricitate Solis. Quippe ex Sesqui-signi alterutrius arcu , & perspecto tempore , quo Sol ipsum motu inæquabili percurrere appetet , intelligere , ac determinare.

determinare licet angulum, qui residuum arcum ad usque Apogejon ex ipsa Terra dimititur, ac intercedinem quoque, quae est inter Terram, illiusve centrum, & centrum Eccentrici, è quo idem Sol fuerit æquabiliter moveri spectandus. Itaque per id quidem tempus Apogejon Solis in gradu 5. min. 45. Cancri esse censuit, ac habuit Eccentricitatem partium 359. qualium Semidiameter Eccentrici 100000. foret.

Dixi interiori illum fuisse certum de altitudine Äquatoris, ob præhabitam ex Polari stella Poli altitudinem (illa scilicet existente hujus ad quadranten complemento) quoniam deprehendit antecessores omnes in eo fuisse hallucinatos, quod altitudinem Äquatoris ex utraque Solstitiali, seu summa, ac iuna Meridiana Solis altitudine observata, ducerent; differentiam videlicet inter utramque bipartientes, ac illius dimidium altitudini adjacentes. Siquidem, cum illi non suspicarentur eam per Brumam fieri radiorum Solis refractionem, ut Sol in ipso etiam meridie aliquot minutis elatior appareat supra Horizontem, quam reverè sit: idèò apparentem per Solstitium hiemale altitudinem pro vera habentes, tum contractiorem æquo fecere altitudinem differentiam, tum Äquatorem habentes intermedium, evenerè ipsum æquo altius dimidio illius refractorii additamenti; unde & fecere tantundem depresso altitudinem Poli. Effectum verò quoque est simul, ut declinationem Solis maximam æquo contractiorem habuerint; ac præsertim Regiomontanus, Wernerus, & Copernicus, qui illam definierant, grad. 23. min. 28¹. quam ipse tamen minutorum præterea trium deprehendit. Et qua quidem ratione deprehenderit, intellectu facile est; videlicet nihil morando brumalem altitudinem, subduxit solum quam (data Poli elevatione) habuit altitudinem Äquatoris, ex observata per Solstitium æstivum Solis altitudine; ac residua fuit Declinatio maxima, hoc est vera Tropici, ab Äquatore distantia, grad. 23. min. 31¹. Quod autem magis appareret erroris causam in Refractionis neglectum esse conferendam; bipartus est ipse quoque quam observavit inter summam, ac iunam altitudines differentiam; ac deprehendit similiter, fieri hac ratione declinationem maximam non majorem, quam grad. 23. min. 28. quæ uno etiam adhuc minuto deminguenda sit, si nulla habeatur parallaxes ratio, quam illi-ne habuerint, satis in confessu non est.

Ut

1584. Ut verò adhuc uberiùs rem sic se habere constaret ; cùm sequente anno M.D.LXXXIV. Levinus Bylovius Georgii Friderici Marchonis Anspachensis apud Damæ Regem Legatus , rediret navi Regia in patriam , defit Tycho illi , ut amico veteri , in comitatum , unum ex studiosis nomine Eliam Olai Morsianum , juvenem industrium , cum Instrumento idoneo , quo Fruemburgi Warmiæ in Prussia , ubi observat Copernicus , Poli altitudinem scrutaretur . Is autem perhuius niter exceptus à nobilibus ejus loci Canonicis (illi nimis rūm Copernici caram habebant memoriam , ut qui ibidem Canonicatum ex concessione Lucae Vatzelrodii Warmiensis Episcopi , avunculique sui obtinuisse) is , inquam , per mensem , & amplius illeic commoratus , locumque nactus opportunitum , altitudinem meridianam tum Solis interdiu , tum Stellarum noctu s̄pē-numero observavit ; & Sole q.i. dem tum versante in Boreo semicirculo ; ut propterea foret refractio ne immunis . Cùm rediisset , explorans Tycho , quæ ille observat , agnovit idipsum , quod suspicatus fuerat , esse nempe omnino altitudinem Poli Fruembargi gr. 54. min. 22'. quam Copernicus prodiderat solum gr. 54. min. 19'. ac mirum videcircum non esse , si Copernicus lapsus fuerit , ut circa summam declinationem , ita circa Äquatoris altitudinem , tribus minutis proximè , ex quibus fuerit etiam Solstitionis æquo promotius constitutum . Non est interim reticendum , Eliam , priusquam rediret , fuisse à memorato Marchionc rogatum , (& misso quidem M. Mæni Regioni monti Prussia Professore Mathematicum) ut Polarem Regioni monti altitudinem , pari qua Fruemburgi diligentia expenderet , ac reper aliquot hebdomadas præfita , constitisse Polum illeic elevari grad. 54. min. 43. cum tamen Erasmus Reinholdus Prutenicas Tabulas ad illum locum referens , fecisset polum elevatum (sed Appiano nempe confusus) grad. 54. min. 17. dimidiis penè gradus errore .

Sed neque reticendum est , Nobilium vitam Joannem Hannovium Warmiensem Canonicum dono per Eliam mississ ad Typhonem Problematicas Regulas , seu Parallacticum Instrumentum , quod Copernicus sua manu fecisse , usurpasséque perhibebatur . Id propterea ligneum , abiegnumque ; æquales binæ Regulæ quatuor longæ cubitis ; divisio in particulas 1414. facta . Tycho autem ipsum , non sanè usus gratiæ , sed in memoriam Copernici , quem via unquam sine elogio Eximii ,

Ingen-

Ingentis, aut Incomparabilis nominavit, carissimum habuit, & sarcum tectum, quasi rem pretiosissimam asservavit. Juvat autem hoc loco adscribere versus, quos entusiasmo veluti quodain, eo ipso die (Julij scilicet xxiiij.) quo Instrumentum accepit, tum extulit, tum in Tabella Instrumento appensa exarari voluit. Si fuere hujusmodi.

*Is, qualem nec Terra virum per facula munita
Procreat, itividia tardans quaque optima, qualem
Ipsa sibi vix Astræ ferant per mille recursus,
Tor centrisque, polisque licet, totque orbibus orbem
Tam rapido involvant cursu, nec lassa fatiscant.*

*Ille igitur, qui Cælo genitus, cœlestia terris
Progeniuit, sed partu alio, quam præsca Parentum
Fert veterum soboles, Cælo nec forsitan ipsi
Degeneri, patrie proprios sub imagine vultus,
Sed magis, atque magis reference, quod omnis Olympi
Testatur facies, vulgi licet infacia turba
Non videat, quidnam revolutio congruat Astris.*

*Ille ergo, qui Cælo poterat deducere Solem,
Ac prohibere loco, Terrasque involvere Olympo,
Et Lunam Terris, Mundique inverttere formam,
Ne qua parte tamen, quamvis conversa, debiscat,
Sed concima magis, longèque minoribus usq[ue]
Subsidat, moti referat spectacula Cæli.*

*Ille, inquam, tantos olim Copernicus ausus,
His levibus Baculis, facilis licet arte paratis,
Aggressus toti leges prescribere Olympo,
Astraque celsa adeò vili subducere ligno
Sustinuit, Superum ingressus penetralia, nulli
Quam propè Mortali concessam ab origine Mundi est.*

*Quid non ingenium superat? sum montibus olim
Incajum montes congesiti, Pelion, Ossa,
Ætnaque tellantur, simul his glomeratus Olympus,
Innumerique alii, neandum potuisse Gigantes
Corpo prevalidos, sed mentis acutum in certeis,
In Superas penetrare domos. Ille inclivens, ille*

H

Viribus



1584.

*Viribus ingenii confusis , robore nullo ,
Fusibus his parvis celsum superavit Olympum .
O tanti monumenta vris ! Sunt lignea quamvis ;
His tamen invideat salvum (si nosceret) aurum .*

Prætereo autem , cùm initio Octobris Elegiacum carmen condidisset in Ptolemæi effigiem , quām in Musæo , cum aliis plerisque constituerat ; condidisse quoque Lubinde in effigiem Copernici , allatam fortassis ab eodem Olao ; siquidem ea ipsa fuisse dicitur , quām Copernicus sua manu pinxit esse ē speculo perhibetur. Prætereo etiam , cùm Stellæ-burgum hocce anno , uti jam antè deduximus , constructum fuerit , ac in medio illo hypocausto fuerint octo Astronomorum collatae effigies , & in iis etiam Copernici , fuisse singulis disticha singularia subscripta. Ne ea verò heic memorem (uti neque ea , quæ per hocce tempus , cùm ad Nobileis quosque alios , tum potissimum ad Falconem Goyum , affinem , amicunque suum , virum & Nobilem , & Græcè , Latinèque eruditum misit) neque etiam aliquot alia circa superiorum , inferiorumque rerum connexionem repreäsentatae figuris hieroglyphicis Philosophorum duorum , quorum alteri cœlestia scrutanti adscriptum foret : *SUSPICENDO DESPI-
CIO : alteriter terrestria , DESPICENDO SUSPICIO* (hifse ni-
mirum tam cœlestem , quām terrestrem , seu Metallicam significavit
Astronomiam) Ne hoc , inquam , loco ista memorem , ac multò mi-
nus Inscriptiones varias eidem Stellæ-burgo insculptas , ac illam spe-
ciatim *QUID SISIC?* appositam depictæ propriæ (in hypocausto
videlicet) cœlestium orbium Hypothesi: attexere heic solū juvat in-
sculptam quadrato lapidi Porphyrio ad faciem portæ interiorem (seu
austrum versus) Inscriptionem , quæ hifse verbis , charaktereque na-
jusculo expressa fuit

D. O. M. Posterioritatis Sacrum.

*Astronomiam Scientiarum omnium antiquissimam , & prestantissimam , diu qui-
dem , multumque cultam , nondum tamen satis solidè constitutam , aut à mendis
vindicatam animadvertens , & instruande , perficiendaque , varia , eademque
exacta adinvenit , construxitque Organa , ad omniusmodas cœlestium corporum ob-
servationes sufficientia , labore , diligentia , impendiöque incredibili , que partim
proxima eandem ob causam exedificata arce Utanburgo , partim hifse cryptis , ad
confus.*

1584.

confitiorum, & opportuniorum usum disposuit, tibique, bimulta omni aro suc-
cessura Posterioris, hunc thesaurem rarissimum, & pretiosissimum commendans,
dicens, consecratis, ut in eterni Dei admiranda caelstis machina Opificis gloriam,
arisque divina propagationem, ac patrie honorem perpetuò conserves, nec vnu-
fiate, aliore incommodo collabescere, aut aliorum transferri, vel quocumque
modo violari suar, si subtili aliud, Authoris saltem Universi vindicem reverens ocu-
lum, Qui ea cuncta in hac Insula & meboavit, & absolvit: hoc monumento posite
te regat, & obtestatur T Y C H O B R A H E.

Have, qui hec legis, facisque, & Vale.

Videretur posse quoque ad hunc annum referri absoluta magni illius
Globi confectio, qui inchoatus primùm Augustæ Vindelicorum fuc-
rat, & exinde in Insulari post se deinde in ea fixam transvectus; Verum
quia tametsi Inscriptio ipsum hunc annum präferat, id fuit tamen
certo consilio, de quo poste à dicetur, factum; ideò res videtur non
incommodè rejici in locum ulteriore posse. Videretur quoque re-
ferenda huc esse (nisi etiam ad superiore annum) excogitatio Hy-
potheseos, Mundanive Systematis ipsi Tychoni peculiaris; quatenus
cum mense Septembri versaretur apud ipsum Nobilis vir Ericus
Langius, quidam illius famulus nomine Nicolaus Raymarus,
Dithmarus delineatam Hypothesin quamquam in charta obiter vidit,
ac sibi quasi à se in angulo Poloniz quodam excogitatam arrogans,
illam ut suam biennio post apud Landgravium venditavit; ubi &
impudenter in Tychonem deblaterans repressus à Rothmanno fuit:
Attamen hac quoque de re commodiùs deinceps dicetur. Quare
superest hec adjiciam, cum duas hoc anno Eclipseis observaverit,
vnam putà Solis digitorum trium, die Aprilis xx. hora 5. minut. 39.
alteram Lunæ, eanque totalem, die Novembris viij. ab hor. 11.
minut. 12. in hor. 15. minut. o. adnotasse illum circa posteriorem,
contigilieejus Medium, non hora 13. minut. 6. uti oportuisset, biper-
tito tempore; sed horâ 13. minut. 12. ut habetur quidem in Elen-
cho Eclipseon: aut hor. 13. minut. 8. ut in Epistolis ad Rothmannum:
ad quem scriptis sc ratione infallibili inquisuisse ex æquatoria
certarum Stellarum remotione à meridiano: ac præmisit hæc tempora
non esse semper æqualia, ut eatenùs creditum fuerat. Taceo verò

1584. quod coherenter subnotavit Medium Cassellis observatum, debuisse referri ad hor. 12. min. 56. non ad hor. 13. min. 3. quodque Rothmannus ad eum rescribens, confirmavit fuisse errorem observatoris Witichil, qui affirmat tenet se ex observationibus assumpisse, & locum Solis, & Ascensionem rectam, Declinationemque dextri Orionis Humeri, ut tempora dederet; quippe cum nihil tale observatum fuisset. Taceo quoque quod subdidit Henricum Brucæum apud Rostochienseis Mathematicum Quadrante non magno orichallico (quem illi, ut amico pridem dederat) usum, retulisse Medium Eclipseos ad hor. 13. minut. 4. cum esse idem Rostochii tempus, quod Vraniburgi deberet, ob nullam, insensibilemve differentiam Meridianorum.
1585. Jam, cum annus M. D. LXXXV. medius fuerit septem annorum, quibus præsertim in eo incubit, ut ex Venere tam matutina, quam vespertina, interdiu cum Sole noctu cum Affixis Stellis comparata, ipsarum Affixarum loca, tam secundum Äquatorem, quam secundum Eclipticam debitè constitueret; idcirco hunc annum delegit, ad quem ex euentu definiret, quibus locis essent Stellæ quædam præcipue, secundum totum Zodiacum; ut cæterarum deinceps toto Cœlo resperparum, vel ex solis earum distantia cum ab istis, tum inter se, loca definiri similiter possent. Itaque multis primùm fuit, ut memorata Lucidæ Stellæ supra Caput Arietis Ascensionem Rectam exquisitiissimè obtineret, quod eâ substratâ, quasi fundamento, facilè, foret, veluti superexstruere reliquam molem. Nimirum ad quindecim usque Considerationes instituit observationum toto Septenno habitarum, & partim spectatarum seorsim, partim inter se invicem per binos annos comparatarum, ex quarum singulis deducta ejusce Stellæ Ascensio; ac ne ullo quidem discrimine, quod unius minuti excesserit esse in. Constituit proinde Ascensionem Rectam Lucidæ Stellæ Arietis grad. 25. min. o. sec. 30.

Deinde vero ex habita, tum per Armillas Äquatorias, tum per Meridianas altitudines, Declinatione tam hujus Stellæ, quam aliarum aliquot secundum Zodiacum fusarum; ac observatâ aliunde binarum singularium mutuâ distantia, remaggressus est longè admirabilissimam, texturam nimirum Äquatoris integrum ex singularibus arcibus, quos designarent anguli creati ad Polum ex declinatio-

num

num arcibus, interceptaque distantia inter Stellas geminas secundum 1585.
seriem Zodiaci sumptas, & ut incipienteis à Lucida Arietis, ita in ean-
dem desinenteis. Nempe acceptis primū quatuor, Lucida putà Ari-
etis, Capite Geminorum inferiore, Spica Virginis, & Lucida Vul-
tutris; arcus Äquatoris ipsis intercepti, ac invicem juncti exhibuere
gr. 359. min. 59. sec. 58. hoc est integrum circulum duobus tantum
secundis minus. Sic acceptis sex, ut putà Lucida Arietis, Calce Borei
Geminorum pedis, Corde Leonis, Spica Virginis, Lucida Vulturis,
& Prima alz Pægasii; arcus intercepti, junctique exhibuere grad. 360.
min. 0. sec. 9. hoc est integrum circulum, cum secundis novem so-
lummodo amplius. Sic acceptis octo, nimis rūm Lucida Arietis, Ocu-
lo Tauri, Capite Geminorum inferiore, Corde Leonis, Spica Virgi-
nis, Borea sinistræ manus Ophiuchi, Lucida Vulturis, Prima alz Pæ-
gasii, arcus intercepti, junctique exhibuere gradus 359. min. 59. sec. 56.
hoc est integrum circulum, deficientibus non amplius, quam quatuor
secundis. Quod profectò, nisi miraculi loco, hac in pragmateia ha-
beatur, nihil est, quod habendum miraculo sit.

Denique, cùm ex habitis Ascensionibus differentiis, nihil facilius
fuerit, quam ex supposita Ascensione Lucidæ Stellæ Arietis, Ascen-
sionem rectam cujusque harum Stellarum deducere; facile quoque
deinceps fuit, ex habita cujusque Stellæ Ascensione, & Declinatione,
ac supposita maxima, quæ est antè dicta, Declinatione Eclipticæ, cujus-
que Longitudinem, Latitudinemque obtinere. Ut verò aliquantò am-
pliorum, quam Stellarum novem mox nominatarum exhiberet Cata-
logum, duodecim quoque alias adhibuit, secundum ductum Zodiaci,
neque ab Äquatore procul dissitas, quarum loca similiter, tam secun-
dum Eclipticam, quam secundum Äquatorem definit. Cùm præter-
eundum porrò sit, quod comprobare etiam voluit, esse Stellarum limi-
tes respectu Äquinocialium punctorum rectè præfinitos, idque instar
Copernici, ex Virginis Spica (cujus non aliunde supposuit, sed ipse
speciali ratione præhabuit latitudinem) tum non erit fortè incongruum
eiusmodi Catalogum, hunc in locum inserere, quod habere hoc quasi
fundamentum totius Astronomiæ ab ipso restituz possit. Ille igitur
cum præmisso hocce titulo sic se habet.

1585.

T A B E L L A

*EXHIBENS xxj. PECULIARIUM
Stellarum per singulos Zodiaci Asterismos hinc inde col-
locatarum vera respectu AEquatoris, atque Ecliptice
loca, ad annum M. D. LXXXV. completum cælitus de-
ducta; ut ex his reliquarum Fixarum, tum etiam Plane-
tarum quovis in situ obseruentur Apparentie.*

N O M I N A S T E L L A R U M .	Ad Aequatorem.		Ad Eclipticam.	
	Aſc. R. gr. min.	Declin. gr. min.	Longit. gr. min.	Latit. gr. min.
Prima γ	22. 44	17. 14. B.	27. 24. γ	7. 8. B.
Lucida γ	26. 0	21. 28. B.	1. 53. γ	9. 57. B.
Boreus oculus ρ	61. 8	18. 12. B.	2. 40. II	2. 36. A.
Oc. ρ, Aldebara	63. 3	15. 36. B.	4. 0. II	5. 31. A.
Calx Pedis π	89. 29	22. 38. B.	29. 31. II	0. 53. A.
Lucidus Pes π	93. 24	16. 40. B.	3. 18. ♯	6. 48. A.
Inf. Cap. π Pollux	109. 58	28. 57. B.	17. 30. ♯	6. 38. B.
Asellus Boreus	124. 44	22. 52. B.	1. 44. Ω	3. 7. B.
Lucida Colli Ω	149. 13	21. 54. B.	23. 46. Ω	8. 47. B.
Cor Ω, Regulus	146. 32	13. 57. B.	24. 4. Ω	0. 26. B.
Tertia Austr. alæ μ	185. 8	0. 51. B.	4. 22. ≈	5. 50. B.
Spica μ, Arista	195. 52	8. 56. A.	18. 3. ≈	1. 59. A.
Lanx Borealis μ	223. 43	7. 45. A.	13. 35. m	8. 35. B.
Bor. man. Ophiuchi	238. 11	2. 33. A.	26. 31. m	17. 20. B.
Cor Scorpii .	241. 4	25. 23. A.	4. 0. ≈	4. 27. A.
Media Capitis ≈	280. 0	22. 13. A.	9. 15. γ	0. 49. B.
Luc. Vult. Aquila	292. 37	7. 51. B.	25. 56. γ	29. 21. B.
Præced. Caudæ &c	319. 15	18. 24. A.	16. 1. ≈	2. 26. A.
Sin. Humerus ≈	317. 24	7. 18. A.	17. 38. ≈	8. 42. B.
Prima Alæ Pegasus	341. 2	13. 0. B.	17. 44. X	19. 26. B.
Luc. in connexu X	350. 9	0. 44. B.	23. 44. γ	9. 4. M.

Heic

Heic, cùm nihil necesse sit cætera adscribere observata, ut distan- 1585.
 tiā Stellæ Polaris à Polo grad. 2. min. 56. sec. 10. ac ejusmodi alia:
 At præterire tamen non decet observata circa Cometam, qui hoc
 anno, ac mensibus Octobri, Novembrique apparuit. Is certè tantò
 magis dicendus, quantò non Caudatus, Barbatusve apparuit; neque
 enim ullam appendicem, qualem alii ferè, exorrectam exhibuit (nisi
 quod semel, ac iterum visus est radioluin spithamalem emittere) verū
 rotunda specie Crinitus circùm, Comatusve, hoc est, verè ~~υπερών~~.
 Circaūsve fuit. Tycho igitur, qui illum vidit primum die Octobris
 xvij. fuisse eum dicit obscuro, raro, & nebuloso lumine; ac fuisse illi ne-
 bulæ, quæ Præsepe Cancri vocatur, totâ suâ formâ quam-simillimum;
 nisi quòd aliquantò major per dies primos videbatur. Stellam quidem
 Jovi, quam-proximè parem, sed præ obtusa tamen luce, fuisse ægrè
 conspicuam, nisi quòd fuit sùb medium, luminis paullò compactioris.
 Rothmannus, qui ipsum Cassellis à die usque octava vidit (sed ni-
 mirū nubes, ac pluviaz Cœli conspectum Uraniburgi ab initio penè
 Octobris eripuerant) apparuisse dicit in modum Halonis circa Stel-
 lam aliquam; fuisse aut parem, aut etiam majorem Venere, cum maxi-
 ma apparet: deprehensu non facilem, nisi à sciente præmonstrare-
 tur; compactius meditulliuin, quasi Stellam quartæ magnitudinis ex-
 stitisse. Addit circa viii. Novebris, cùm jam paullatim evanesceret,
 persimilem fuisse illi in Cancro Nebulæ; idque de forma, & co-
 lore confirmat Tycho circa diem xv. tametsi jam foret aliquantò mi-
 nor; cùm & deinceps decrescere pergens, circa Novembris medium
 penitus evanuerit.

Quo die Rothmannus primum vidit, in Cauda Ceti exstitit; Quo
 primum Tycho, prope linum Australioris Piscis jam fuit. Præter ges-
 sum deinde ait totam Arietis Constellationem, ac Tauri dorlo su-
 perato, desisse non longè à Pleiadibus; ut quas latitudine quidem
 excederit, at longitudine tamen non fuerit assequutus. Ut specialius
 autem cursum definiamus: Rothmannus die octava Octobris, ac hora
 x j. cum minutis quinque, Cometam ex observatione depositum in gr.
 23. min. 9. Piscium, cum latitudine Austrina grad. 13. min. 52. (Literæ
 Landgravii habent sex, & octo minuta amplius.) Die autem viii. No-
 vembris, hora x. cum semiisse, in quam observatio ejus definit, in gr. 16.
 min. 17. & cum Borea latitudine grad. 7. min. 16. Tycho autem ad
 diem

1585. diem Octobris xvij. ac horam x. cum quadrante, tribuit illi locum in gr. 19. min. 29. Arietis, cum latitudine Austrina gr. 3. min. 30. Ad diem vero Novebris xij. ac horam i x. cum triente, tribuit in gr. 18. minut. 46. & cum Borea latit. gr. 8. min. 6. Ex quibus licet intelligi ecquis praeter-propter Cometæ ductus fuerit, ecquave magni Circuli portio, quan illæ motu suo descripsit. Is quippe fuit graduum proxime 60. & eo quidem motus decremento, ut cum initio ultra duos gradus, ac bessin dictum perageret; sub fine non confecerit, nisi gradus circiter dimidium. Praeter-propter interim dico; quoniam adnotatum à Tychone fuit, illum circulum, qui Äquatorem interfecuit in gr. 14. min. 55. à verno Äquinoto, & Ecclipticam in grad. 27. minut. 38. Arietis, variabilem habuisse ad utrumque horum circulorum inclinationem. Quippe cùm ea initio foret respectu Äquatoris gradum 45. min. 28. & respectu Eclipticæ grad. 23. min. 17. ita tamen sensim decrevit, ut sub finem fuerit respectu illius, gr. 44. min. 19. respectu istius gr. 21. min. 34.

Quod superest, nullam Cometæ Parallaxin Rothmannus tribuit; ac id ex aliquot dierum observationibus comprobat: unde & illum evexit ad usque Sphæram, regionenve Saturni. Tycho autem non omnem quidem Parallaxin denegat, sed penè tamen insensibilem tribuit; quandò, ut ea interdum minuti unius visa est, ita & aliquoties comprobata est dimidiis duimtaxat minuti; idque tum cum esse debuisse minutorum 48. si vel tantum propè, quantum ipsa Luna existisset; Quo factum est, ut nisi supra Solem, saltē non longè infra reponendum censuerit. Notatu dignum interim est, quod insinuat alacubi, esse potuisse istum Cometam, reverâ, ac in se caudatim, quemadmodum cæteros; verum, quia in ipso prope Solis oppositu versabatur, Terraque intercepta existente, fusâ in partem à Sole averfam cappa, ultra ipsum Cometæ caput in directum protendebatur, caputque ejus axem regebat; idèo evenisse, ut tota, extremo non nihil latiore, apparuerit quasi circumposita capiti; sicutque diversam à cæteris Cometæ speciem fecerit, non re, sed ad sensum duimtaxat.

DE

TYCHONIS BRAHEI VITA.

LIBER TERTIUS.

Is, quæ aliunde, præter Tychonis observationes, heic assuno, occasionem facit commercium, quod per literas institutum ex nato hoc Cometa fuit Tychonem inter, & Land-gravium, ac simùl eruditum, cordatumque virum Christophorum Rothmannum Bernburgensem, quem Land-gravius assumperat in Mathematicum aulicum, ac ut præfset tribus Studiosis, quos alebat Cælestibus observationibus peragendis. Scilicet, cùm primùm Cometa apparuit, versabatur Land-gravius Rotemburgi, ibique à Rothmanno Castellis relicto literas accepit, quibus apparere Cometam admonitus fuit. Dies erat mensis xix. cùm ipse Land-gravius Cometam spectavit, & ductis per ipsum, perque affixas quasdam lineis, iisque in Globum proprium translatis (neque enim alia Instrumenta ad manum erant) censuit illum esse in gradu 21. Arietis cum gradibus quatuor latitudinis Austrinæ. Postridie ergo literas dedit ad Henricum Ranzovium, Regium in Holsatia, & adjunctis Provinciis Vicarium, ipsiusque Tychonem affinem, quibus illi, cætera inter, istam Cometæ apparitionem significavit, ac petiit, ut à Tychone, suo nomine salutato, obtineret, indicaretque ecquid ab eo de Cometa observatum fuisset. Scriptis subinde ad Tychonem Ranzovius, missò literatum Land-gravii exemplo; quod cum datis à Parente, Gerardus Ranzovius ejus filius, & magnificæ Cronenburgicæ aicis recens à Rege in vicino Selandia littore præfectus, ipsi reddidit, cum

J

Tycbo

1585. Tycho in Aula apud Regem foret. Delectavit mirè Tychonem opportunam adeò occasione natam communicandi cum Principe tanto, ac tam bene inerente de rebus Astronomicis: Quo factum est, ut ipsem, destinato uno ex suis Studiosis, scripscrit ad Land-gravium; 1586. sed Kalendis jam Martii anni M. D. LXXXVI.

Adjunxit porrò literis Cometæ historiolam, unà cum locis ad dies varios quâ observatis, quâ deductis, cuinque ratiocinio de insensibili, aut per exigua Parallaxi; ac simul petiit, quas Land-gravius tum de hoc, tum de aliis antecedentibus Cometis, atque etiam de Nova Stella observationes peregrisset. Neque hoc solum, verùm etiam quas haberet observatas perpetuorum Siderum inter se distantias, Meridianasque altitudines; paria pollicitus vicissim. Et quia Land-gravius in suis ad Ranzovium literis significarat se instruccióne Pauli Wittichii confici curasse ex puro orichalco tum horizontalem Quadrantem, tum Sextantem bicubitalē ea ratione divisum, ut ad quadrantem usque unius minuti partem exhiberet: ideò adjecit Tycho, Wittichium illum ante quinquennium penes se fuisse, addidicisseque Organorum suorum divisionem, & fabricam; ac se vereri nihilominus, ne ille suggesterit potius forinam Sextantis, quem tum habebat, cuique penitus fidendum non foret, quām alium animo conceptum, ac deinceps elaboratum, quem illi quoque indicarat. Quare, ut Land-gravius rem perciperet, Iconem ad eum hujuscē novi Sextantis misit, ac simul etiam Uraniburgi, Armillarumque Äquatoriarum; quippe scribere de Mechanica Astronomiæ parte Librum cogitans, cælari jam curaverat Instrumentorum aliquot figuræ. Misit quin - etiam ad faciendum suorum Instrumentorum fidem, Solarem Ephemeridem, quam explorare Land-gravius posset; admonuit eum modò, ut Refractiones caveret, rationem haberet Parallaxeos, Declinationem maximam 23. graduum, & 31¹; minutorum supponeret, ac altitudinem Äquatoris non ex Solstitiali utraque altitudine, sed ex sumpta per Polarem Stellam Poli altitudine venaretur. Subjecit postremò mittere se omnia per charum, fidumque domesticum Petrum Jacobi, Studiosorum unum, ex quo, ut suarum rerum omnium tam Astronomicarum, quām Pyrometricarum participe, plura longè addiscere, quām ex datis literis posset; cùm & eidem ad se redeunti concredere posset, si quid attineret.

Literis Tychonis acceptis , dici non potest quanto gaudio perfusus 1586. Princeps fuerit. Rothmannum illico accersuit; at ostendere illi noluit acceptum de Cometa scriptum, quin ille suum attulisset, ut utriusque observationes simul inspici, conferique invicem possent. Ubi autem illæ expensæ , ita consentire deprehensæ sunt, ut minuto vix dissiderent ; mira fuit tam Principis, quā Mathematici exultatio ; cœpitque Princeps, ut Tychoni exoptare Cœlum Australius , ac puerius; sic Organa sua eo ipso cariora habere, & commendare industrias sui Automatarii Justi Byrgii , quem indagine , quasi alterum Archimedem dixit. Jussit Petrum illa explorare, ut de ipsis referre ad Tychonem posset; ac mandavit simul exscribi, quæ de Nova Stella observarāt, quæque observata circa Fixas habebat , & tam quidem prioribus, quām posterioribus Instrumentis. Rescribens autem professus est, nihil posse se exquisiti de Cometa Anni M. D. LXXXVII. mittere ; quod tum destitutus Mathematico, nihil exactè observare de ejus Parallaxi potuisset (& Rothmannum certè penes se ab uno, alterōve anno dumtaxat, habebat) quod spectaret ad nuperum , mittendi curam Rothmannā commisit. Commisit verò etiam curam præscribendi uberioris, quæ præcipua quædam suis literis attigit, ut de variata Affixarum Latitudine, etiam in aliquibus ad dimidium gradus; de comprobata methodo inquirendæ Poli altitudinis per circumpolareis Stellas ; & de observatis Refractionibus, ac speciatim in Venere, quæ aliquando occidua , & duobus gradibus visa alta, penè horæ quadrante , quasi Stationaria apparuerit, ac penè momento deinceps evanuerit. Denique autem rogavit Tychoneum, ut vellet ipse quoque suas observations impertiri.

Prætereo autem satisfecisse Rothmannum Land-gravii votis , ac misisse Tractatus sui , quem de Cometa instituerat , priora quinque Capita , tribus reliquis nondum absolutis (Is est, quem Snellius postmodum cum sua Cometæ Anni M. DC. X V I I . descriptione in lucem emisit.) Scripsisse, suppositam fuisse Obliquitatem maximam graduum 23. min. 30. ac Poli altitudinem ex circumpolaribus Stellis deprehensam grad. 51. min. 20. Refractionem Solis speciatim non observatam ascendere ad usque 30. grad. altitudinem; neque fieri ad Horizonten ultra quadrantem, aut trientem gradus. Non videri, excepta vaporum regione, diversitatem Diaphani inter aërem , æthereinque,

3586. aliquam esse. Deprehensum fuisse à se contra aliorum traditionem; Stellarum latitudines pro mutatione Eclipticæ variari. Expetere se observationem Eclipseos Lunaris, quæ contigerat ante duos annos, si peracta quidem à Tychone foret, ad internoscendum differentiam Meridianorum: sin minus, id venandum esse ex observata utrobique Lunæ altitudine, uno, ac eodem die, aut diebus non multum distantibus, ac unà, habita Parallaxeos ratione. Non parum sibi laboris fuisse in corrigendis Instrumentorum defectibus, quos Vittichius satis non præcaverat, & pleraque alia. Hæc, inquam, prætero, ac adnoto potius, cùm Land-gravius rescripsisset, remisissetque Petrum ad Tychoneum, à die Aprilis x i v. fuisse illi deinceps miram responsi accipiendo impatientiam; adeò ut literas non modò iteratè die Augusti x v j. sed tertium quoque die Octobris x i v. dederit; & Rothmannus quoque suas interposuerit, quibus est testatus nullum esse diem; quo non à suo Principe de responsione rogaretur, cogereturque excusationem ex ipsa locorum intercapidine texere. Adjecit autem se deprehendisse altitudines Meridianas eatenus acceptas uno minuto abundare, ob perpendicularum non exquisitè collocatum.

At verò ipse Tycho, cùm posterius scripsit, remoram non modò in intercapidinem contulit, ob quam non alia exhiberetur literas mittendi occasio, quām per Mercatores vere, & autumno ad Francofurtensis Nundinas pergenteis; sed etiam in factum casu quodam obstaculum, quo Mercatori ad Nundinas autumnaleis discedenti, dare literas, ut statuerat, non potuisset. Id autem ex eo contigit, quod cùm per id tempus ipse Regis Socer Udalricus Megalopensis Dux, unà cum Elisabetha conjugè, & fratri filio Duce Sigismundo, versarentur in Dania, voluerint illis ipsis diebus, quibus tradendæ literæ erant, Uraniburgum invisere, ac spectare coram tum Astronomica Instrumenta, tum apparatus Pyronymicum (quippe ipse quoque Udalricus à multis annis deditus Chymicis studiis fuerat) & deducent quidem ipsa Daniæ Regina Sophia, quæ parentis imitatione iisdem studiis delectata, bis hoc anno mare trajecit, ut Tychonis Laboratorium, operasque contemplaretur; ipsi aliunde quibuscumque in Aula potuit officiis favens. Et conscriptæ quidem fuere literæ Tychonis ante anni finem (siquidem Ranzovius scribens ad Tychonem sequentis initio, testatus est se accepisse illarum simul, ac superiorum, & scripta-

rua

sum quoque à Land-gravio exemplum) verùm illas, nisi occasione 1586: vernalium Nundinarum in sequentium (quibusdam interim interjectis, adjectisque) non misit.

Inter cætera verò insinuavit, esse se in ea opinione, ut omnes Cometz supra Lunam sint, prout etenim visos, observatosque deprehendit: spem autem fecit transmittendi exemplum Operis Cometicæ, quod tum adornabat ad prælum. Significavit inter distantias Stellarum ad se missas, ac suas, nihil interesse sensibilis discriminis, quod altitudines verò Meridianæ duobus minutis abundant, causam conjectit, quod aut pinnacida, aut perpendicularia non forent rectè constituta. Quod longitudines, latitudinesque ex globo desumptæ non sat tis exacte quadrarent, Mechanicæ præxeos imperfectionem causatus est; quod autem calculo deducuntur, quinque, aut sex minutis antecedenter, causatus est imparem huic tanto negotio Horologiorum fidem. Deduxit ut ipse proinde, non per Horologia, aut Lunam, sed per Venerem interdiu, noctuque conspicuam aggressus Stellarum restitutionem foret, meminitque obiter Martis Acronychi, quem Terra propiorem tertiam ferè parte observasset, quam Solem, neque praeteriit variationem latitudinis Stellarum à se animadversam. Cum varijs autem mitteret: Peto, inquit, à tua Celsitudine, quibw possum precebus, ut observationes has nostras nemini communicare velit, caveroque, ne publice fiant, præterim quantum ad Fixarum Longitudines, Latitudinesque attinet, quæ ob id etiam peculiari charta scorsum notari curavi. Novis enim tua Celsitudine quam optime quantum temporis, Laboris, diligentia, & sumptuum requiratur, antequam ad hujus rei exactam cognitionem pervenire licet. Et sanè nullis alteri in rotâ Germania, vel alibi, cuiuscumque esset conditionis, hec mea inventa commuicare; supposuisse ea haltemus, quamvis à multis hoc nomine sollicatus. Plerique animi, cum nibil per se egregii in his præstare velint; aliorum inventis, & laboribus, sepe ornare, eaque pro suis venditare, non sine gravi authoris injuria non erubescunt. Quæ verò misit, ea fuere I. Collatio locorum Stellarum xiv. ex globo Principis desumptorum, cum deductis per calculum, ex assumptis datis. II. Distantiæ xlviij. inter varias Stellas Sextantibus ipsius Tychonis Astronomicis exploratae. III. Altitudines Meridianæ Fixarum xcvj. ejusdem Quadrantibus proximè clapsis annis observatae. IV. Longitudines, Latitudinesque Fixarum lij. ex observationibus accuratis ad initium anni M. D. LXXXVII. deductæ cum calculis tam



1586. Alphonsino, quam Copernicano, ut discriben pateret, adjunctis. V.
Loca singulorum Septem Planetarum terris diebus Januarii ejusdem
 anni observata, una cum iisdem calculis adjunctis.

Ad Rothmannum autem rescribens, tum alia attigit, tum supple-
mentum de Cometis, ac observatam denuò Poli altitudinem petuit.
Miratus est declinationem Eclipticæ maximam habitam ab ipso dum-
taxat minutorum 30. supra gradus 23. quod ex Land-gravianis ob-
servationibus habita ratione Parallaxeos, major proximè sesqui-mi-
nuto erueretur. Edifferuit Cœlestia spacia fluida esse, non solida;
ac esse aërem, ætheremque Diaphana diversa. Refractionem in Sole
30. gradus alto, dimidiū adhuc minuti sentiri; in Horizonte vero
(non habita etiam ratione Parallaxeos, quæ ipsi quidpiam detrahatur)
minutorum 28. Multus fuit circa variatam Fixarum latitudinem; Ra-
tiocinando scilicet, cum Eclipticæ obliquitas ab usque Tropico Char-
dis, Hipparchi, & Ptolemæi temporibus, viginti plus minus minu-
tis decreverit, & Eclipticæ ad Äquatorum admotâ, Stellæ v. g. ad
Tropicum Cancri, æstivunque Solstitium Boreale, augeri latitudi-
ne totidem minutis debuerint, Australes vero totidem minui (ac pro-
portione, versus puncta æquinoctialia procedendo) id ipsum factum
observari. Castorem enim, v. g. Borealiorem jam esse minutis 19.
Pollucem 17. Cor Leonis 16. Spicam, quæ olim antè, nunc post æqui-
noctium autumnale est, vix quicquam decrevisse; atque ita de cœ-
ris. Ac tametsi alias sint Stellæ, quæ oppositum arguere videantur,
plerasque tamen corrigi, redigive in ordinem posse, ut Oculum Tauri,
& Lucidam Aquilæ, solumque esse Canem majorem, cui triente gra-
dus adiuncto, cum tantundem esse minutus deberet, manus adhiberi
medica non valeat, nisi conjecto in transcriptores vitio: neque debere
ex hac Stella fieri cœteris præjudicium. Lætatus est, deprehensum
esse in perpendiculari minuti unius errorem; quod enim missæ Declina-
tiones duobus minutis abundant, ideo factum esse, quod Stellarum
altitudo habita uno minuto major, & Äquatoris uno minor fuisset:
ut putâ, quod Poli correcta altitudo minutorum, non 20. sed 19.
supra gradus 51. foret. Subscriptis circa negotium observandi ex Luna
Meridianorum differentiam, & maximè quidem circa Nonagesimum
gradum; ac verè interim circa Eclipseis Lunæ totalcis, & cum mora,
admonuit, melius discerni tempus ingressus corporis totius in um-
bram,

brām , & primi egressus ex eadem , quām primi initii , ac finis ultimi momenta . Denique , ut alia reticeam , Copernicum sic commendavit , ut non inferiorem Ptolenaō habuerit ; imò etiam in Hypothesos concinnitate longē superiorem : ac postquām absurdā , quā ex ea deduci solent , excusavit : Sed non est , inquit , hujus loci copiosū de his differere : ea verò aliquando , Deo volente , latius in Opere nostro Astronomico excusiemus ; & sortī aliam Hypothesum rationem , que nec mathematicè , nec physicè absurdā videbitur , & contra ipsa artis principia non paret , introducimus .

Sub anni finem depingi se à memorato Gempelino secum Augustā deducto voluit : ac cælari etiam sequente statim anno effigiem in magni Quadrantis orichalcici area , quāz alia etiam exhibet ad Musæum , Observatorium , Laboratoriumque , ut est antè dictum , spectantia . Expressa autem illeic habetur effigies tantā solertiā , tamque competenter , inquit ipsemet , ut vix similior dari posit . Quem verò Torquem collo appensum cum Elephantis castellum dorso gestantis simulacro vides ; id insigne est Equitum , quo Nobiles Dani , & de Republica præsertim bene meriti à Rege donantur , quoq; idè Tycho donatus à Friderico fuerat : cùm & Christianus posteā alium torquem , ipsumque aureum cum sui effigie illi dederit , ut suo posteā loco dicetur . In sequente porrò memorato anno , qui fuit M.D.LXXXVII . incubuit Tycho potissimum in 1587: absolvendo , ac typis mandando suo illo Opere de Cometa ante annos decem conspecto . Nam postquān quidem Cometa evanuit . Tractatum de illo instituit , Capitibusq; novis ea complexus fuit , quorum argumentum , suminamve superiū jam retulimus : verūm deerat illi Caput decimum , quo cæterorum observata , opinionesque de eodem Cometa constituerat expendere . Hoc ergo de nimis anno obtentis quotquot nancisci licuit de ipso libellis , aut schedis , id absolvit Caput , & pauca solum aliqua circa cætera interjecit ; siquidem intacta præsertim reliquit assignata Stellarum loca , & quā varia ex iis deducuntur Cometa attribuerat ; quod licet fuisset deinceps rimatus Stellarum loca exquisitus ; discrepantia tamen deprehensa adeò exigua fuerit , ut loca Cometæ nihilominus invariata ad sensum prodierint ; ac Parallaxis potissimum eadem semper constituerit ; neque ideò necesse fuerit plenum laboris calculum iterare . Licet porrò hoc decimum Caput valde prolixum evaserit (quippe ipsum solum novem precedentia aliquantum exsuperat) noluit tamen ipsum in plura partiri , ne hic Liber , quem

3587. quem inscripsit secundum *De Mundi ætherei recentioribus Phenomenis*, Capitum numero excederet alium, quem de Nova Stella affectum divi- sumque in totidem Capita (sicut nondum absoluta) habebat, & Prior rem isto haberi, tamet posterius edendum, volebat. Eni verò, cùm istud Caput ejus esset molis, ut idè secundam Libri partem in- digitârit, ipsum idcirco in duo membra distinxit, inque eorum prior e observationes, opinionesque Authorum qui Cometam supra Lu- nam constituerunt, & in posteriore illorum, qui infra, in examen vocavit.

Ac in priore quidem commemorati habentur quatuor, quorum Primus ipse Land-gravius, qui unà cum relatis ante literis, observa- tiones miserat, hoc est, Cometæ azimutha, altitudinesque acceptas horis variis, diebus Novembribus xj. xvj. xvij. xx. xxj. xxiv. xxv. xxx. & diebus Decembribus i. ii. iii. vi. ac xxx. quo Cauda longitudo redacta fuit ad quatuor gradus, quæ die Novembribus xvj. fuerat graduum septem- decim, cuin summa latitudine graduuin sex, & semissis. Ex hisce au- tem azimuthis, altitudinibusque variè comparatis, deduxit Tycho, tametsi Land-gravius, tum Mathematico destitutus, non omnia om- nino exquisitè observatisset, nihilominus nullum fuisse tempus, quo non Cometa se superiorem ipsâ Lunâ prodiderit. Secundus Michaël Mæstlinus, Tubingæ id temporis Matheseos Profesor, cùm priùs egisset Diaconum Backnangi. Is captatis Cometæ locis, & filo qui- dem illius Caput binaque Stellas intercipiente, deduxit Cometam, aut nulla, aut per exigua Parallaxi fuisse; Tycho verò probavit qui- dem conclusionem, sed quam ipse potius ex observatis Mæstlinianis deducere potuerit, ob Stellarum loca à se restituta, quā illa potue- rit, ea loca supponens, quæ Prutenicæ Tabulæ à veris abludentes pra- scribunt. Mirè intèrè commendavit virum occasione solertia, quā testatus est, orbem investigans circa Sphæram Veneris in Copernici Hypothesi, secundum quēn fuerit Cometa traductus. Tertius Cor- nelius Gemma, qui Cometæ quidem minorem, quā Luna Paral- laxin tribuerit: at non juxta observationes crassas rūmis, neque in pro- banteis; verū quod variatio distantia in gradibus variis altitudinis à Manu Antinoi, die Novemb. 20. ab Equuleo, die Decembribus se- cunda; ab Ore, & à Prima alz Pægasi, die xiiij. quod, inquam varia- tio hujuscemodi visa fuerit minor, quā si Cometa, vel in ipso Lunæ orbe

orbe extitisset; unde & in Orbe Mercurij reponendum censuit. 1587.

Quartus Heliæus Roëslinus, qui Gemmæ observata supponens, ejusque placitis adhærens, Cometam, ut ille, retulit ad Mercurii Sphæram, & aliunde etiam Super-lunarem probavit, ex motus regularitate, proportionéque illius certa; ex proprietate luminis à flameo diversi; ex durationis diuturnitate, aliusque ejusmodi.

In posteriori sunt longè plures, sed in iis tamen quatuor, qui etiam se rem demonstrasse ex observationibus putaverunt. Imprimis Thadæus Hagecius, qui & Cometam radio observavit, & se reperisse ejus Parallaxin credidit ultra gradus sex, ac elatiorem supra terra semidiametrorum non amplius octo: Tametsi ex ipsiusmet observationibus eruatur Parallaxin Cometæ insensibilem fuisse; unde & postmodum, re melius expensa, sententiam corredit, quippe calculo rem deducens, qui prius, ut Gemma, ac Roëslinus ex globo solùm deduxerat. Deinde Bartholomæus Scultetus, qui tum Parallaxin deduxit gradum quinque, & amplius; tum distantiam à terra Semidiametrorum novem; sed nempe ex dedomenis falsis; utcumque scrupulosus fuerit in supputandis etiam milliâribus, & passibus; inque durationis diebus, ac horis. Tertiò Andreas Nolthius, qui ex falsis etiam datis Parallaxin plusquam graduum quinque, & distantiam à Terra Semidiametrorum ferè novem deduxit. Quartò Nicolaus Wincklerus, qui commentatione inepta Parallaxin tribuit 7. penè grad. in altitudine grad. 46. & distantiam octo Semidiametrorum. Cæteri sunt Joannes Prætorius, qui de Nova Stella rectè, de Cometa perperam sensit. Marcellus Squarcialupus, qui verè quidein æthereum, at non alia observatione, quàm oculari Cometam fecit. Simon Grynæus, qui observationibus jejuniissimis se rem consecrissse putavit. Conradus Dasypodius, qui nihil aliud est, quàm Astrologica nugatus: uti, & Georgius Henischius, Nicolaus Bazelius, Valentinus Steinmetz, Joannes Huernius, Theodorus Graminæus: qui aliquas quidem, sed puerileis tamen observationiculas prodiderunt: cùm & pene idem de Davide Cythrao; déque cæteris, qui Theologicè de Cometa scripsere, videtur sentiendum.

Hicce porrò omnibus cum sua observata, tum ex iis deducta opposuit; ac id interim memorabile manet, quod Kepplerus ait, Braheum primum demonstrasse esse Cometas supra Lunam ex Parallaxisbus


1578. diurnis. Aliqui-ne interdum infra Lunam sint, alia quæstio est: sed ipse nihilominus esse omnes supra constanter defendit. Et ne quis Joannis Regiomontani, aut Vogelini observationes opponeret. Quo ille, inquit, loco habende veniant, & quantum illius tribuendum sit, opportuno loco uberioris declarabo. Id saltem hec breviter indicabo: Vogelini data, è quibus Parallaxin eruere conabatur, non fuisse exacta, & Regiomontanum prius Aristotelica autoritate inductum, Parallaxim sex partium Cometæ anni M. CCCC. LXXV. assignasse, quam quod è certis observationibus eam fuisse tantam circa omne dubium expertus sit. Nec enim Mathematicè è certis observationibus rem omnem, ut decuit, demonstravit. Repetit subinde se commodiore loco ostensurum; sed nulquam tamen ostensem exstat; uti neque id declaratum, quod declaraturum se in Epilogo hujus Operis aliquoties recepit, de Materia, Causaque, & de Effectibus, Præagiūq; Cometarum: sed Epilogum nempe Operis intellectu videtur, non Libri hujus conclusionem, verum quām fuit appositurus ad cālēm Libri in sequentis, seu Tertiī, quem Tractationi de Cometiis aliis à se observatis destinārat. Id quippe, vel illud satis indicat, quod in primi Libri Conclusione habet, cū de Materia, & Causa Novæ Stella agens: *Nostram quoque*, inquit, *bac de re censuram non hinc loco, sed juxta totius hujus operis, quod de Novitiis Cœli Phenomenis agit*, Epilogum universalem, postquam Cometarum quoque aliquot precedentibus annis animadversorum considerationem Astronomicam pari diligentia exaularo, manifestare decrevi. Et statim, Convenientius itaque eum in locum, circa videlicet totius Operis finem, ubi aliorum de Cometarum generatione sententias recitavero, et rūmquè insufficientiam, & enormitatem ostendero, asque nostre de his assertioniā viam preparavero, hoc negotio differemus. Et rursus, illic quoque, cur Stella bac Nova, licet ex eadem materia consumptioni non obnoxia, qua Galaxia, qua perpetuò eadem manet, constituerit, dissolutioni nihilominus obnoxia fuerit, ratios uberioris adducam; cum simile quid in ipsis quoque Cometis usū veniat. Nempe jam antè edixerat: *Cometas quoque, ut plurimum juxta Galaxia territoria conformari, exoririique, vel dum bac transierint, paullò lucidiores, appetentioreisque deprehendi.* Prætereo autem quod de Cometiis cum Thaddeo agens; *Quæ, inquit, ad causas Astrologicas generationis Cometarum attingent, nihil aliud habeo, quod dicam, quam quod planè cum illo sentiam, Cometas ex influentia constitutionum peculiarium Planetaryum nullatenus procreari, nec-dum, ut inde predici possint, sed supernaturalem, & Metaphysicam esse co-*

tum

rum productionem : de qua in Epilogo hujus Operis meam sententiam uberiori ex- 1587.
ponere institui. Item quod postea, Nullatenus, inquit, cum iis sentio,
qui hisce secundariis Stellis, quas Meteororum loco frustra reputant, omnem
viri, & efficaciam derogant. Videntur enim hi peccare contra communiter recep-
tionem axiomata, quo assertur Deum, & Naturam nihil frustra efficiere ; sed de toto
hoc negotio in Epilogo hujus Operis, &c. Quæ fuiusculc solùm refero, ut
liceat utcumque, quæ ejus sententia esse potuisse, subodorari.

Hisce ergo dimissis ; cùm ad Rothmannum scribens dixisset se for-
tè Hypothesin aliam, quam Ptolemaicam, aut Copernicanam in O-
pere suo Astronomico introduciturum ; pollicitationem deinceps ante-
tevertit : cùm caput de Cometa Octavum recentiore cura adornans,
inseruit in ipsum quam meditatus Hypothesin (seu Orbium coele-
stium, ac totius Mundi structuram, ac dispositionem) fuerat ante an-
nostris, aut etiam ex quo observatum ab illo Acroneum Martem
memoravimus, ut experiretur, Ptolemaica-ne, an Copernicana præ-
staret. Videlicet animadvertis coelestis orbis à Ptolemæo incon-
cinnè distribui ; frustrè Epicyclos tot, ac tantos explicandis Planetar-
um retrogradationibus, variisque ad Solem respectibus multiplicari ;
æ qualitatem circularis motus, non ex proprii circuli, sed ex alterius Eccentrici, æquantisque vocati centro, adversus prima Mathe-
seos, seu naturæ & artis principia metiri : Non ferens aliunde in Co-
pernico, ut ut hæc absurdâ cavente, Terram, cùm sit crassum, pi-
grumque, & inhabile ad movendum corpus, imobilem tamen fieri
(& motu quidem triplici) ac inter Planetas cieri ; idque adversus non
Physica modò, verum etiam Theologica, Scripturæ Sacrae princi-
pia (quippe cùm in literis Sacris stabilitas Terræ asseratur non semel)
insuperque regionem illam Saturnum inter, & Stellas Fixas, propè
immenam, & prorsus tamen Sideribus vacuam supponi ; Ista, in-
quam, Tycho animadvertis, ac ferre non valens, animum applicuit
excogitandæ Hypothesi, hisce incommodis immuni. Eam vero pro-
posuit hocce Titulo, exhibuitque hac specie.

1587. *Nova Mundani Systematis Hypotyposis ab Au-*
thore nuper adinventa, qua tum vetus illa Ptolemaica
redundantia, & inconcinnitas; tum etiam recens Coper-
nicana in motu Terræ Physica absurditas excluduntur,
omniaque apparentiæ cœlestibus aptissimè correspondent.



Ut verbo autem de hac figura, Mundani Systematis Hypotyposi 1587. cam; videre in ea licet quiescere Terram in centro Mundi , ac tria quædam circa ipsam, ut circa proprium centrum moveri ; primò Lunam, secundò Solem, postremò Affixarum Sphæram, quæ pars Mundi extinia sit. Videre etiam licet quinque Erranteis Stellas circa Solem ferri, ut circa suum centrum, Mercurium quidem, & Venerem propius, ita ut Terram nunquam se inter, ipsumque Solem habeant ; respectu autem Terræ modò superiores, modò inferiores Sole sint : Martem, Jovem, Saturnum remotiūs; ita ut aliquando Terra ipsis Solique intercipiatur ; & Marti speciatim ea ratione, ut tunc sit Terræ prior, quam Sol. Intelligi deinde licet donec Sol dietim, seu spatio vinti quatuor horarum (quemadmodum Luna, ac Sphæra Fixarum) circa Terram fertur, abripi unā, ac moveri etiam cum illo dietim quinque Errones circa Terram ; idque dum interim circa Solem propriis centur motibus ; & spatiis quidem liberrinis, seu liquidissimis translati. At hujusmodi quidem Hypotyposis est, qua devitari proinde censuit absurdia illa commemorata, idque cum primis, quod motu Solis per Zodiacum incidentis, & motibus interim propriis Errorum ipsum concomitantium, salventur in ipsis Retrogradationi, Stationi, inque Phænomena, absque ullis Epycidis ; digressiones item exiguae Mercurii, ac Veneris à Sole ; magnæ autem Martis, Jovis, ac Saturni, cum grandescente illorum specie, dum Terram prope transeunt; denique & ipsa motus Solis simplicis cum singulorum motibus commixtio. Quod ad reliquas autem illas inæqualitates apparentis spectat, quas veteres Aequantibus, Copernicus Epicyclo in Eccentrici circumferentia salvarent ; ipse aut per unum circellum in Eccentrico, aut per duos in Concentrico salvari posse existimat. Quanquam rei totam uno verbo indigitare contentus fuit; speciale ejus tractationem, comprobationemque reservans in destinatum illud à se Redintegratione Astronomiæ Opus. Adnotare porrà heic juvat, cum Tycho ab initio Systema suum sic expressisset, ut orbis Martis orbem Solis circum-ambiret undique, neq; ipsam interfecaret; contigisse, ut non modò Raymarus Dithmarus (qui, ut est antè dictum, illius picturam penes Tychoneum viderat) hujuscemodi deinceps Systema, ut suum venditaverit; sed tanquam suum quoque jactaverit citatus paullò antè Roëlinus (sodilitate orbium addita) ac nuper etiam Ioannes Argolus evulgaverit tanquam suum.

1587. Cùm Tycho porrò interim varia per eundem annum observárit, tum sunt duo quædam præsertim notanda; Unum, quod cùm Venus sub fine in Februarii in Boream latitudinem ultra novem gradus excurrisset; illam die xxj. sub horam sextam vespertinam conspexerit; ac die deinceps xxiv. ipsam eandem rursus conspexerit manè ante exortum Solis. Alterum, quod cùm ab usque Ptolemaeo Latitudo maxima Lunæ habita quinque præcisè graduum fuisset; ipse illam maiorem quindecim minutis deprehenderit. Facile nimirum id fuit, quod Latitudo maximæ Luna versata hoc anno circa Cancri, & Capricomi initia fuerit; neque incompertum, quatenus debuerint impedimenta ex Parallaxi, & Refractione præcaveri. Non idcirco tamen ex hac quadrantis gradus discrepantia, aut Ptolemaeum, aut ipsius observata redarguit; sed causam esse in eo censuit, quod quemadmodum via Solis inclinationem ad Aequatorem sic mutaverat, ut versus ipsum accessisset; ita potuisse orbita Lunæ sic suam mutare ad viam Solis, ut ab ea recessisse deprehenderetur. Non addo, quæ alia circa Parallaxeis, Refractiones, Diametrum, Defectumque Lunæ observavit: non item, quæ circa ipsam Venerem, tam vespertinam, quam Eoam, cum Sole, Fixisque collatam; non quæ circa Solis ingressus in parteis Signorum Solstitialibus, Aequinoctialibusque punctis inter-inedias: non alia demum innumera. Id resumo potius, quod de literis in Hassiam missis est intermissum; nisi quod præmittendum est, cùm earum exemplum, ut jam diximus, transmissum ad Ranzovium fuisset, rescriptissime illum ab anni initio, ac adhortatum fuisse Typhonem, ut tam ipsas, aliasque datas, quam abs Land-gravio, aliisque doctis, clarisque viris habitas mutuò, remique Astronomicam illustranteis, publici juris faceret, subjungeretque Operi, quod tunc erat præ manus; ac Typhonem quidem rem habuisse in animo; sed in aliud tamen tempus distulisse.

Ad literas igitur in Hassiam datas, ut redeam, præter exspectationem fuit, quod rediens Bibliopola ex vernalibus Nundinis, responsi nihil attulit: sed nempe, cùm ille Cassellis Francofurto rediens, transferret, Land-gravius fuerat occasione quarumdam nuptiarum distractus, & Rothmannus quoque negotiis, nescio, quibus implicitus; ut Mercator proinde nihil retulerit aliud, quam Land-gravium sibi Rothmanni ore significasse, fore, ut brevi per missum proprium Tabellarium

bellarium rescriberet; ac adiecisse ipsum Rothmannum, decreuisse 1587.
 se, imperatâ à Principe licentia, invisere ipsum Tychonon. Quo
 factum est, ut nullis acceptis etiam sub Augusti medium literis, scrip-
 serit Tycho eodem Mercatore Francofurtum repetente ad Rothman-
 num, impensè eum rogans, ut cùm suum, tum sui Principis respon-
 sum, nisi per Tabellarium, at saltem per Mercarorem daret; ac simul
 quam-primum compararet se ad accedendum Vraniburgum. Re-
 scripta porrò tandem, tum Langravius die Septembri xij. tum Roth-
 mannus xxij. Et quia Rothmannus de Refractionibus agens, scripse-
 rat, non satis attentus, extremam aëris crassioris superficiem distare à
 Superficie Terræ ex Opticorum demonstratione per Terræ Semidia-
 metrum, cùm ne per sexagesimam quidem Semidiæmetri partem di-
 stet; idèò literas alias dedit die Octobris xix. quibus Tychonem ani-
 madversæ absurditatis admonuit, rogavitque, ut rem emendans pro
 Semidiæmetro, Semidiæmetri terrena partem sexagesimam repone-
 ret; ac pro duplicatione aëris crassioris, scriberet ubique in apposita
 demonstratione, multiplicationem. Quod superest, rescribens
 Land-gravius, testatus est lætitiam, ob observationum in distantiis,
 declinationibusque consensum; &, quòd discrepantia foret in Lon-
 gitudinibus minutiorum circiter quinque, non idèò se fidem suis In-
 strumentis detrahere, & re præsertim per Venerem Tychonico mo-
 re à Rothmanno probata. Adjecit sibi in animo esse Restitutionem
 quadringentiarum Stellarum, quarum jam ducentæ supputatæ erant,
 ac simul observandi modum, & demonstrationem publici juris face-
 re; at nulla discrepantia, ut sua cuique fides integra constaret, men-
 tionem. Rothmannus autem capita de Cometa residua mittens, perstii-
 tit in nulla Cometa Parallaxi agnita, inque nulla ætheris, aërisque
 diversitate, nisi quatenus hic circum-terrenus incrassatur vaporibus,
 qui Refractionibus causæ sint: quippe cùm, si Refractiones ex di-
 versitate aëris, ætherisque procederent, non ad gradum trigesimalum,
 sed dumtaxat ad verticem, continuata decrementi proportione, ter-
 minarentur. Adjecit minores in Hassia Refractiones esse, quām in
 Dania: illasque omnino pro diversitate crassitudinis aëris, vaporū-
 ve in illo existentium variari. Subscriptis ratiocinio de mutata Stel-
 larum latitudine instituto; neque ob unam Sirii Stellam discrepan-
 tem, tot aliarum consensum repudiandum duxit. Significavit Princi-
 place-

1587. placere, ut quas Fixarum observationes ad editionem apparabat, ipsi Daniæ Regi dicaret; ac fieri illa occasione, ut ipsum conveniret, posse. Occasione porrò ejus editionis, *Nec te offendet, inquit, quod licet videamus te omni humana diligentia in tuis observationibus usum; nihilominus tamen à nostris, quas oculis nostris vidimus, non discedamus.* Id ob memorata quinque minutæ dicit, quorum discrepantiam attingens, *Neminem, inquit, qui modò subtilitatem hujus negotii intelligat, offendet, quem potius eo majorem fidem apud posteritatem merebimur;* Ac ubi illum esse securum de non evulgandis observationibus communicatis jussit, *Tibi, inquit, Regnum, tibi restorationem Astronomia relinquimus, ac gaudemus esse, quia ea in re præflare possit id, quod antehac præstis nemo.* Cætera inter, quæ prætereo, illud est, quod ad calceum monet rejecisse sc̄ à Cometa motum diurnum, quod illum omnino Terræ attribuendum compererit.

1588. Insequens annus M. D. LXXXVII. extremus fuit ejus Quinquennii, quo Tycho præsertim attendit ad Solis ingressum in puncta Äquinoctialis, mediaisque illas Signorum parteis, de quibus antè dictum est, ad obtinendum præcisè Apogeum, & Eccentricitatem Solis; ac extēminus quoque Septennii, quo præsertim Fixarum locis restitutendis invigilavit, ex Venere interdiu cum Sole, noctu cum ipsis comparata: sed res dicenda posterius est. Atque ut nihil interim dicam, neque de Eclipsi Solis, qui deficere Uraniburgi cœpit horā à Meridie 1. min. 32. defiit horā 2. min. 51. utcumque illius in suo Eclipson Catalogo non meminerit, cùm meminerit tamen defectus totalis, qui in Luna sic contigit, ut nisi malignè sub medium non conspiceretur, die Martii 111. hora 3. min. 2. à media nocte (idque tardius horæ semisse, quā per Prutenicum calculum; horæ unius, ac tridentis, quā per Alphonsinum debuisset.) Ut nihil, inquam, de his, neque de ceteris observatis dicam; dicendus est potius, quem Tycho luctuosissimum duxit casum. Is fuit Mors Regis Friderici, ejus nominis in Dania II. qui anno ætatis quinquagesimo quarto, & Regni vigesimo nono, per ipsa Aprilis initia diem obiit, & in arce quidem Anderschonia, è qua duos post menseis translatus fuit Roschildam, in Sacellum à Tychone curatum; ubi illius bustum opere insigni elaboratum constitutum fuit. Quantum is favisset Tychoni, illiusque studiis, ex antè deductis manifestum est. Quare timens Tycho, ne qui erat illius filius, successorque Christiernus IV. non pari foret erga le, bonaque arteis animo,

animo, consternatus non parum fuit; tametsi quid speci non male 1588,
concepit, tum ex ipsis indeole; tum ex eo, quod saltē, donec in
ētate pupillari foret (quippe undecennis solum erat) ii quatuor Se-
niores ē Regni Consiliariis, qui clavum tenebant Reipublicā, nihil
constitutorum ab Optimo Rege immutaturi viderentur; ac potissi-
mū, quia id statim à Friderici obitu ratum fecerunt diplomate, cui
& subscripsérunt, & sigilla sua apposuerunt. Spem verō potissimum
habuit in Nicolao Caalio, Cancellario Regni, & Quatuor-virorum
primario, quem & apprimē eruditum, & sui per-amantem nōrat. Is
est, cui Rothmannus dicare suum de Cometa nupero Opus destinārat,
eo nomine solum, quod qua effet virtute, intellexit ex carmine ab ipso
Tychone condito in illius laudem.

Operæ interim Typographicæ circa Cometam sic processerunt, ut
absolutæ per id tempus fuerint, & Tycho exempla Libri quædam ad
amicos, aliosque viros Mathezeos peritos destinaverit. Non po-
stremus in ipsis fuit Scultetus ille, quem Lipsiæ nōrat; quippe cum
ille exemplum suum commendat deditset viro eximio Jacobo Mono-
vio Utarislaviensi; hæc Monavius, cætera inter, die mensis Junii xvij.
rescripsit: *O vos felices animas, quibus in domos superas scandere cura fuit, &*
*est hodie quoque! Miratus sum magis, quam intellexi, tantam diligentiam D. Tyc-
honi, quanta animadvertisit in hoc illius Opere. Fac illum horterius, ut reliquæ
etiam promat Operio illius partes; etiam si faculum hoc nostrum non sit dignum
ihsu tot, & tanti boni, que non agnoscit ea, qua pars erat, gratitudine. Desti-
navit etiam exemplum ad Rothmannum sub æstivum Solstitium, per
unum ex Studiosis nomine Gellium Saceridem, qui navat aliquot
annis circa labores tam Astronomicos, quam Pyronymicos operæ,
illuc discedebat; unde & per ipsum commendari illum voluit Prin-
cipi, quicum foret suo nomine, nescio quid negotii communicatus.
Excusavit autem, quod neque deditset, neque etiam tunc da-
ret ad literas ipsius, ac Principis quoque, superioris anni responsum;
quippe præpeditus partim publicis, partim privatis negotiis, quod-
que eo tempore Venere interdiu conspicua, exspectaret donec per-
actæ observationes circa ipsum forent, ut ex collatione earum cum
antecedentibus facta, eliceretur quidpiam componendo dissidio cir-
ca illa quinque minuta idoneum. Testatus verò simul est quem do-
lorem conceperat, ut ex morte Optimi Regis, ita ex eo quod Comitia*



1588. Hamburgensia non successerat, ad quæ adventurum sperarat Land-gravium, futurumque adeò, ut cum posset illic, nisi etiam proprius coram salutare. Neque sanè id frustra: si quidem Land-gravius proficisci in Dаниam constituerat, ut invicendi Regis gratiâ, sic Uraniburgum quoque adeundi, omniaque Organa, & Typhonem ipsum, Studiosoque observanteis spectandi. Quod quidem, & Rex jam rescriverat, & naveis quasdam adornari illi deducendo, tum Uraniburgum, tum ad arcem magnificam recens exstructam, Coronenburgumque vocatam mandarāt. Non est verò interea tacendum, cùm Rothmannus Libri exemplum ostendisset Land-gravio, illum plusquam 3. horis integris, in eo evolvendo occupatum fuisse, ac ita lectione ejus delectatum, ut ipsius adstantibus comiendandi vix faceret finem, & gratiōsē contenderet esse Librum ad se transmissum, Rothmanno exceptiente suum potius esse; ac Typhonem haud dubiè proprium misserum ad Principem, ubi totum opus absolutum foret. Unde & Rothmannus Tychoni postea author fuit, ut fidem suam redimeret, ac duo præterea mitteret exempla, unum ad filium Land-gravii Mauritium; qui tamen si non hisce studiis, foret jam nihilominus apprimè eruditus Latinis, Græcisque, & Hebraicis literis; alterum ad Bernhardum Principem Anhaltinum versantem cum Mauritio, & Mathematicis imbutum: hoc nempe illis ad harum artium amorem, cultumque in centivum fore.

Succedente porrò Augusto, ac sub ipsius medium ubiores, ut ad Rothmannum, sic ad Land-gravium literas dedit. Et cum Land-gravio quidem egit in aximè de quinque aliquoties memoratis minutis. Litem scilicet prorsus dirimirendam ex obliterata Venere non vespertina modo, sed matutina etiam, ac in eadem proximè, tantaque altitudine, quæ sit refractionis periculo immunis. Quippe, si nullus error subsit, loca Stellarum eadem utroque ex situ exhibitum iri (ut sibi quidem contigit) sin minus, quæ Stellæ & quo promotores ex vespertino fuerunt deductæ, iri deinde ex matutino deductum & quo retardatores: idque haud-dubie eventurum, si Princeps jussiter rem quoque ex matutino explorari; maximèque, cùm Venus Januario superioris anni obliterata in eo situ fuerit, in quo refractione potuerit facilissime imponere. Non improbare interim se, quod minus Princeps in obliteratis constet; probareque otiam, quod illud discrimen momenti per exiguis,

exigui, comparatum ad veterum hallucinationes, habuerit. Hortari 1588.
 proinde, ut editionem Observationum circa Affixarum loca (rem futu-
 ram ad eis ipsi Principi gloriosam) maturerit: se in parem curam incubi-
 turum; & utrasque observationes, vel ex eo fidei habituras, quod
 illud discrimen insinuatorum sit, nihil fuisse in mutuam gratiam citra
 experientiam admisum. Cum Rothmanno vero hæsit maxime circa
 Refractionum causam, non modò ex vaporibus, sed etiam ex diversi-
 tate, qua ær, ætherque Diaphana sunt, repetendam. Congruum nem-
 pe esse, ut cœlestis regio tale nihil habeat, quale elementaris hec.
 Aërem tamen sic attenuari, ac potissimum versus Lunam, ut nihil
 penè inter ipsum, æthereaque discriminis sit, sive non valde sensi-
 bilem ex diversitate Refractionem creari; quæ aliunde non termina-
 tur sanè ad gradum trigeminum, sed ulterius insensibiliter, &c ad ipsum
 usque verticem decrebat; utcumque observetur Refractio non parti-
 tenore, quo prope Horizontem succedenter decessere. Probatum
 sibi fieri ex missis de Refractione observatis, parcis Réfractiones in
 Hassia, ac in Huenna sicer: & ad Crepusculum quod attinet, constare
 sibi, id incipere, ac desinere, Sole infra Horizontem depresso gra-
 dibus sexdecim ac semisse, non juxta Nonium octodecim; idque cir-
 citer æquinoctia; ut proinde tunc Crepusculi arcus graduum præcisè
 viginti quinque sit. Cæterum, missam demum faciendam illam de
 æris, ac ætheris diversitate controversiam; cum nosse Astronomos
 sufficiat, quæcumq; altè ascendant vapores, quæcumq; ex illis impedimenta
 fiant; & causa alioquin ad Physicos, Theologosve pertineat. Cætera
 prætero, & quæ circa Alchymiam, metallaque præsertim habet (sci-
 licet Rothmannus de illis ipsum quidpiam rogaverat) ac addo solum,
 quod ab eo petiit, ut Librum misum expenderet, si unque de eo ju-
 dicium ferret; maximèque de Hypothesi, cui veller suam in Plane-
 tarum cursu restitutione in accommodare, & quam, inquit, quod diligenter
 perspexeris, eò magis arridebit.

Expetierat Tycho responsum in reditu è Nundinis; at Princeps in
 filii nuptiis occupatus, mandavit Rothmanno, ut utrisque literis
 responderet: Rothmannus vero circa datas quidem ad Principem li-
 teras respondendum aliud, addendumve ad superiores non duxit,
 quæcumq; fuisse, Refractionum quoque in Venere per azimutha observan-
 tias; ac ejus distantia à Tertia Stella Arietis accipienda, habitam ratio-

1588. nem. Circa literas verò ad se datas , plusculus adhuc in distinctione aëris, ac ætheris fuit ; quatenus nihil ea de re, neque Physici , neque Theologi definire sine Mathesi praeunte possunt , neque potest aliquid certi de Cometarum generatione , & materia , nisi hac quæstione decisa , constitui. Quippe assumi, non probari , quod nihil generari, aut corrupti in regione cælesti dicunt ; neque id assumi à Tycho- ne cælestes Cometas statuente. Non idcirco iri excitatum sonum à transuentibus Planetis (quod ille quidem objeccerat) propter sum- main aëris à vaporibus non incrassati tenuitatem. Neque obstatre quam proportionem in Elementis vulgo agnoscunt ; nam & nullam esse futuram, aëre ad usque Lunam continuato. Decrementum refractio- nis proportione faciendum ostendi, seclusis vaporibus , & supposita sola aëris, ætherisque diversitate ; ac fore etiam ex eadem causa , ut ipse Stella amplius , quam Sol, aut Luna refringantur. Crepusculū finem à se obseruatum non contigisse circa aquinoctia , nisi depresso Sole ad vigesimum quartum gradum. Aliis præterea commemo- ratis , commendat Librum ad se translinsum , agnoscentes ita demon- stratum Comeræ cursum in æthere , ut nemo contradicere , qui sit Mathefeos peritus, possit. Desiderare solùm se declarationem pro- priæ de Cometarum materia, generationeq; sententiaz : nam quod de Cauda quidein habetur , non probari à se , existimante Caudam ejus- dem cum ipso Capite materiaz , quatenus radii Cometæ trajecti albo- rem illum ostentare , nisi medio ponè existente crasto , non possunt ; cùm & aliunde non semper Cauda in oppositum Solis dirigatur. De- claravit etiam non placere sibi illam Tychonis Hypothelin (cui ipse quoque excogitasset non absimilem ; ac fuisse etiam author Land- gravio, ut in Automato eam exprimeret, unde & Land-gravius esse eandem agnoverit.) Scilicet utcumque nihil esse aliud, quam Copernicea inversa videatur , eam tamen alpergere adhuc superiores Plane- tas regressionis maculâ, ac ostendere quidein, quod Directi, Stationa- ri, Retroradi fiant ; at non tamen quare sic fiant, fierive apparent, quenamadmodum Coperniceam. Induci ab ipsa violentiam, præter motu simplicem cujusque Planetæ, tractionem , quæ aliunde motus , Sphærasque , seu mavis , regiones Planetarum nûrè perturbet. Co- pernicum nihil tale egisse ; neque quid peccasse , aut adversus Sacram Scripturam, quæ accommodat ad vulgi captum loquitur; aut adversus

Ph-

Physicam, per quam licet defendere gravitatem esse affectionem, 1588.
non Terræ totius in centrum, sed partium in ipsam (quam servari in-
tegram intersit) connitentium; idque intelligi etiam posse in ipsis
Planetarum globis, quibus Terræ globus similis cùm sit, ac aëre so-
lo pari modo circumducatur, possit proinde haud secus convolvi.

Verum, ut resumam, quod jam cœperam: cùm hoc demùm anno
assequutus foret tum ingressum Solis in puncta Aequinoctialis, tum
loca aliquot Fixarum, quæ bases instar cæteris essent, ex observata
tam matutina, quæ vespertina Venere; cœpit de adornando primo
Progymnasinatum Libro cogitare, ac de reficiendis præsertim duo-
bus primitis Capitibus, quorum alterum motus Solis, alterum Stellæ
Fixarum restitutionem contineret. Nempe hæc duo præmissa
voluit aliis octo Capitibus, quæ speciatim ad tractationem de Nova
Stella pertinent, & in quibus iam apparatis, non tam multa fuere de-
inceps movenda. Quod ad Restitutionem porrè motus Solaris atti-
net, ille ea methodo usus, quam compendiosè descripsimus circa an-
num LXXXIIII. reprehendit, ac pronuntiavit esse Apogeion Solis isto
anno M. D. LXXXIIX. in gradu 5. min. 30. Cancri, ac ejus Eccentrici-
tatem esse pastium 358. qualium Semidiameter Eccentrici est
100000. Subinde verò Tabulam consecit vocatarum Prostaphare-
sion, hoc est, additamentorum, resegmentorumque, sive Aequatio-
num, motui Solis medio (seu qui per Eccentricum æquabilis fit, qua-
lisque ex centro Eccentrici conspiceretur) adhibendarum, ad hoc,
ut motus apparet, verusve vocatus (qualisque è terra inæquabilis
conspicitur) prodeat; atque id quidem in singulos ab Apogeio gra-
dus, ac Prostaphæsia maxima existente grad. 2. min. 2¹. Prætero
autem Apogejon, non in eodem loco constanter habere, sed sensim
moveri dodrante minuti in singulos annos, juxta Signorum seriem
(scilicet ab usque Hipparcho, integro Signo promotum est; utcum-
que Ptolemaeus illud quasi iminutum habuerit) ac ipsam quoque Ec-
centricitatem temporis progressu non-nihil variari; ut proinde neces-
se sit varias quoque fieri longo annorum tractu Prostaphæsies. Ad-
noto potius Tychonem quidem deprehendisse postmodum esse Ec-
centricitatem dimidio minorem habendam; at ipsum propter cæ nihil
immutasse, tum quod tempus non suppetierit, tum quod hac ratione
Prostaphæses vix amplius minuto uspiam valarentur.



1588. Ad-hæc, definiit Annūm Siderūm, seu quō Sol digressus ab aliquo Sidere fixo, ad idemmet redit, dierum 365. hor. 6. min. 9¹ sec. 27. proximè, & Vertentem, seu quo Sol ab uno Zodiaci punc̄to ad idemmet revertitur, dierum 365. hor. 5. min. 48. sec. 45. hic scilicet est illo brevior, propter Affixarum motūm, de quo postea. Heinc autem Tabulæ superiori Epochas præmisit mediorum Solis motuum, hoc est, tam Apogei, quām Longitudinis, ad meridiem Kalendarum Januarii, ab anno M. cccc. in annū M. DCCC. (scilicet per hec tempora Eccentricitatem, Prostaphæresisque adeò, parùm variari reputans) collegitque simul anni Vertentis motus in annos viginti; ac motum speciatim longitudinis, in mensis tam communis, quām Bissextilis anni, itemque in dies, horas, ac minuta, secundaque distribuit. Subjunxit verò Tabulæ eidem Tabulam aliam motus Solis diurni, ejusque apparentis; ex qua constat Solem in Apogeio versantem non videri dietim confidere, nisi min. 57. sec. 5. veriantem verò in Perigeo confidere min. 61. sec. 21. siveque versus Apogeum, lentissimum esse, versus Perigeum, velocissimum; quod apparentia angulus in Terra creatus ex linea Apogeei, & linea à visu in Solem directa, sit heinc inde ab Apogeio semper æquo minor, heinc inde à Perigeo semper æquo major. Apposuit subinde Epheineridēm Solis ex his Tabulis luppitatam in annos M.D.LXXII. & M.D.LXXXIII. quibus Nova Stella apparuit; ac, ut ubiorem fidei faceret restitutorum congrue (saltē ad tempora hæc nostra, circumstantiaque) Solis motuum, tum explorandi rationem docuit, tum periculum ipse fecit, non modò in observatis à se Meridianis aliquot Solis altitudinibus; sed in aliis etiam à Regiomontano, Walthero, Land-gravio exactè adnotatis.

Hisce deductis, aliquot præterea Tabulas adhibuit, earumque etiam fundamenta, constructionemque exposuit. Et prima quidem Tabula est Refractionum Solarium, crebrè, ac studiosè observatarum, ex qua habemus refringi, seu attolli Solem in ipsissimo quidem Horizonte min. 34. altum uno gradu, 26. altum duobus, 20. altum tribus, 17. altum quatuor, 15. altum quinque, 14. atque ita deinceps, donec altus gradibus 45. refringatur 5. secundis duintaxat. Prætereo autem, quod Refractionis causam repetit ex vaporibus, qui acērem nobis proximum illo superiore crassiorem reddentes, deflectunt Solis radios, ipsumque in loco non suo ostendunt. Cumque suæ illi sententiaz

de

de aliquantula etiam causa , tametsi insensibili , ex aëris , ac ætheris di-
versitate sumenda insistat , meminit habiti jam sui per Epistolas cum
Rothmanno dissidii , repetitque simul Joannem Penam Gallum pri-
mum esse , quem noverit defendisse , non esse etiam per cælestes illas
regiones , quām per aëream , substantiam fusam : Id scilicet Pena in
præclara illa de usu Optices Præfatione ; in qua etiam quosdam Co-
metas Lunâ superiores , aliaque scitu digna autumavit. Insequens Ta-
bula est Parallaxeon Solarium , quas esse deducit minutorum 3. Sole
existente in Horizonte ipissimum ; minutorum 2. in 48. graduum alti-
tudine ; minuti 1. in altitudine graduum 70. secundorum duontaxat 3.
quando uno gradu à vertice est. Atque id quidem donec Sol in loco
Apogejum inter , ac Perigejum medio versatur , quoniam sunt alio-
quin paucula secunda , aut detrahenda , donec Sol Apogejus est , aut ad-
jadienda , cum Perigeus (sex nempe , aut septem versus Horizontem .)
Quaoccasione Tabula alia postmodum contexitur Distantiarum So-
lis à Terra; ex qua intelligimus Solem Apogejum distare à Terra Se-
midiametris terrenis 1182. Perigejum 1101. ac medio in loco versan-
tem 1142. Adnotari interim potest , cum ut Refractio Solem altiorem ,
ita Parallaxis depressorem æquo ostendat ; si ex maxima Refractione
34. minutorum detrahimus Parallaxin maximam trium minutorum ,
dici posse Solem , dum inferiore sui margine horizontem ad visum
stringit , esse reipsâ totum demersum ; quando illius Diameter minu-
torum est proximè triginta & unius. Succedunt duas Tabulæ , altera
Declinationis Eclipticæ , contexta per dena singulorum graduum mi-
nuta , idque supponendo angulum Obliquitatis Eclipticæ , maximam
ve declinationem , graduum 23. min. 31. sec. 30. Altera Ascensionum
Rectarum ejusdem Eclipticæ , secundum gradus singulos , supposita
eadem declinatione . Subjiciuntur hisce adhuc duæ (quasi Paterga) ac in
Astrologorun quidem potissimum gratiam , quarum altera est Revo-
lutionum Solis , tribus faculis , hoc est , superiori , præsenti , successu-
ro inferiens ; altera Æquationis dierum naturalium ; ad hoc nempe
inferiens , ut ex dato Solis loco , Tempus apparens in æquale , aut æ-
quale in apparens convertatur.

Denique ad Motum Solis restitutum adhibere voluit quasi Appen-
dice in Lunaris motus Restitutionem : verūm , quæ exstat edita , non ca-
est , quæ tunc conscripta ab eo fuit , ac typis primum committi cœpta ;
sed

1588. sed quia in deinceps limatiorem non longè ante mortem perfecit, at dicendum suo loco est. Exinde verò est, quamobrem initio hujus Appendix Elencum præmittens Eclipseon viginti unius, & Solarium novem; Eclipseis adjiciat, quæ fuerint observatae annis posterioribus ad usque Solarem mensis Junij, anni M. DC. Itemque quamobrem aliquoties deinceps in Operis serie profiteatur se aliàs uberiùs de Restitutione Lunæ tractaturum; tametsi hoc loco integra Lunæ Theoria pertractata habeatur. Sed notandum nimirum est, cùm Opus prælo committere ab in sequente anno cœpisset, non uno tenore processisse operas; verum sic fuisse ter interruptas, ut cùm suspicaretur posse quidpiam addi, aut corrigi, locum aliquot foliis quaternionibusve postea cùdendis reliquerit. Unde & est factum, ut cùm isto loco, tres solum quaterniones pagellarum octonum reliquisset, partemque etiam ex residuis de Restitutione Solis, & ex Appendix cœpta adimplisset, tum illos immutaverit, tum tres præterea alios, semisemque adjecerit, & cypharum seriè interrupta, specialeis cyphras viginti octo pagellis adhibuerit. Itaque de Luna inferiùs.

Ad restitutionem Fixarum Capite secundo contentam quod specat, rem penè jani deduximus circa M. D. LXXXV. annum. Deduximus etiam deinceps, quod de earundem Stellarum latitudine variata in hoc Caput insertum est, ubi etiam Rothmanni secum hacce de re consensum refert. Id notandum interim, quod præmittit de invariata semper manente Fixarum inter se distantia; quatenus, ut Ptolemaeus deprehendit Stellas alias ab Hipparcho observatas in quaquam recta linea, in eadem adhuc perseverare, ita ipse easdem, ac alias præterea observatas à Ptolemaeo, in eadem constare deprehendit. Enimvero, & illud tacendum non est, quod collatis aliorum, maximèque Hipparchi, Albategnii, & Copernici observationibus cum suis; compserit motum Affixarum, sive inavis Sphæræ octavæ in ortum, esse annuatim min. secundorum 51. præcise; ac idē Fixas integro gradu intra annos 70. menseisque 7. progredi, quod Ptolemaeus intra annos 100. Albategnus intra 66. contingere opinabantur; integrani verò octavae Sphæræ revolutionem peragi intra annos 25410. Hacce te præmissa, Abacum conficit Octingentarum præcipuarum, per Asterismos omneis respersarum Stellarum; ac in ipso illarum loca, hoc est, cujusque Longitudinem & Latitudinem retulit, determinavit-

que

que ad annum completem M. DC. ut supposita hac quasi Epoche, nⁱ-
bil aliud, quām aut detrahendum pro annis antecedentibus, aut adj-
ciendum pro consequentibus sit, quantum progressiæ Stellarum fuerint,
aut progreßūræ sint, inter Epochen, & quemque annum datum. Unde
& ipse Tabularia unam tum præmisit in duo antecedentia sæcula, tum
aliam subjecit in duo consequentia: tamen si neque has Tabulas, ne-
que Abacum prælo communis, cùm operæ procederent; sed tum de-
mùn, cùm habuit Stellaras octingentas calculo subductas. Niimirum
cùm initio se non tot obtenturum sperasset, ac destinasset proinde
illis dumtaxat quaterniones duos; illos deinceps, quasi numero du-
plicato ingeminavit; ac idcirco cyphras non rectis, versisque, sed re-
ctis dumtaxat pagellis, ut cum relumpta serie cohærent, præfixit.
Et completurus quidem erat numerum Stellarum millenarium (idque
ex informibus præsertim, ipsique minùs præcipuis) quippe & hoc se
facturum recepit, & fecit reipsâ, ut ex dicendis inferius circa Manu-
scripta Catalogi exempla ad varios transmissa, constabit. Heinc, ne
mirere veteres non plureis, quām mille, & viginti duas numerasse,
cùm in rectiore tamen Sphæra habitantes cernere possent, ultra du-
centas Tychoni inconspicuas; causam esse vides, quod totidem penè
ab iis neglectas curaverit; maxiinéque, cùm vel in una Cassiopeïæ
Cælestiæ numerum duplicaverit, tredecim putà ad tredecim à ve-
teribus notatas, adjectis.

Neque verò Tycho præfiniit modò secundum Longitudinem, La-
titudinemque ejusmodi octingentarum Stellarum loca; sed centum
quoque ex iis selegit, ac in specialem Tabulam illarum loca retulit
secundum Ascensionem Rectam, secundumque Declinationem, sup-
putata ad annos, tam M. DC. quām M. DCC. completos. Adjunxit &
illi Tabulam Refractionum Stellarum, ex qua licet intelligi, non
eas tantas, quantas Solareis esse. Quippe in ipso Horizonte Stellæ
Refractione est minutorum solùm 30. in uno, primove altitudinis
gradu, min. 21. in secundo, 15. in tertio, 12. in quarto, 11. in
quinto, 10. ac denique in vigesimo nulla: cùm Solis tamen Refractione
in Horizonte minutoruim 34. in vigesimo gradu min. 4. evanescat so-
lùm in 45. ut non multò antè memoraviinus. Ut autem praxi veluti
quadam declararet, quemadmodum deducatur locus alicujus Stellæ,
Planetæ, Cometæ, cujuslibetque Phænoinenij, ex data illius distantia



1588. à duabus Stellis, quarum perspecta longitudo, ac latitudo sit: idèò Stellas xxvj. Constellationis Cassiopeiaz, in qua Nova Stella apparuit (Libri nempe hujus argumentum, & occasio) delegit, ac earum loca secundum longitudinem, latitudinemque definit, & ad annum M. D. LXXXI. completem retulit, ex datis illarum distantias à duabus quibusdam Stellarum quatuor insignium, Lucidæ putà Arietis, Aldeboræ, Pollucis, Capellæ, quarum longitudinem, latitudinemq; præhabuit. Deniq; cùm nemo, ab Hipparcho usque, tale aliquid præstisset, sed numeri Hipparchici retinerentur ab omnibus, ac solummodo ad Stellarum longitudinem adderetur, quod motu illo octavæ Sphæræ reputabatur esse promotum; idque cùm illi numeri per dena duintaxat minuta (& plerunque quidem mendosissimè) tam secundum longitudinem, quam secundum latitudinem Stellarum loca exhiberent: ac solus esset Land-gravius, qui (dignè sanè Principe curâ) in id incubuissest, quadringentiarumque Stellarum restituendarum spem fecisset (veluti heic etiam à Tychone attingitur, non omisso dissidio illorum quinque minutorum.) Cùm id, inquam, sic se haberet; merito jure est Tycho usus ista, non invidenda sanè, sed grata, ac benevolamente excienda Apostrophe, quam in triennio pôlt, pagellas aliquot recudens, lacunasque complens, ipsi Fixarum restitutioni in hunc modum apposuit. En igitur habes, exoptatissime, grata, uti spero, Posterioras, Stellarum Affixarum, omnium propemodum, que in nostro Climaate conficiuntur, praesertim quoad precipuas, & noratu digniores, quotquot habentur Instrumenta nostris nulli fallacie obnoxiiis asequi licuit, accuratisimam Restitutionem intra proximè elapsum decennium, vel eò amplius, plurimorum noctuum vigiliis, indefesso calculi labore, & impensu omni estimatione majoribus; tandem exanilitam, aque in publicum usum concinnatam, tribique barum cupido, liberati, ample, & perenni munere consecratam. Quinetiam jure quasi erupit in præclarum illud ad Astronomiz cultores Paræticum, cuius hoc initium.

*Et jam strata via est, multis priuâ invia saclis,
Magno equidem, & vigili tandem exanilita labore,
Scandere macefisi liceat quâ culmina Coli,
Et superas penetrare domos, habitacula dirium;
Sculubeat Fixas, vario, seu tramite motas*

Designat

*Designare Faces, cursusque, situsque probare
Sidereum, summi ut consenserit miracula lora.*

1588.

*Ergo agite, ô Iuvenes, quibus est vigor actis, & altus
Ingenii, genique favor; quibus inclita ab ortu
Vrania diuina cali inspiravit amorem,
Et dedit ethereis terram, ac terrestria queque
Posthabuisse bonis; qui non temeraria vulgi
Iudicia, aut tetricas voces curatis inertum;
Obscuris talpas mistentes degere in annis,
Perpetuò ut cœca manecant, velut esse cupiscunt;
Huc spirare alacres, &c.*

Inierat iam M. D. LXXXIX. annus, cum hisce duobus Capitibus de Restitutione Solis, & Fixarum ad prælum subeundum paratis, & pro prima parte totius Libri habitis, adornare cœpit, quæ octo de Nova Stella jam adumbrârat, destinatis quinque ad secundam partem, ea continentem, quæ Tycho tum circa Stellam Novam obseruavit, tum ex obseruatis deduxit: tria verò ad tertiam ea complectentem, quæ circa aliorum obseruata, ac placita disquisivit, ac censuit. Non est porrò, quorsum in iis, quæ ad secundam partem spectant, immoremur; cum quicquid in ea est notatu dignum, circa illud tempus, quo Stella apparuit, attigerimus; ac illicet dumtaxat prætermiserimus, quod ille occasione magnitudinis Novæ Stellaræ de magnitudine Solis, Lunæ, & tam Inerrantium, quam Errantium Stellarum Capite septimo edisserunt. Unde & hac solùm de re, ut dicamus; Supponens ille imprimis Solem abesse à Terra, cum in mediocri distantia est, terrenis Semidiametris 1150. (octo nimiriū amplius, & ob rationem quidem non profus mysterio carentem, de qua est antè dictum) ac esse aliunde visibilem illius Diametrum minutorum 31. pronuntiavit Solem esse Terram majorem proximè centies, & quadragies. Supponendo deinde Lunam abesse à Terra in mediocritatem distantia Semidiametris terrenis 60. ac Diametro esse, appareré minutorum 33. pronuntiavit Lunam esse proximè quadragies bis minorē, quam Terram. Supposita postea mediocri, tam Mercurii, quam Veneris distantia à Terra, quanta Solis est, ac Diametro illius minut. 2 $\frac{1}{2}$. istius 3 $\frac{1}{4}$. pronuntiavit Mercurium esse undevicies, & Venerem sexies, proximève, Terra minorem. Supposita ad-hæc mediocri



1589. distantia, Martis quidem, Semidiametrorum 1745. Jovis, 3990. Saturni, 10550. ac Diametro Martis, min. 1¹. Jovis, 2¹. Saturni, 1¹. pronuntiavit Martem Terra minorem proxime terdecies; Jovem autem majorem proxime quaterdecies, & Saturnum vicies bis, aut aliquantò amplius. Suppositis denique Fixis abesse ad summum à Terra Semidiametris 14000. ac Diainetrum Stellarum Primæ magnitudinis esse minororum 2. Secundæ, 1¹. Tertiæ, 1¹. Quartæ, 0¹. Quintæ, 0¹. Sextæ, 0¹. Pronuntiavit Stellas Primæ Magnitudinis sexages octies circiter maiores, quam Terram (nisi quod quæ sunt ex illis præcipuz, veluti Canis major, ac Lyra, haberi possunt maiores centies, & quæ infrà mediocres, maiores solum quadragies, quinque) Stellas autem Secundæ, maiores vicies, octies: Tertiæ, undecies; Quartæ, paullò amplius, quam ter; Quintæ, paullò amplius, quam semel; at Stellas Sextæ esse ter proximè minores.

Prolixa deinde sequitur Tychonis in cæterorum observationes, opinioneisque inquisitio. Nam fuscè primùm illos recenset, qui secerre Stellam omnis parallaxeos expertem, ac superiorem adeo Planétis, inque orbe Fixarum sitam. Subjicit illos, qui Parallaxin Stellæ attribuere nonnullam quidem, at non tam parvam tamen, quinadhuc in regione ætherea, suprave Lunam constitueretur. Postremò illos adjicit, qui Stellam, aut sub Luna habuerunt, aut nihil solidi de ea censuerunt. Ex primis, novem numerat, quibus & subjungit sese decimum, ob Librum à se tempore Stellæ editum, quem perinde, ac scripta cæterorum in examen vocat. Primo autem loco ineritò fuit memoratus sapè, & nunquam tamen satis laudatus Land-gravius, qui tametsi eo tempore, aliquam Stellæ Parallaxiu, ob Poli altitudinem non satis exquisite perspectam attribuerit; ea nihilominus observata cum Tychoe communicavit, ex quibus licuit elicere caruisse Parallaxi Stellam; quod & ipse postea Land-gravius deprehendit. II. Thaddæus Hagecius, de quo etiam est aliquoties dictum, quique observationes quidem non undequaque exquisitas peregit, sed non male tamen ex non ratis dedoménis Stellam Parallaxi caruisse conclusit. III. Paulus Fabricius, Cæsareus Mathematicus, qui verè quidem etiam conclusit fuisse Parallaxi destitutam Stellam; at nullis prolatis observationibus, ex quibus posset ostendere se negotio satisfecisse. IV. Bartholomæus Reisacherus, Viennensis Mathematicus, qui etiam rectè quidem

quidem conclusit defectum Parallaxeos; at ex observatis, aut nullis, 1589.
 aut paucis; iisque non exactis, aut fidis. Cùm ille autem, ut fieri solet, eam Poli altitudinem, quam Peurbachius, & Regiomontanus dixerant, supposuerit; miratur Tycho, neque illum, neque tot alias praestanteis Mathematicos fecisse rei periculum, & an ne ita decet, inquit, nos serviliter addictos aliorum prolati, ut nihil in hiis ipsimet experiamur? V. Paulus Hainzelius, cuius literas ad Volphium hac de Stella referit: at vidiinus ante Tychonem usurpare Hainzelii observationes probando Parallaxeos defectui, ut suas; nempe ob inagnum illum Quadrantem. VI. Michaël Mæstlinus, cuius libellum referens, & studium, industriaq; commendans, id ferè solùm improbat, quòd Stellæ situ per filum observato, eo modo, quo antè est dictum, ejus tamen locum ex Stellis non correctis deduxerit, ac fuerit alioquin Copernici Hypothesin sequutus. VII. Cornelius Gemma, qui veram quidem de defectu Parallaxeos sententiam, at ex nimis tamen erroneis observationibus deduxit. VIII. Hieronymus Muniosius, Mathematicus Valentinus, qui distantias quidem satis exactè observavit; at locum non benè deduxit. Probaturus autem Tycho defectum Parallaxeos ex observationibus factis in variis Horizontibus, suas non modò cum Hainzelianis, sed cum Munofianis etiam contulit. IX. Franciscus Valesius, qui Stellam quidem inter Fixas habuit; sed esse eam tamen reputavit unam ex veteribus Cassiopeiaz Stellis, quæ ob parvitatem inconspicua, grandem speciem inducerit, ob medium crassius lunen addensans, per quod Stella transierit, octavæ Sphæræ motu traducta. X. verò de ipso Tychone, primò eius libro nihil hec attingendum, cum rem suo jam loco deduxerimus.

Ex Secundis recenset octo, quorum rursus Primus ipse est Landgravius, quatenus, ut jam dixi, initio, literisque ad Peucerum, & ad Electorem Saxoniæ (à quo fuerat admonitus apparitionis Stellæ) datis, Parallaxin 3. minutorum (si tamen tantam) in Stella admisit; sicque Stellam Sole paullò inferiorem, distanteq; à Terra 1062. terrenis Semidiametris fecit. XI. Casparus Peucerus, Wittebergenfis Professor primarius; is scilicet, de quo mox dictum, quique Stellæ Parallaxin minut. 19. tribuit, ipsamque idcirco à Terra distantem terrenis Semidiametris 164. & superare Mercurii Sphærām, ac Veneream attingere statuit: Neque secus Wolfgangus Sculerus, cùm, ut



1588. superius attigimus, quæstioni à Caspero Peuceto juniore proposita ficeret satis. III. Ioannes Prætorius, itidem Vittebergensis, qui Stellam, aut intra orbis Planetarum, aut etiam suprà statuendam censuit; ac idèo Ioannis Penæ sententiam de aërea Cœli regione non improbandam duxit. IV. Philippus Appianus Petri filius, cujus superius meininimus, quippe verè quidem asserit exstissem Stellam regione elementari superiori; at caruisse illam Parallaxi, nulla aut observatione, aut demonstratione probavit. V. Thomas Diggesæus Anglos, qui Parallixin, non-nisi 2. minutorum Stellæ attribuit, unò minorem, ac scè nullam, ob insensibilem, aut nullam à Fixa vicina in sublimi, humilique situ divaricationem. Ejus observata, cum aliquibus circa doctrinam Parallaxeon Problematibus refert Tycho, in eoque non probat, quod Copernici opinionem sectatus, posse se illam demonstrare Apodixibus firmissimis proferteret. VI. Ioannes Dæz, & ipse Anglus, qui conscripto de Parallaxisbus libello, ac spe observandi Stellam facta, an præsterit, est incertum, sed interim tamen transendo Cassellis opinari se dixit, exstissem quidein in æthere Stellam, at non tamen semper in eadem à Terris distantia; quippe quæ ex humiliore situ sese paullatim in sublimorem per rectam lineam receperit: quæ sententia Land-gravio quoque (ut nihil de Gemma dicam) non displicuit. Ita scilicet retulit Rothmannus, cum anno insequente Tychonem invisit; unde & ipsi facta est occasio, ut istud posterius interfereret. VII. Elias Camerarius Francofurti ad Oderam Professor, qui ejusdem de recepta sensim in sublime Stella sententia, illius Parallixin fecit minutorum nunc 10. nunc 4. (idque ex observatis ejus altitudinibus) nunc etiam admisit nullam unquam fuisse. VIII. Erasmus Reinholdus junior, qui Parallixin 3. dumtaxat minutorum Stellæ attribuit; sed ex observatis nempe Land-gravianis, quæ licet evulgaverit, Land-gravii tamen mentionem non fecit.

Ex postremis tredecim profert. Primo autem loco, est memoratus antè Cyprianus Leovitus, qui calculator licet egregius, solidi tamen nihil observavit, aut docuit; ut constare potest, vel ex eo, quod in Latitudine Stellæ definita quatuor gradibus aberravit, prodiditque Stellam post duos mensis moveri cœpisse, ac post unum mensem, promotam fuisse treis gradus in Boream; ne meinorem omnia fuisse ab eo infecta Astrologicis nugamentis. XI. David Chyträus, in eo laudabilis,

dabilis, quod Melanchthonis præceptoris imitatione juvenes adhortatus est, ipse Professor Theologus, ad Mathematicum studium. Quin-etiam, licet habuerit primum Stellam sublunarem, & quasi Cometam, ac Astrologicas quoque prædictiones communiscuerit; deinceps tamen de Cometa inseguo scribens, illum in ætherea potius, quam in elementari regione constituit. III. Guillelmus Postellus, qui utcumque initio fuisse Stellam sine Parallaxi, & Rhombum illum quatuor Stellarum Cassiopeiaz, Crucem esse balbutierit; deinceps tamen nihil aliud, quam omnia superstitionis præfigiis complevit. IV. Annibal Raymundus Veronensis, qui nugatus est nihil fuisse Stellam aliud, quam illam Cassiopeiaz xj. Stellam, quæ solito illustrior præ quapiam fumositate evaserit. V. Cornelius Frangipanus, qui ejusdem cum Raímundo sententiæ, id solùm adjecit, quod Stella loco suo emota duobus gradibus versus Boream processerit. VI. Bartholomæus Reisacherus, Viennensis Mathematicus, qui priusquam omnia exquisitè discerneret (visu imbecillo cùm foret) in eadem fuit cum illis Italis opinione. VII. Anonymus quidam Germanus, qui rursus idem; verum de Stella Cassiopeiaz xij. somniavit. VIII. Andreas Nolthius, Mathematicus Embecensis, qui & Stellam Cometam habuit, & Diameter illi attribuit 10. minutorum, Parallaxin minut. 39. distantiam à Terra Semidiametrorum terrenorum 19.min.50.sec.12.ac milliarium adeò Germanicorum 17059. Vide futilem scrupulositatem. IX. Georgius Buschius Erfordiensis Pictor, qui etiam, tum Cometam, ipsumque sublunarem habuit; tum Dianetrum illi sequiminuti attribuens, distantiam ejus à Terra fecit Semidiametrorum 30. seu milliarium 2579. & passuum 2905. Vide iterum futilitatem; cùm & notabile sit, ex illius observationibus, utcumque crassis, elici distinisse Stellam à Terra Semidiametris 185. X. Theodorus Graninæus, Mathematicus Coloniensis, qui & Stellam Cometam, & initio quidem non caudatum, habuit, & nihil aliud, quam Parerga, Astrologicaque, & Cabbalistica nubagamenta communisicut. XI. Adamus Ursinus, & XII. Andreas Røa Astrologi, qui in suis Prognosticis, sive Almanach, nihil, nisi inane quidpiam effutierunt. XIII. Anonymus quidam Kalendariorum fabricator, qui aliis quibusdam Terræ admoventibus ad Semidiametros 19.15. aut 12. adinovit ipse ad millaria 750. adjecitq; illam intra dies 53. emotam fuisse minutis 19. sec. 6. tertio 1. O nugatorem!

Verum

1589. Verum hæc quidem, ut jam innui, per anni decursum expoliit; at interim tamen ab extremis usque superioris anni mensibus, Caput Primum prælo commisit; neque multò post, computatis foliis, quaternionibusve, qui illi sufficerent, secundum quoque inchoavit; idemque etiam circa tertium, & octavum (hoc est, secundam, & tertiam parteis) præstiterit; adeo ut quatuor, quasi initis factis, plura simul præla nonnunquam incaluerint (utcumque etiam, varias ob causas, nonnunquam decaluerint, veluti, cum deficiens charta tempore præfixo advecta non fuit: adeo proinde, ut per statem in Papyraceo molendino construendo incubuerit.) Nequicquam profecto non est, quod scribens ad Land-gravium ante finem Februarii, postquam deduxit se comprobasse ex Venere Octobri superiore vespertina, & elapso mox Januario, Eoa, nihil vitiis in assignatis à se Fixarum locis subesse; ac illa adeo quinque minuta in locis à Land-gravio assignatis excedere, quæ apud se quoque ex vespertina, aut Eoa solùm, & neglectis præsertim Parallaxeon, Refractionumque implicationibus, excessissent; quod, inquam, postquam istud deduxit, hujuscemodi verba subjicit: *Quim & mea ratiocinia, cur non aliter in his statuendum sentiam, quam pridem a me indicatum est, etiam tua Celsitudo propediem, favente divin auxilio, è secundo Capite prioris Tomi nostri de Recentioribus Ætherei Mundi Phænomenis, quem nunc sub prælio habeo, perspiciet.* Prætereo verò, eum translinisisse cum his literis, Solareis Ephemeridas in annos labentem, sequentemque supputatas, juxta factam novitiam motuum Solis Restitutionem; seu mavis, juxta Tabulas in primum illud Caput inseratas. Quoniam autem simul literas ad Rothmannum dedit, quæ parum absunt, quin insensè ab eo excepta fuerint: ideo non videntur profus reticendæ: ac potissimum, quia conscriptæ aliquanto animatiūs, superciliosus videntur; ac forte quidem potissimum, ob Hypothesin fugillatam.

Testatur ergo nolle se primùm contendere multum de Cœli materia, quando ille se nullis ratiociniis ab arrepta semel sententia dimoveri sinit. Licere illi, per se, Cœlo commiscere acrem, iino &, si quis aquam, ignem, aut omnia simul clementa velit; modò & sibi sit liberum quod sentiat, proferre; qui si illatus in Cœlum elementarem materiam foret, igneam potius cum Paracelso ob eam causam invicheret, quod aliorum elementorum congrua animalia excipientium

1589.

tium instar, Solem, Stellasque excipiat, quæ ignis cujusdam incom-
bustibilis speciem repræsentant. Sed hisce, aliisque dimissis, cùm nihil
se, ob præoccupatam opinionem, persuasum videat; unum se
dumtaxat ejus argumento de creanda ex diversa materia Refractione
opponere; scilicet, quod communis aqua per iteratas elevationes
defecatisima reddit, & Spiritus vini ab omni phlegmate purgatissi-
mus, diversæ oppidò sint substantiaz, & consimili tamen crystallo
conclusæ transparentiæ non discrepant, neque adeò diversam Refrac-
tionem creent. Nullum fieri illi subsidium ex procreatione Cometa-
rum, qui igneam potius naturam arguant; illumque absurdâ assump-
tione stabilire aliam incassum conari; ac se decrevisse id adeò eviden-
ter ostendere, ut refragari justè nemo queat. Deinde, repetiisse se su-
perioribus etiam diebus Crepusculorum observationes, ac eandem
semper comperisse depressionem Solis infrà Horizontem, sive des-
cente, sive incipiente crepusculo; illiusque adeò animadversionem
exorbitare nimium, invalidumque esse, quod ille de Crepusculo-
rum, Refractioniunque diversitate proposuit. Posse illum videre apud
suos Authores, quæ de Secretiore Philosophia cognoscere præterea
sunt: sibi id temporis non vacare, neque tutum esse rem literis com-
mittere. Lætari se, quod Liber placuerit. Quod ille adjecerit ean-
dem ferè sibi ad inventam Lunæ maximam latitudinem, expetere se,
ut renuntiet, quantum, quatenusque istud explorarit, maximèque,
ut fidem uberiorem Brucæ faciat (qui mutatam hanc Lunæ Latitu-
dinem officere objecerat quantitatæ Eclipseon respondentem alioquin
calculo non malè) quanquam nihil depromere suis ex observatis vult;
quod non ratum sit, quodque alterius suffragio non egeat: Optare
etiam, ut indicet, qui errare Tabulas in designatione Nodorum plus
gradibus quatuor deprehenderit; cùm Tabulæ nullæ sic exorbitent,
ut in quantitatæ Eclipseos besse diametri Lunæ peccent; quod exinde
quidem fieri sequeretur. Ad-hæc, non declarasse se quam Cometa-
rum materiam, generationemque esse putes (nisi quod cœlestem
dixit obiter) id omnium fuisse in conclusionem totius Operis reservatum:
neque ex voto generationis colligi debere corruptionem se in
Cœlum induisse; neque enim strictè, & Grammaticorum more usur-
passe se generationis vocem, ac inspici debuisse Libri titulum, in quo
devitata Generationis vox, ne ullus esset cavillationi locus. Cometa-



1589. Caudam non ex eadem cum Capite materia esse, sed trajectos radios, vel illud arguere, quod radiatini prodeant, atque diffundantur, quodque in aequali à Sole partem eant; etiam ille anni M. D. LVIII. à Land-gravio adhuc juvē observatus, & ab ipso Rothmanno objectus; ut nihil dicatur de ceteris, qui pro accessu quidem ad oppositionem cum Sole, Caudam in Barbān contrahunt, sed semper nihilominus porrigit in oppositum Solis. Denique, si Hypothesis tantoperè illi displiceat, & Copernicum sequi malit, esse id ipsi integrum; cū & facile etiam sit, acē in Cœlum inducto, Terram, mareque invehere. Ostensurum se suo tempore, quā longè antecellat sua Hypothesis, quāque constent semper absurditates Physicæ in Copernicanam objectæ. Non valere aliunde, quod ille circa Scripturam Sacram excusat. Majore enim autoritate, reverentiāque habendam esse, quā ut ea ratione in cothurni modum trahatur. Quippe quæ, utcumque se vulgi captui accommodet, non idcirco tamen non vera proponat. Illud certè de Luna luminari magno, & minori tamen, quām Sol sit, intelligi solum de magnitudine luminis; nam alioquin vulgus non habet Lunam minorem, quam Solem. Nihil morari se objectam traditionem, retrogradationisque labem; quod illa nihil aliud sit, quām naturalis, & insita divinitus concomitantia. Non sumplisse se occasionem ex Copernicana Hypothesi inversa; sed ex Marte Acronycho, & ex libertate æthereæ regionis. Si ille quid tale unquam cogitārat, se id latuisse; ac intelligere tamen Ursū illum Dithmarsuni ostendisse Land gravio visum apud se Hypothesin, quæ expressa fuerit in automato; idque, vel ex eo comprobari, quod Martis orbem undique ambientem Solis orbem exhibeat, ut conspecta ab illo Charita, quæ fuerat negligentius exarata, exhibuit. Millorum se exempla Libri insinuata; ac non posse se plura scribere, cū ob occupationes alias, tum ob hemicranii dolorem ex coryza diebus superioribus præ nocturno frigore inter observandum contracta.

Taleis literas Rothmannus non habuit ante diem Augusti xvij. idque cū jam sex antē diebus accepisset alias, & ipsemē breveis dedisset die Julii xxvj. quibus Tychonē admouerat, non acceptarum literarum, ac ejus ardoris, quo exspectabat Land-gravius tum literas accipere, tum addiscere, quid moliretur novi. Destinārat autem literas ad Ranzovium, ipsi quoque Land-gravii desiderium signifi-

cans;

cans; adjecto Epistolio pridie ad se à Principe dato (quippe cùm Hom-
bergi venandi causâ versaretur) unde & Tycho postmodum hasce,
alialque literas ex Holsatia à Ranzovio accepit. Sed ut de Rothman-
ni responso ad superiores quidpiam heic dicam; Is sc̄ responsurum
pancis recipit, quod occupationibus distrahiatur, quidque videat
ipsum Tychonem, aut ob occupationes varias, aut etiam ob mor-
bum, literas suas longe aliter, ac scriptæ forent, intellexisse. Nusquam
se quicquam detraxisse autoritati literarum Sacrarum, nihilque dixi-
se, quod non ipse, ac Theologi omnes Sacras literas interpretantes
dicerent; quin-eriam D. Augustinum multò liberiùs de illis loqui.
Sibi solius Dei gloriam in omni actione propositam esse; ac ideo nou-
esse, cur ille quid inpium de se cogitet. Non esse, cur penitus cœ-
cus circa Crepuscula habeatur; neque enim se esse adcō temerarium,
ut aliquid scribat, quod expertus non sit. Loquutum se fuisse de Cre-
pusculo, non pro luce dubia vulgariter accepto, sed pro superstite al-
bicantia, quæ in occiduo aëre aliquousque perseverat; neque enim
ille c̄ tam est, quām juxta Horizontem reliquum obscurus. Non agno-
seere se, cur suis Refractionibus ille detrahatur: neque enim se posse
alias eruere, quām Instrumenta monstrant; iniquam esse postulatio-
nem, si ille à se aliud exigat. Nihil se circa generationem in Æthere
reprehendisse; sed rem dubitanter solūm proposuisse, si quā eliceret
illius sententiam. Scripsisse se potius de Cometarum Cauda, quod
exāpī illius subjiceret, quām quod verè urgeret: ac Principem suum
vel eo excusandum, quòd tempore illius Cometæ nondum foret satis
in observando exercitatus. Nolle se, ut ille observationem Principis
evulget; neque etiam quam suam cum ipso de Cometarum genera-
tionē communicavit, sententiam; alioquin rem fore cum muto, quòd
præter illum nemo eam nōrit, & ipse in aliam sic inciderit, ut to-
tuin illud de materia, illuminationēque Cometarum mutatus sit,
si alium Cometam semel observārit. Nihil velle se ampliūs de aëre
illo per Cœlum diffuso cuin co agere: rem se pertractasse in suo de
Fixis Stellis Opere, illum ipsi non immiscendo; ac debere ipsum idem
agere, doctos postea viros dijudicatueros. Agnoscere se id saltem ob-
tentum, ut diaphania aëris puri à diaphania materiae Planetis circum-
fusa nihilo differat: fore, ut reliquam sententiam filia temporis veritas
cum doceat. Adverte se quoque Trinitatis mysterium, nisi princi-

1589. pīis Chymicis (de quibus ille fuerat loquutus) saltem ex eo, quōd omnia constent ex terrena materia, aquo glutinē, spiritu aēreo; ac cœlesti quidem, calore, virtutēque agente. Se olim peculiari scripto de Hypothesibus Ptolemaī, & Coperīci, utra vera sit, discussurum. Et sic quidem fuit die Augusti xxij. responsum.

Tycho autem deinceps xxiv. Novembriſ ſcribens, significavit ſibi non morbiū, occupationē ſve obſtititſe, quō minus literis expreſſam illius mentem allequeretur; neque enim latuiffe in illis inſolubilia enigmata; aut ſe objecitſe aliiquid, quod ex iis non colligetur; cum & fuifet forte & quo indulgentior. Mirari ſe potiū, cur ipſe tam & grē, ac ſinistrē ſuas interpretatus, tam rhapsodicē ad eas reſpondiſſet. Nusquam ſe impietatiſ illum accusaſſe; ſed ſolum de Lite-ris Sacris id, quod ſentiret, quodque res eſſet, expoſuifſe. Non dum deguſtaſſe illum, quam quintam eſſentiam falſe exprobreſſe; & donec eam olfecerit, ſatiuſ eſſe judicio immatuſ ſuperſedere. Non præſumpiſſe ſe illum circa Crepuſcula occaſare; benē agi, ſi ex ſua, aliorūm wēmente, caligo pellatur. Non debuiſſe illum dicere ſe ſcire Crepuſculum vulgariter loquendo Sole depreſſo gradibus ſeptendecim delinere; quaſi verō ipſe nihil adhuc foret, niſi quod vulgus ſapit, molitus; & in re præſertim, in qua præ cæteris facilis, ipſe non ſuolum, ſed ſeptem, aut octo præterea ſtudioſorum oculos adhibuerit; ille tam fuerit Lyne-ceus, ut ſuos ſuolum uſurpando rem acutiū perviderit. Non poſtuſlaſſe ſe ab illo unquam, ut in ſuī gratiam quicquāni diceret; monuſle magis de veritate enucleanda penitiū, & circa Refractiones ſpeciatim, quas modicas eſſe, & Crepuſcula ampliora, contradic̄tio eſt. Habe-re ſe plusquām vicena, ipſaque plerumque quadricubitalia, aut quin-cubitalia Organa; illum duo ſuolum bicubitalia, & ex ſua adhuc folertia profecta, ut debeat proinde ſibi gratias, quōd tam perſpicax evaſerit; quanquam neque omnia Wittichio, aliive unquam ſic pro-palāvit, ut non ſibi arcanum aliiquid reſervaverit; ac par eſſe proinde illum, niſi attendere diligenter velit, acquieſcere ſibi. Quod ille dubitanter, & eruenda ſententiæ ergo propositum, feciſſe Wittichium, & alios; at ſe factum fuifit experientiā cauiorem. Lætari interim, quōd illi circa objecta de corruptione in Cœlos inducta pulcrē reſi-puerit: ſcripta de Cometarum Cauda revocaverit, ac in viam redierit: ſcripta de Cometa obſervato à Principe, non ſcripta malit. Quod ille rogavit,

rogavit, ne quid vulgaretur, non esse jam rem sibi integrum; quoniam, 1589.
cūm Ranzovius, Peucerus, & alii postulassent, ut ista mutua ederentur
Literæ, admota jam esset manus operi; atque ita quidem, ut res laudi
verteretur Principi, ac ipsi quoque, de quo semper nonnisi honorificè
& sentiret, & loqueretur. Si quid deinceps recantaret, id veritatis stu-
dio, & vertendum, & commendandum. Dum quidpiam ex scripto de
Cometa attinget, non fore reī sibi cum muto, cūm ille id scribens, &
ad se mittens mutus non fuisset. Se tērum à se scriptarum non sic pœ-
nitere, quin illi esse velit integrum eas discutere; videat modò, ut
candidè agat, nec juvenili quodam fervore sententiam immaturam
pronuntiet. Gratulari se, quod in aliā de Cometarum inateria op-
tionem diverterit; reverā enim capi non posse, quo raptu ex Terra in
orbem Saturni evehī tanta moles potuerit, ex qua Cometa consti-
rit. Chasmata illa, scunocturnā luceim, quæ interdum ad Boreāni
apparet, non à Sole nimis depresso, in vaporibus supra terram nimis
humilibus creari; sed ex sulphuroso halitu ardente, discurrente que
per aërem. Si ille exspectare alium Cometam velit, licere; non in-
consultum interea fore, si acquiescere sibi renuens, judicium tamen
suspendere. Accipere libenter se, quod ille amplius disceptare de
Celi materia secum nolit: seu autem immisceatur, seu non iūmisceatur
illius scriptis, perinde fore. Non recusare se virorum intelligenti-
tum judicium, & quod ille tertium, qui judex sit, exigat, se condi-
tionem accipere; ac cæteros inter, quos ille diligere voluerit, Peu-
cerum se interea nominare. Trinitatis mysterium non in Terra,
Aqua, & Aëre; sed in aliis tribus principiis occultioribus contineri.
Gloriari illum immitterò, ac nimis inconsideratè præcipitare judi-
cium, quod se obtinuisse circa diaphaniam Aëris, ac Ætheris ait,
quasi ipse ex illo exemplo de Aqua, & Vino depuratis concludere vo-
luerit eandem utriusque esse materiam; & non potius ostenderit ex
eadem diaphania candem materiam non concludi. Addere illum,
fore, ut veritas temporis filia reliquum doceat, & se illud quidem
gratè amplexurum, quicquid docuerit veritas: attamen se nihil ad-
huc corum, quæ protulerint, retractasse; cūm satis longa sit corum
series, quæ ille, vel unā retractarit Epistolā. Ille-ne Ptoleniaicam,
Copernicāmve Hypothesin probare velit, liberum esse; se nihilō
minus suam sic probaturum, ubi in motibus Mobilium Secundo-

1589. rum versabitur , ut si ille quæ plura excogitârit , interèà velit oppone-
re , rem facturus sit non ingratam . Quod videat autem illi pricipuè
atridere Coperniceam de triplici motu Terræ attributo sententiam ,
posse hæc deligi , quæ sigillatim objicuntur . Adversus Diurnum qui-
dem , casum globi ex turre dimissi , qui profectò non ad ainstissum in
subjectum punctum caderet , si , eo versante in aëre , Terra cum turi
subduceretur ; idque cursu adeò veloci , ut in illis Borealis regioni-
bus , sesqui-centum majorum passuum intra secundum scrupulum fo-
ret . Adversus verò Annūm , immensam illam , eamque inanem ca-
pacitatem Saturnum inter , & Affixas , quæ plusquam septingenties
contineat id spatiū debeat , quod à Sole , habito ut centro , in Sa-
turnum erit , si orbis Terræ annuus , vel unius minuti sit , sicque Stel-
lā tertia magnitudinis non major : quid si evadat proflus insensibilis ?
Adversus Tertium , repugnantiam , ut axis Terræ ejusque centrum
motibus contrariis agantur ; ne quid dicatur interim de intricationi-
bus Librationum . Et hæc quidem Tycho , nonnullaque alia , præter
id post-scriptum , quo Rothmannum hortatus est , ut Restitutionis
Fixarum Land-gravianæ editionem maturaret , nihil morando minu-
torum illorum quinque discrepantium , cuius ipse quoque in primo
Progymnasinatum tomo faceret mentionem .

Sed hæc tantisper ut intermittam , accessit ad Tychonem ante fi-
nem anni celeberrimus studiosiorum Christianus , qui ab obscura
Cimbriæ parœcia Longomontanus cognominatus fuit . Is ante annos
xxvij. patre Severino , matre Marina , parentibus agricolis natus ,
non parùm luctatus cum fortuna fuit , nunc apud parentes , nunc apud
amicos , nunc apud patruuin educatus ; & partim parœcia Pastorii
erudiendus traditus , partim ad operas rusticanas vocatus ; quoisque
annos xv. natus , claim se subduxit , & in distantem xij. milliarib[us]
scholam Vigurgensem sese recepit . Moratus illeic xj. annos , partim
industriâ victum parans , partim indefesso labore literis invigilans , ac
studia inter cætera , etiam Mathematicis sub Mathia Hualio incum-
bens , ad celebrem Hafniæ Academiam appulit , in eaque sic sese per
annuni probavit Professoribus , ut fuerit ab illis maximoperè apud
Tychonem commendatus . Ita fuit porrò per octennium , quo Tycho
præterea in Huenna fuit , laboriosus , ac sedulus , ut denique obser-
vandi præ cæteris calluerit , ipsisque sèpè præfuerit , & calculi etiam
texendi

texendi præcipiuus minister, & adjutor fuerit. Verùm ex posteriùs dicendis cognoscendum uberiùs est, quanti illum Tycho fecerit, quām merito jure voluerit, si quid industriā maximè indigeret, illi commissum. Adnoto heic solum delectationi illi suinmæ fuisse, quod per ipsam bruniam observare licuit, ut summa Solstitioni, sic suinam, ac imam Stella Polaris, altitudinem qua deprehensa proinde est distare à Polo grad. 2. min. 54. sec. 50.

1589.

Succedente anno M. D. XC. ac sub finem Februarii, initiumque Martii, Cometes apparuit, cui observitando studiosè incubitum fuit. Erat per id tempus Venus verspertina, Tychoque in captanda ejus maxima digressione occupabatur, cum die Februarii xxij. post nubilosum quadrivum ad illam attendens, deprehendit ex improviso inter Andromedæ, & Arietis asterismos, ac juxta Piscem boreum, Stellam subobscuram, minusque compactam, Diametro quasi minutorum trium, & exacto crepusculo, etiam pertenui Cauda donatam. Cauda hæc visa initio longi decem circiter gradibus, ita sensim evanuit, ut die Martii prima ægræ conspici, deinceps nullo modo potuerit. Caput quoque ipsum ita sensim evanuit, ut post diem vi. observari nequerit; sicque observatus evaserit per xij. non amplius dies. Fuit ejus motus in consequentia, circulum describens, cuius initio gradus 7. minuta 34. intra unum diem consecit: in fine autem gradum 1. min. item 34. sed decrementi proportione per dies intermedios servata. Hujuscemodi verò circulus deprehensus constanter fuit maximus, ilq; Äquatorum interfascans in gr. 339. min. 45. cum inclinatione ad eundem, graduum præcisè 42. Cum die prima observationis, ac sub horam quidem ix. verfaretur Caput in gr. 18. min. 27. Arietis, cum Borea latitudine gr. 18. min. 14. die postrema fuit in Geminorum gr. 3. min. 15. cum latitudine Boreæ gr. 20. min. 46. Et quia à die usq; observationis quarta conspici potuit non vespere ipso in summa altitudine, verùm etiam manè in ima, ob declinationem Boream graduum plusquam 34. adeò, ut die ultimo obtinuerit manè etiam gradus septem altitudinis, ob declinationem graduum 41. & amplius; ideò Tycho delegit primum, secundumque Martij dies, quibus Cometa manè quinque aut sex plus minus gradus atollebatur, ut observata exquisitè tam summa, quām ima altitudine (& ista quidem per habitam refractionis rationem correcta) exploraret, quid inde quoque de Parallaxi colligeretur. Competit porro, neque

1590.



1590. neque hac , neque alia via exhibuit fuisse ullam Parallaxin , qua in-
currere potuerit in sensum . De Cauda , obseruavit illam in avertam à
Sole partem exquisitè dirigi ; unde & expetiit à Rothmanno Come-
tam visum , obseruatumque , ut agnosceret crineis illi ex sola radio-
rum trajectione affictos . Heinc ad illum ipsa die prima observationis
literas dedit , quibus eum Cometæ apparentis admonuit , dedit & in-
eunte Aprili ad Land-gravium , cum descriptione , & diario motus
observatione deducto adjunctis . Prætereo autem Tychonem in
illis ad Rothmannum literis significasse Tomum suum pri-
mum esse jam penè , opera Typographicâ absolu-
tum ; quippe laborem jam in tertia , ulti-
mâque parte urgeri .

DE

TYCHONIS BRAHEI VITA.

LIBER QUARTUS.

Cum verò ab usque superiore Autumno, Jacobus Rex Scotiæ Astojam in Norvegia appulsus (uxorem duclurus Annam Regis sotorem, & Friderici filiam, quæ despontata ab usque Augusto, & in Scotiam navigans, ed abducta immanis tempestatis vi fuerat) nuptias ibidem sub Novembris finem celebrasset, ac postea mensē Martio adventasset in Daniā, Tychonem brevi unā cum Consiliariis, magnoque nobilium conitatu invisit: Ex cōquē est factū, ut Tycho hospites quotidiano, quoique Jacobus mense Maio redire in Scotiam, excepérat. Egit porr̄d, ac eruditè cum Tychone sermones habuit eruditus Princeps de argumentis variis, ac de mobilitate præsenti, quam Terræ Copernicus tribuit. Insperxit quoque Organa, ac perspectum habere usin, utendique rationem voluit. Lustravit quoque, & spectavit studiosūs quicquid fuit in partibus ædificiorum singulis, & cùm in Musæo, præter imagines Hipparchi, Ptolemi, Albategnii, Copernici, Guillelmi Land-gravii, animadvertisset Poëtæ Buchanani effigiem, quam à Petro Junio legationem obeunte Tycho acceperat, eam esse sui olim Præceptoris statim agnovit, ipsique & nutu, & digito applausit. Quām latus à Tychone abierit, testari potest, non tam quod regiis muneribus illum donavit, quām quod triennio pōst rem exp̄essit eo Privilegii diplomate, quod ad Tychonem in annos xxx. circa Operum editionem misit. Neque enim, inquit, nobis ex aliorum relatione, aut nuda

O

Operum



1590. Operum tuorum inspectione ista discenda fuerunt ; verum ipsi coram nostris oculis , auribus nostris ad tenet . nō autē ergo in tali illa Urania dicatis edibus ea vidimus , ea audiūimus , varūisque literatissimis , atque jucundissimis ruis nobiscum habitis sermonibus hausimus , que etiam-nun munus nostrum ita afficiunt , ut majore-ne cum voluptate , an admirariōne ista nobiscum recolamus , difficile sit statuere . Quod equidem nos non illubenter omnibus mortalibus , presentibus , futuris , doc diplomate testamur ; usque adē , ut si quis de industria Uraniburgum tuem adire velit , nisi prouersus āpōvē sit , domum reversus , operapretium ſo retulisse compierat . Quia verd Tycho petierat quoque ab Rege quādam Cārmina (is quippe eruditē Latina condebat) ut illis appositis Progymnasmata condecorarentur ; ideo Rēx fecit , & propria manu , proutille rogārat , scripsit , inquitque hujuscemodi .

*Æthereis bis quinque globis , quaeis Machina Mundi
Vertitur , ut celo eſt crucifatus formis Olympus
Igibus , & pictis fulgentibus undique lycnis :
Pelluerent vitreis domibus , vafisque Planeta
Ortibus ; ut gemitant cursus , vi , & sponte rotati ,
Ut mīti , aut torvo ad ſpectu longè ante futura
Pramonstrant , Regnusque Tonans , que ſara volueret :
Hic tellure cupis , que vis , quis mons , & ordo
Cernere : ſublimem , deductumque aethera Terra
Typhonis panduit opera : lege , diſce , videbis
Mīta ; domi Mundum invenies , Cælumque libello .*

Aliud :

*Quā temerē eſt aufu Phaeton , vel preſtar Apollo .
Qui regit ignuromos aethere anhelui equos :
Plus Tycho : cuius Aſtra regis ; tibi cedet Apollo ;
Charus & Urania es Hoffes , alumnus , amor .*

Non fuit verò hoc loco etiam reticenda , quā Regis Jacobi Cancellarius Uraniburgi scripsit , cùm illeic adeslet die Martis xx.

*Regia Muſarum , decus Orbis , & amula Olympi
Alma domus , dignum nomine Nume[n] habes .
Qua Sophia , aut mirum Babylonia , Gracia , Memphis ,
Prisca habuere , habet hic unus , & una donus .*

Nil

Nil mirum Alciden Calum subiisse ferendo.

Aut puerum raptum detinuisse Deos:

Vraniam in terras celso qui eduxit Olympo,

Quantus & niger amumetandus erit.

Est & hoc, ut putatur ejusdem.

Vidu, & obsequiis Rex Huemum Scoticus aliam.

Miratus clari tot monumenta viri.

Praeobtinuit Tycho hoc anno, ac Junii quidem Eldibus similiis in
 xxx. annos Privilegii diploma Cæsareum, quo cetera inter verbis
 hæc continentur. Edicti itaque fide dingo, & quidem eorum, qui judicare de
 iis artibus, ac scientiis possint, testimonio, Te ad studia illa perfessò, & accuratè,
 excolenda, tot, tantaque præsidia afferre; ut qui tibi pares sint, hac etate vix
 reperiuntur. Cum enim genere sis nobilis, iis opibus, ac facultatibus, que ad
 præclara ingenia, quorum opera cum tua conjuncta, certiore, facilioremppe,
 opportunissimo ad hoc deleto loco, Observationem reddat, avara; qua denique
 ad Instrumenta, & magnitudine, & artificio singulari facili, uti dicere, com-
 paranda sufficiant, te preditum, atque instructum esse, nullisque sumptibus in
 typis, in præliis, in aliis adminiculis, ut domi omnia, que ad illarum artium mo-
 mentaria Posteriorati consecranda requirantur, in promptu habeas, parere; ade-
 que tempus omne, teque ipsum totum, rerum illarum superarum, atque caelestium
 contemplationi impendere, tantumque in iis versatum esse: ut prater exactam Co-
 metarum doctrinam, ab inveteratu velustiorum erroribus solidè vindicatam, cu-
 jum jam anè specimen abs te insigne est editum: novæ quoque caelestium motuum
 Hypotheses, que omnium etatuum observationibus exactè respondeant (quod
 neque prioribus illis Ptolemai, neque posterioribus Copernici Hypothesibus pre-
 dictis fuisse, prater alios, tu ipse accuratisimis tuis Observationibus doce;) ab
 te explectentur; minime pratermissere volamus, quin Reipublica cau-
 sa, ad quam hac ab te ornamenti accedit, Casareo nostro Elogio te suscep-
 peremus decorandum; & quanquam per te satis animatus es, animandum magis,
 ut felicissimè capta, graviter, alacriterque perficias. Nomine porrò corum,
 quorū digno fide testiunio edictum se Cæsar testatur, fuit Jacobus
 Curtius, Procancelarius Imperii, eximius ille scilicet, qui literis
 die ejusdem mensis xxvij.ad Tychonem datis, illum inter alia sic affa-
 tus est. Quod judicium meum de Scriptis tuis amanter exquiris, quod censura mea
 eam, que tibi cum dodicimis quibusdam viris non tam lis, quam amica est concer-
 ratio, subjecis; in eo tantum mīhi à te honoris tribui accipio, quanvis non facerem;

1590. si Reges, & Principes de Regnis, & Provinciis integris disceptantes, me sibi laicem constituerent. Ut verò id, quod petis, & offres, mihi faciendum sanam, nec eruditissim, que in me aut nulla est, aut vere exigua, neque modestia mea patitur. Ne tamen ad tam amicam postulationem plane stridus sim, hoc habeto. De scriptis tuis quid in genere sentiam, testabatur Casaree Majestatis privilegium, quod hinc literis adjunctum tibi mitto, cuius ita scribendi ego Cesari auctor, & porrè vera in eo Cesarem testari, sponsor sui. In specie vero ea, que de Cometa posterioribus, quotquot ipse obseruasti, à te tradita, solidissimisque rationibus confirmata sunt, talia esse puto, ut de iis ne aprobigi quidem amplius ab eruditis rite queat.

Atque hæc quidem occasione Diplomatis Cæsarei exscribo; sed literæ tamen ejusmodi sunt, ex quibus, si quid piani præterea heic adjectero, yideri non debeat cuiquam importunum. En ergo illarum initium: *Magnas tibi ego gratias, Nobilis aequ, ac eruditissime Vir, quod ne non modo literis tuis compellate, sed benevolentiam quoque tuam tam amicam offerre mibi volueris. Ego certè, lucet faciem tuam non viderim, meliorum tam tu partem, mentem nempe, ex scriptis tuis, quibus te ipsum eternitati jam consecrasti, jam olim & amavi, & suspxi: & ejus causa totum te videre, venerari, & amplexari non manas avidè concipiyyi, quam illi olim, qui ex ultimis Hispanie sumib[us] ad Livium videndum in arbem prosceti sunt. Auxit hoc meum desiderium humanissima hec tua compellatio, & in tantum auxit, ut, nisi Cesaris voluntas, & munus publici, quod gero, ratio prohiberent, ita me Deus amet, neque itineris intercapedo, & molestia, neque suavissime conjugis, dulcissimumque pignorum amor, & illecebra me cohíberent, quin arrepto itineris comite communu amico Thaddeo Hagecio, ad te in Daniam usque excutirem. Dicerō neque, quantoperè me deleles cum Hagecio mente, postquam corpore non possumus, totam Huemam perlustrare, & imprimit exactissima tua Observatoria Instrumenta, totum denique Mathematicum illum apparatum, vel imaginatione tantum complecti. Quid verò, si ipse spectator adesset, tèque ipsum omnia non explicantem iacutum, sed exercentem etiam videre possent? En quid post-modum. Malte itaque animo, Vir Nobilissime, & fac, ut divinitas tuu niventeris quam exquisitè fruatur. Etsi enim arduum, &, ut ipse vere scribis, multorum hoc sit opus amotorum; spero tamen, imd confido te maximam jam ejus partem exanuisse, & in recolligendis, & ordinandis iis, qua jam constituitis, Tabulisque inde condendis magis hoc tempore, quam in confirmandis amplius inventus tuis versari. Quia in re, cum discipulorum tuorum operâ, magna in parte juxvari possit, iterum, atque*

atque iterum te rogatum volo, ne nos nimium diu suspensos habeas. Vitam tibi ex 1590.
 anno ad Nestoreos usque annos exope; nos si tamen quam fallaces sint spes nostra,
 & quam immatura plerunque divinis praesertim ingenii mors obigerit. Falle ita-
 que mortu, & vel non mature partu hunc ingenii tui factum orbi terrarum ede. Si
 fala longiore tibi, quam avide optamus. & speramus, vitam concederunt, poteris
 & edita recudere, & iudicio tandem tuo quoque (nostrae enim, qui in prima edi-
 tione satisfactorius sis, nihil dubito) satisfacere. Liberabio interimi nos perpetuo
 metu, ne, dum nimium cunctari, soto opere frustrenur. Ego certe tantum de te,
 quisque his Hypothesibus spem concept, ut vel a te, vel a nemine solidam Astrono-
 mica artu exedificationem exspectandam esse, pro certo affirmare audeam. Qui
 enim praeceps divinam ingenii vim tot, tantisque rebus huc necessariis instrutius sit,
 tot, tantisque sumptus, labores, & annos consuleris, non est in Europa (cum Euro-
 peo dico, totum orbem dico) qui tibi comparari queat, quisquam. Abest heinc, ita nre
 Deum amer, omnius adulatio, & qua & dignitau, quam gero, & gravitas, quam cum
 quibus tueri labore, me apud notos, atque ignotos, inignoti praesertim de facie, ho-
 quinis Lunde, satis, superque viudicabunt. Cætera prætero, ac illa speciatim,
 que summi Viri peritiam in Mathematicis declarant; ut excogitatum
 Compendium Trigonometrici calculi per Tabulas Sinuum sola addi-
 tione, & subtractione administrandi; & excogitata Quadrantis per
 interductos arcus divisio Nonnianâ longè perfectior, cujus descriptio-
 nem superioribus literis Tycho in Mechanicis subjunxit.

Mense Julio, ac die xxij. observavit Tycho Solarem Eclipsem digi-
 torum quinque, hora septima, minut. 54. Et quia Mæstlinus eandem
 observavit Tubinga, ideò utriusque observationem Kepplerus in suis
 ad Vitellionem Paralipomenis satis copiose retulit, comparavit, ex-
 pendit. Cum duæ verò insuper Eclipses Lunares hocce anno conti-
 gerint, observavit quidem Tycho posteriorem, qua die xxx. De-
 cembri, hora 6. minut. 55. exhibita fuit; verum observare priorem
 non potuit, quæ Solarem antecessu die Julii viij. quamque tamen idem
 Mæstlinus eâ observavit circumstantiâ, quam commemorare sit
 operæ-premium. Apparere scilicet anbo supra Horizontem Luminaria-
 ria, paciente licet Luna defectum propter interpositam Terram.
 Sed verba ejus referre præstat. Nos heic Tubinga, inquit, Solis centro su-
 pra Horizontem emergente, vidimus Lunam ab Austrâ aliquot dignis jam deficien-
 tem, duobus penè gradibus elevatam; & contra, Luna centro sub occasum defec-
 dentem notavimus Solis supra ortum duorum graduum altitudinem. Occidit autem



1590. *Luna potius, quam ad maximam observationem de venerat.* Quæ sanè obser-
vatio arguit Refractiones esse aliquando, & alicubi, quām Tycho de-
finiti majores; quandò bipartiendo illam duorum graduum altitudi-
nem, fuit Refractio utrimque unius, ut minimum, gradus; verū ritè
excusat Kepplerus, aërem requiri à Tychone admodum purum, ac se-
renum, quando Refractionum periculum facit. An addam verò heic
aliam alterius quidem generis, sed dignam tamen notatu Eclipsin,
quam idem Mæstlinus die Octobris iij. observavit, cùm manè hora 5.
Martem totum à Venere occultatum animadvertisit? Hac certè occa-
sione admonere debeo mendum subesse illis nostris in x. Lærtii Li-
brum Animadversionibus, cum pagina 903. ubi hæc Eclipsis resertur,
adscriptus est annus M. DC. pro M. D. xc. uti & mox antè circa Eclip-
sin Jovis à Marte die IX. Januarii, Mæstlinus, & Kepplerus visam, ad-
scriptus est annus M. D. C. I. pro M. D. XC. Sed hæc prætereunda;
cùm & prætereramus, quæ plurima Tycho observavit, ac potissimum
circa Cycnum, in cuius Stellis restituendis hoc maximè anno incubuit;
& cum mensibus quidem aliis, tum Augusto, ac ejus die xj. præ cœ-
ris; quo quæ facta observatio est, *Solemnis* Kepplerus vocatur.

Paucis post diebus accessit Huennain ex inopinato Rothmannus;
quippe qui ægrè ex gravibus, diuturnisque morbis convalescens, sibi
animo defixisset, fore, ut pristinam sanitatem ex peregrinatione, aë-
risque mutatione recuperaret. Sentiebat secus Princeps; sed volenti
tamen tantò facilis annuit, quantò ille se invisitum Tychonem re-
cepit. Quia porro lætitia affectus ex ejus adventu Tycho fuerit, ex
iis, quæ deducta jam sunt, non est conjici operosum. Attulit, reddit-
que illi Rothmannus binas literas, alteras quidem à Principe, alteras
verò à scipio: scilicet, ut se rescripisse ad superiores Tychonis literas
fidem faceret, eas ad manum habuit, quas non miserat, sed scriperat
tamen à mense Aprili. Literæ Principis eò faciebant, Tum ut excu-
saretur responsionis mora, quod Rothmannus malè habuisset, quod-
que ipse ob ætatem ingraeventem, curasque graveis, non jam per-
inde alacriter, ac eà animi perspicaciâ, qua prius, hisce studiis incum-
beret; tametsi non desineret, vel claudicando insequi, ut pedo suo
innixa anus: Tum ut Rothmannum commendaret, cui peculiare ca-
put habenti, propriumque quotannis pileum comparanti assensisset;
ægrè latus, li quidpiam adversi illi accideret; quod juvenis & inge-
niolus,

niosus, & insigniter eruditus foret: Tum, ut rogaret, quâ se Rex junior, statisque Regni, ac res quoque Tychonis propriâ fere haberent. Rothmanni autem literæ in eo erant, ut priore parte describerentur incommoda, quæ passus per hiemem fuerat ex podagra, & calculo, adhibitis frustâ Galenicis remediosis (unde & sub finem Vitrioli, Tartari, quo oleum à Tychone expetiit) posteriore, ut responderetur ad ea argumenta, quæ fuerant adversus motum trïplicem Terræ attributum à Tychone objecta. Nam ad Primum quidem de Globo cadente; respondit Copernicum, moveri cadentia composito motu, ex recto putâ, quo petunt Terram; & circulari, quo interim una cum Terra, ob eandem cum illa naturam, propensionemque circumducuntur. Neque verò esse hanc motus velocitatem habentem absurdam; nisi ea, quæ Cœlo tribuitur, incomparabiliter absurdior habeatur; ac præstitione abripiens nitentia inobilia in oppositum; ut proinde, cùm totum hoc motu illo Terræ simplici salvetur; videatur omnino natura, quæ semper quantocumque potest compendio uititur, illum usurpare. Ad Secundum de Vastitate inter Saturnum, & Affixas; minime pugnare illam cum sapientia, potentia, atque voluntate divina; immo decere maximè significantiam Opificis; cùm & Rex, quod major, eò amplius palatum decere potet suam majestatem. Ad Tertium de Axis reflexione; posse optimè illam coherere cum per gente suam viam centro, quod respectu illius sit quasi immotum. Quin-etiam nullam proprietate esse reflexionem, sed constantiam, quod axis in sui ipsis Parallelismo versus easdem Mundi, Äquatorisve polorum regiones; dum interea centrum per Eclipticam pergit, maneat. Adjunctæ erant his litteris, qualescumque ille potuerat per inveniendum circa Cometam superum peragere, observationes.

Rothmannus porro cum Tychone reliquo Augusto, ac toto Septembri moratus, Organa ejus omnia dispexit, observandique rationem pervidit: & quæ apud Land-gravium essent, quæque apparen-
tur (globusque imprimis orichalcicus quaternū pedum diametro) exposuit. Ac recepit quidem tum nonnulla se ante suum discessum prescripturum ad Principem, tum exploratis, descriptisque accurateius omnibus, plura à reditu commemoraturum: at insinuavit tacitè non ausurum se omnia, quæ in Machinis pervidisset, ad eum referre: neq; enim illum habiturum fidem, ac rei exaggerati in gratiam ipsius
Tych-

1390. Tychonis existimaturum, si luculenter, & ut erat, Instrumentorum multitudinem, magnitudinem, structuram, ornatum, unā cùm tractandi, utendive facilitate exponeret; quòd res omnem fidem superaret, neque machinæ Principis conferri cum ipsis ullatenus possent; Mirè adhortatus illum Tycho est, ut maturè perficeret suscepitam illam descriptionem, demonstrationemque Stellarum, quòd & institutâ collatio inter Cassellanas, Uraniburgicasque observationes, & cadas illius quinque minutorum discriminis intelligi posset; ipseque sese id quam-primum præstitorum pollicitus est. Cum præterea autem plurimis de rebus colloquuti invicem fuerint, tuin potissimum de Hypothesi, quam Rothmannus admiratus fuerit, satendo ea, quæ occasione Acronychi Martis Tycho edisseruit, venire in mentem sibi non potuisse; alioquin enim judicium suum non fuisse præcipitatum: scilicet quasi agnoscendo deduci exinde inæ qualitatem, quæ congruè salvare per Hypothesin Copernicanam minimè posset. Itemque de ipsa speciatim opinione Copernici, cuius disputatae quis successus fuerint, en ipsius Tychonis verba; Cum per aliquot septimanias mecum ille beatus moraretur, subinde hac de re ore tenuis cum eo egi, ipsiusque argumenta in peciem satis plausibilia infregi, hominemque alias in suo proposito admodum perseverantem tandem ed adgei, ut habesaret primum non-nihil; postea timidius, minusquam certò ista assereret; deniū etiam priores conceptiones omnino aversari videbatur; adeò ut se nihil hac de re habens in publicum edidisse, nec in posterum id facturum; sed sicutem disputandi gratia hac mihi proposuisse asseveraret. Ille-ne id serio, an, ne rem non gratam faceret Tychoni, id asseverarit, non constat: utecumque autem sit, attingere juvat, quæ Tycho adversus exceptiones superiori epistola à Rothmanno allatas regerenda censuit, quibusque, cùm poltnodum epistolas ederet, nihil fuisse à Rothmanno responsum, quòd illa interea non vidisset, dixit.

Institutum ergo circa illud, ad evertendum motum Diurnum, de globo cadente argumeatum, Scientiam motus naturalis non inesse partibus à sua radice, suove toto separatis, ut in metallis, lapidibus, lignis, aliisque rebus resciisis constat; ac tantò minus globo, alive corpori terreno à terra avulso, cursimque abducto; quoniam alio motu interea distrahitur, & ne dici quidem potest, aut aërem, rem adeò tenuem, motum Terræ consequi, aut per trahere secum cadens corpus. Id confirmari ex eo, quod Bombardicus globus in ortum, occasumque vi

pati

pari extrusus, tantumdem spatii suprà Terræ superficiem conficiat; 1590.
 cùm, si Terra interè ferretur in ortum, non tantumdem promove-
 retur, qui in ortum *explosus* foret, ut præveniente suo motu Terra;
 longè autem amplius, qui in occasum, ut Terra interè refugiente.
 Confirmari rursus à pari ex telo, quod è navi sursum emissum, do-
 gæc navis progreditur, non in eandem, eundémne locum, è quo
 emissus fuit, recidit; sed longè retrò, ac tantò magis, quantò navis
 fuerit promota velocius. Tamen tñ Primus motus sit incredibili-
 ter in Cælo, quam in Terra foret, celerior; hac tamen in re elucere
 imperscrutabilem sapientiam, & potestatein Opificis incomprehensi-
 bilis Dei, qui corporibus cælestibus tam vastis celeriorē omni co-
 gitatione motum, ipsiusque simili ut uniformem, sic divisum, ac du-
 phormi attribuere, & voluit, & potuit. Neque absconum esse inferio-
 ra, dum innotis proprios obgunt in ortum, sequi interè celerrimam
 Supremi in occasum motionem, ob quandam analogiam, concomitan-
 tiāque motus divinitus inditam, & quasi congenitam à natura;
 simileque esse, ut dum aves, aut pisces suis nitentes motibus ab aëre,
 aqua in adversum feruntur. Ad Annuum motum quod attinet,
 conuere illum cum diurno ait; uti, & cum ipso Tertiū, seu axis,
 quasi nutationem. Hoc solùm circa Annūnum habet; cùm Deus nihil
 frustraneum, nihil non certa harmonia faciat; non decere, ut tantam
 illam à Saturno ad Fixas vastitatem fecerit, quæ ultra septuagies cen-
 tena semidiametrorum Terræ millia obtinens, sit inanis tamen, &
 nullus Terricolarum respectu usus; cùm & prodat Sellas tantæ esse
 molis, ut non Sole modò, sed toto etiagn orbe Solis majores magna ex
 parte sint: adeò proinde, ut nihil esse magis ageometricum, asymme-
 trumque valcat; nihil à divina sapientia, providegitiaque magis alienum.
 Et quid fuisse quideam Rothmannus ad hæc omnia repositurus,
 nihil est necesse conjicere; videri nihilominus inter cætera mirum po-
 test, Tychonejm, virum ad observandum, experiundiisque adeò na-
 tum, non àndipissim in antiquum experiri, id ne verum esset, quod alio-
 rum imitatione de telo è navi progrediente sursum emissu objiceret;
 cùm, si explorasset, falsum compumperisset, ac pervidisset id argumentum
 motui Terræ potius favere; & petitâ causâ ex navitam jaculatori, quæ
 arcui quæm telo motum imprimente, stemere etiam viam responsioni
 ad objecta illa de globo in ortum, occasumque exploso, aliaq; id genus
 con-

1590. consimilia. Tametsi istud heic obiter. Deslitusset porrò Tycho diutius Rothmannum admodum lubens, at discedere ante hiemem, & Berneburgo patriâ suâ transire volenti author fuit, ne Octobri instanti diutiis differret, quod ex eo usque tempore navigatio per Balticum mare magis, magisque importuna continenter evaderet. Asserebat ille se melius ex peregrinatione habere: at nondum tamen erat illi valetudo integræ, pallore faciei id subindicante; accepit autem à Tychone remedia quædam Spagyrica, quibus adversus nephritidem, arthritidemque uteretur; ipso Tychone pollicito plura se, seu coram, seu per literas admonitum, impetravit. Dimisit ergò illum Tycho, literasque ad Land-gravium ipsis Octobris Kalendis dedit, quibus testatus est, quām gratus Rothmannus accessus existisset, quāmque sibi pro votis fuisset, agnoscere Principem, tametsi obrepente seno, ac urgente curarum mole, diverti nihilominus ad studia Mathematica, quantum, quotiesque licitum foret. Ac mirum quidem jam non esse, si non ea alacritate, perspicacitatēque id exsequeretur, qua prius; at consultum optimè fore, li quod ipse per se non posset, id per idoneos artifices sua autoritate, & liberalitate sustentatos præstaret. Adjectit habere se omnia in Danie Regno pacificè; ac Regem electum versari per id tempus in Cumbria, ubi erant mox Comitia finienda. Se quod attineret, vacare pro more Philosophicis studiis, quantum per alias occupationes, & avocainenta liceret. Librum suum primū jam ferè subiisse extremam manum Typographi; sed remoram tamen ex papyri impressoriæ defectu injectam; quoniam tametsi moletrinam conficiendæ papyro exstruxisset, chartopæo tamen, quem brevi è Germania exspectabat, destitueretur. Denique, quod illi reddita non fuissent, idque attestante Rothmanno, quæ vere ineunte de Cometa transmiserat; se jam iteratō ad eum mittere, iterū descripta. Quandoquidem porrò ad Land-gravium Rothmannus reversus non est, neque literas ad eum misit; ideò non est mirum, si mense Februario in sequentis anni scribens ad Tychonem Land-gravius, rogaverit illum, ut quas simili dabat ad Rothmannum literas, curaret ad illum perfiri; ac Tycho deinceps rescribens, nesciusque ubi ille foret, aut quidnam ipsi contigisset, eas literas remiserit.
1591. Accepit interea Tycho literas à Joanne Antonio Magino celebri Mathesco apud Bononiensem Professore literas superiore Septembribus datas,

daras, unde cum Ioannis Wernerii de motu octavæ Sphæræ Libro, cuius 1595. exemplum totâ Germaniâ frustrâ conquisitum Tycho expetierat. Adjecit verò etiam exemplum editarum recens à se Theoricanum, quas Copernici observatis congruas, sed ad Hypothesin de Terra quiescente traductas, interpretaturus erat, commentariisque illustratus, quibusque Hypothesēis Tychonis interferere, declarareque expetebat. Dedit verò ista Maginus interventu cujuspiam Dani, qui ex Tychonis studiosis fuerat, quique Tychonis nomine obtulerat Libri de Cometa exemplum. Heinc & ob id pignus ultrò ad se transmissum, egit Maginus cumulatas gratias, &c., *Cum incredibilem, inquit, in illo diligentiam tuam, & accuratam observandi viam perspexerim, mihi persuaderes fore, ut celestium corporum motus emendare exactissime posisi, fructu quo dpera illius, maximo omnium studio, atque expectationi cumulatissime satisfacias; unde nomini tuo sempiternum decus adjungatur.* Testatus est etiam se magna Libri Progymnasmatum primi exspectatione teneri; observationum item, & speculationum, quas probare, & sequi minimè erat besceret, uti & probabat Hypothēm; nisi quod noluisset orbeis Solis, ac Martis se intersecare; cum admittendum tamen id foret, Studioso illo significante, observatum Martem propriorem fieri Terris, quam Solem. Petuit interea ad illustrandum, quas Ephemeridas ad prælum revocaturus brevi erat, tum compendiosam Affixarum emendarum descriptionem; tum notitiam quampiam Eccentricitatū, commenſionumque Planetariorum orbium, ipsiusque præsertim Martis, inobservabilis habitu, cujusque Eccentricitatem immitari, periodumque suum habere ipse opinaretur.

Memorato Februario, ac die xxij. Lunâ plenâ, periculum fecit difficultatis observandi, determinandique Lunæ Diametrum, quatenus attendentibus quinque, aut sex observatoribus, & Diametro vices bis observata, ejus determinatio à 31. in 36. minuta excurrit. Siquidem observata bis fuit minutorum 31. sexies 32. septies 33. sexies 34. semel 36. Cujus quidem diversitatis causam ipsi alibi edisserimus, ipsi scilicet eam quoque experti; sed interniſcenda heic nostra non sunt. Nihil recensio de cæteris hoc anno ab eo observatis; nisi quod Martem Acrönichum sub diem Junij ix. ita observavit, ut eo circa Solis Perigeion versante, facta ansa fuerit rata habenda Hypotheseos de intersecante Solarem orbe Martio; quodque subsequutam Eclipsin

1591. Solarem mensis Julii non majorem duobus cum semiisse digitis, retulit ad decimæ diei horam 10. ac min. 3. Adnoto autem ne hoc quidem anno fuisse primum Librum prorsus absolutum. Quippe ad Land-gravium reſcribens initio Aprilis per eundem tabellarium, qui die Februario 111. ab eo destinatus, non ante diem Martii xxij. Uraniburgum acceſſerat, ſuperēſſe aliquot adhuc ex quinto Alphabeto inchoato quaterniones ſignificavit; ac ſe adhuc moliri inſerendam deſcriptionem Canonicam octingentiarum circiter fixarum. Sic mense Septembri, chartopœum licet jam nauctus, non tamen ſpem fecit, ut liber ante brumam absolveretur; qui neque tunc quidem, neque longe post, ſic fuit absolute, ut poſſet ad Land-gravium variè interpellantem tranſmitti.

Per hæc tempora Rex Electus annos jam natus xiv. inviſere Huennam voluit; quare & eò accessit cum tribus ex quatuor antè memoratis primariis Senatoribus, ac aliis præterea proceribus aulicisque variis. Curiosè porrò ſpectavit Rex, tum ædificia, tum organa, ſciſtitutusque eft Tychonem non pauca. Quia verò Tycho ſubnotarit demorari præſertim Regem globum orichalcicum inauratum, quā rotulis intus aptatis motum diurnum imitaretur, idque Sole, & Luna interea ſuos motus obeuntibus, ac Luna quidem circuitu menstruo varietatem phaseon exhibente, Sole raptu diurno judicante horas; ea propter ipſi eum obtulit, ac impensè, ut in Cimeliarium transferri juberet, rogarit. Acceptum itaque Rex habuit, ſtudioſeque deinceps feravit; donavit autem vicissim Tychonem torque aureo, qualem geſtabat tunc temporis; per eleganti ſcilicet artificio elabogatum, ac ipſius Regis effigie inſignem. Is eft brevior ille, & superior in Tychonis effigie, quam pars Astronomiæ Mechanica præſertim in ipſam fronte.

Quia porrò Land-gravius illis literis sub Februario initium datis Tychonem rogarat, ut aliquas obſervationes, & Stellarum præſertim Fixarum ad ſe mitteret; ac inſtituerat, ut de ſtatu Regni, déque ſuo privato quidpiam ſcriberet; idcirco Aprilis initio reſcribens, precatus eft Land-gravium, ne ægrè ferret, niſi quidquam ex obſervationibus mitteret; non eſſe rem tutam, propter tot viarum, quæ terrâ, quæ mari anfractus, ac parum ſinceram fidem hominum, in quos poſſent incidere. Fore, ut qualifcumque mora non ſine ſcenore penſaretur, quodd inſcrere in ſecundum Libri primi caput Stellarum

cir-

circiter octingentarum descriptionem statuisse. Ad Regni statum 1591. quod attineret, significavit magnam spem de electi junioris Regis indeole, & educatione non immerito concipi. Habere se pacificè omnia in illo quasi interregno, statuque Aristocratico; quippe quatuor senioribus è Regni Consiliariis, optimoque imprimis Caasio, Rempublican administrantibus, ac si quid incidenter atdiuum, solitoque gravius deferentibus ad Regni comitia, quæ quæstannis circa festivum Solstitium soleant celebrari: idque quousque Rex ad statem matuorem pervenerit: cum & illi interea observantia summa habeatur. Ad se, suaque quod spectaret, degere se semper sua in Insula privatum publicisque rebus immunem, quibus & nunquam feso libens, ac nisi quasiam necessitate cogente, immiscuerit. Sinere se aliis ambitionem hanç, lætarique esse tam implitos, per quos oneribus his verius, quam honoribus sublevetur, ac possit interea Philosophia studiis, rebusque celestibus potius, quam terrenis incumbere. Quamquam ne sic quidem esse beato licet, ut non variis, tumultuosisque impedimentis distrahatur, seu suo fato, seu quoq[ue]undam pravis consiliis id accidat; se tamen Numinis favore, animi magnitudine, integritateque, & veri, justique observantia fretum, felicem rerum exitum, quacumque id fiat ratione, sperare. Id porrò, & quia subjicit,

Omne solum fortis patria, & calum undique supra est,
insinuat, quod postea dicetur, suis jam tum quoddam, qui cœperint primū in aula de ejus studiis detrahere, ac deinde obrogatam in ea pensionem ex telonio, submurmura e; quo factum proinde, ut jam tum de transferenda aliò Urania sede cogitari.

Rogārat quoque Tychoneni Land-gravius, ut quia inaudierat in Norvegia Animal esse nomine Rix, cervo procerius, sed præteniibus cornibus, cuius descriptio apud nullum historiæ animalium authorem exstaret, & cujusmodi tamen aliquot cum Hafnia, tum Friderisburgi à Dania Rege alerentur; ideo depingi illud curaret; ejusque iconem, ac simul historiam ad se mitteret. Rescripsit autem Tycho ejusmodi nullum, neque Hafnia, neque Friderisburgi reperiri animal; suis autem solum Hafnia animal Norvegicum Rangiferum vocatum, quodestate superiorē p[ro]ximā regionis aliquantō australioris calore expirasse; ac erratum forte circa nomen suis, uti & circa proceritatem, circaque corporum ut longitudinem, ita & variam intimationem.



1591. Mittere se illius iconem , non tam ex Gesnero desumptam (ut cunque apud illum non male se habeat) quam ex indicatione cuiusdam studiosi , qui Bergis in Norvegia natus , ejusmodi feras saepius viderit , ac retulerit etiam de earum indole aliqua, una cum icone transmissa. Inquisitur uberior se , ac facturum satis , si licuerit amplius. Habeat se juniorum Alcem , quam si exoptet , sit transmissurus. Quia vero Land-gravius mense Maio rescribens , significavit habuisse se quidem Rangiferos cervos ex Suecia , gemina vice , ad usque centum , qui tamen cum per hiemem & se bene habuissent , & vehiculum etiam in glacie suo more traxissent , redeunte tamen deinde calore , omnes ad unum interiissent : Alceis autem quod spectaret , ales se unam , quae superata hieme adhuc bene haberet , cursataret , saltaret , & ad se intra hortum ferarum Zapfemburgensem vectum essedo accurreret , & se ut canis aliquis observaret ; ac licet scripsisset in Sociam , ut plureis haberet ; facturum tamen Typhonem rem gratam , sianam , alteram - ve , & quae forent potissimum cicures ad se mittent ; ipsum se & sumptus , & viaticum repensurum. Quia id , inquam , Land-gravius scriptis , & non exspectato responso , misit die Augusti ultima tabellarium , literis aliis oblatam prius a Tycho Alcem acceptans , quam foret , praeter animam gratum Equo Zapfemburgensi remuneraturus : idcirco Tycho literis ad ipsum geminis respondit , alteris quidem sub initium , alteris sub finem Septembri.

Et prioribus quidem scriptis se cum requisitorum Alceis alias , tum missurum fuisse , quam in Scania villa alebat , nisi dum eam vellet deportari in Insulam , periisset Landskrona , quod oppidum Huennae regione est , cum illeic in arce relicta , oblectationis gratia , apud Virum Nobilem neptis sua conjugem fuisse. Accidisse enim aliquando , ut cum in mensa federetur , eas ponte gradus concenderit , quos deinde , ubi largiore cerviliz potu fuit ingurgitata , excendere salva non potuerit , sed cadens pedem fregerit , eoque , nullo remedio sanari aiente , obierit. Posterioribus autem , cum neque suam Alcem , utpote demortuam , neque ullam aliam frustram requisitam posset mittere , scripsisse diligenter se cum ad Axillum Guldensternum Norvegia Proregem , suumque consanguineum , tum ad virum alium nobilem , suumq; affinem , ut uterq; par Alcium opportunitate prima mitterent ; & cum bonam soveret spem , ut ab utroque , aut altero saltem , obtine-

ret

ret alias spem quoq; illi facere, ut nisi ante hiemem, saltem vere instantे ad eum mitterentur. Prætero autem, quod occasione Orygis à Gesnero memorati, de viris quibusdam Norvegis subjunxit, esse icilicet, qui per altas, & nive cooperatas rupeis levigatis asperibus ad pedum plantas subligatis, ea velocitate currant, ut etiam cervos assequantur. Prætero item, quod cùm Princeps literis utrisque ineminiſſe Rothmannum ad ſe, invitatum licet, nondum acceſſuſe, morbos prætenden-tem, de quibus non conſtarēt, fuſſe Tychoneum id demiratum, & ſpectato præfertim anni ab ejus ex Huenna diſceſſu intervallo, quo toto ſi morbus ſeviſſet, inſigne remedium Paracelſicum, de quo ipſi conſtarēt, babere potuiſſet. Futurum fortassis, ut maiore quapiam libera-litate allici, ad fuſceptum opus de Stellis reſtituendis perficiendum poſſet: quamquam & Princeps verè ad ſe ſcripferat, eſſe illi quod-dam peculiare caput, cui proprium quotannis compararet pileum.

Remiſſurus Porrò Tabellarium Tycho, ac ſuſpicatus Rothman-nū ne iuiliſſe quidem ad Land-gravium, quam ſtudiosè factam Inſtrumentorum ſuorum deſcriptionem detulerat; idcirco eorum deſignatione in à Germano quodam Amanuensi conſcribi curavit, eamq; unā cum deſcriptione, iconibusque Uraniburgi, Stellæ-burgi, totiusque Inſule tabellario perferendum dedit. De ea porrò heic nihil jam dico; quondam res ſatis intelligi ex ſuperiùs deduciſſis poſteſt: ſubjicio poiuſ, quod prætermiſſum in Uraniburgi deſcriptione fuit, quodque à Longomontano refertur, dum poiuſquā niemoravit Jacobum Christi-mannum reformare quidpiam in Tychonica tam Solis, quam Lunæ Theoria voluiffe; adjectique, quod ad Solem attineret, peperciffe illi Tychonem, quod indignum eum reputaret, in quo refutando quid-piam otii perderet, tuni ſubjicit: *Pro ſe autem Luna olim Hieroglyphico Vraniburgi ad partem depicto loquaſta eſt, cum noctu plena orbem ſuum liberè percurrent, ad canis latratum contemptum, ſed appofitè admodum reſpondevit, NIL MOROR NUGAS.* Addo verò, quod Cryptica Stellæ-burgi apparatus deſcriptio, appoſitum fuit. Habuerat Tycho fuſilem ex orichalco Mercurii ſtatuaſ paulò majorem cubito, ac ejus elegan-tia, ut antiquæ apud Romanos induſtriae genium redoleret. Imposu-erat illam exteriū rotundo Hypocausti ſaltigio, ac ita quidein inſiſten-tem ſuſpoſito automato, ut ipſo agente, in gyrum, motu velut ſponta-neo cieteretur. Cùm anno autem ſupetiore Henricus Julius Brunsvi-censis

1591. censis Dac; qui alteram Regis sororem nomine Elissam in uxorem duxerat; Tychonem invisiſſet; ac illi statua hujusmodi arrisiſſet sum. moperet; Tycho illam quidem petenti concesſit, sed ea tamen conditione, ut ejus modulū obtineret, quo elaborari similem curaret per idoneum artificem. Quoniam verò Dux promiſſis non stetit; ac neſemel quidem, itēmque interpellatus per literas; ea propter Tycho p̄t̄ermiſſum noluit, sed quaſi ſuā indignationis monumen- tum inferi in eām deſcriptionem juſſit. Hęc inter, Jacobus Floren- tius Artifex Globorum cœleſtium, terrefrictuumque Amſterdami ex- imius, ſparſo rumore de correctis à Tychone Fixarum locis, deſti- navit in Daniā filium, ac Tychonem precatus eſt, ut patet eſt ab eo exſcribi reſtitutarum omniū Affixarum Catalogum, quas novis Globis inſcriberet, polliciſtū nōmen iſipſi illis quoque inſcriptū iri; ac forte, ut deinceps cœleſtes Globi Tychonici, Braheanique ip- pellarentur. Et gratum quidem id habuit Tycho; verū, quia licet penè abſolutus octingentarū calculus foret, nondum tamen com- miſſi prælo occuperat, ipſe que ni typis expreſſum nemini illud credere in anitum induxerat (nēmpe, ut plūtū commenſa- dum, ſibi privatim nēmo arrogaret) itēcēd hōn dedit quidem ex- ſcribendum, ſed ſpem tamen fecit transmittendū exempliſtatim, ac foret editus; tametsi author fuit, ne Pater quidquam precipitaret, quousque aliarū prætereā ducentarū calculus mox fuſcipiendum abſolvifſet; ne aut illæ globis deſeffent, aut perperām, ceteras inter bene adnotatas, collocaſentur. Permiſit verb, ut magnum Globum intrā Mulaſtar inſpectaret, iſique eō Stellas conſideraret, quæ par- tim inſculptæ jam erant, partim in dies inſculpebantur, prout germa- nus cujusque locus erat calcuло deſignatus. Sic verò etiam, cum jam antē ad Maginum reſcriberet, nihil aliud, quām ſpem fecerat pari exempli transmittendi; tametsi aliunde non paucā, neque breviter declaraverat, quæ mirificè Maginum recrearunt. Is certè idēcēd fuit exſtimulatus, ut anni inſequentiſ M. D. xcii. Februario inueniē Librum editurus, cui titulum fecit Tetragōnicam Tabulam (própter expeditam rationem Quadratæ radicis numeri cujusque, etiam magni adinveniēdæ) iſipsum illi dicaverit: quanguam Tycho ejus exemplum ad ſe deſtinatum minimè accepit; ac aliud ſolū, non antē ſexen- tum, caſu reperturn habuit.
- 1592.

Non

Non sunt verò heic ex Nuncupatoria Magini Epistola quæpiam te- 1592.
ticenda. Nam, ut prætereani, quæ ille habet de Sextante à se Ty-
chonici instar confecto, deque eisdem eo compertis, quas Tycho
indicaverat, aliquot Fixarum distantiis; quæ item de Quadrante ex
ligno, metalloque decempedali, ac ideo non solùm minuta, sed ali-
quot etiam minuti parteis continentem, quem Paulus Bonfilius Bono-
mensis Patricius curasset fabrefieri (destinato etiam Sextante paris ra-
dii) ut hisce Instrumentis in summa turri collocatis Observationes
peragerentur, quæ esse Tychoni possent usi; en quid in Tychonis
commendationem fuerit insertum. Qualecumque, inquit, hoc sit opus,
Tibi gloriosissimi nominis viro, ac nostræ atatis Astronomo eminentissimo, grati-
as, & observantia erga te singulariæ causâ dicare volui; idque maximis de can-
sis. Primum enim tu ipse es, cui maximè debeo, quod amicitie tua fores tam
amanter, ac humaniter mihi aperivisti, atque mihi plus honoris tribuisti, quæm
eruditio (si quis est) tenuis pœna, ac perexigua postulabat; cum milii tuum secundum
Librum de recentioribus Mundi Phenomenis per Danum quemdam studiosum mi-
ssi; simulque per eundem quid de illis sentire, quæsivisti: (videtur hic fuisse
ante nominatus Gellius Saferides, qui per id tempus Magino ad-
fuit, & alia inter, observationem circa Martem cum eo peregit) nec-
nuptiam, quod mea Epistole humanissimè respondisti; multa mecum de rebus
Astronomicis differendo. Deinde, tu unus es, cui hanc mean Terragonicam tabu-
lam acceptam fore maximè confido, propterea quod ipsa uti felicissimè poteris ad
eliciendos inegalitatum motuum Planetarum angulos, & promptiori quidem
compendio, quam per Tangentium, & Secantium Tabulas. Tandem, quia tu ille
es prestantissimus Astronomus instrutor, cui plurimum debet nostra etas, &
debetur posteri omnes; quandoquidem non ego solum, sed omnes fore sacer & men-
sibus viti de tuis Astronomicis fundamentis spem eam conceperunt, ut à te solo
Astronomia restitutionem avidè expectentis. Etenim tu tales miro artificio, ac
invento cœlestium Sphærarum confinxisti Hypotyposis, quæcū probè sufficere posse
ad tuenda Phenomena, & apparentias cœlestis animadversas, ac ad definienda
cœlestium luminum loca, ad quævis tempora, non ambigendum est. Horror itaque
se, obtestorque, exiguo hoc minuscule tibi oblato, ut quoad feliciter exorsus es,
& multo jam tempore in hoc doctrina genere moliris, tandem absolvitur. Namque
nullum alium rectius, & felicius id prestare posse, quam te, qui ingenio es ac-
rimo natus, ad Astronomie collapse illustrationem, recte, ac sincerè judicis, idque
operant omnes. Etenim, si tuum laboriosissimum, ac prestantissimum Theatrum
absolu-



2592. *absolutum nobis quamprimum communicabū, iū profectō, qui oīum motuum correctionem tentabant, & qui nūc perentant, omnēm eripies gloriam, atque in posterū tentaturis omnēm præripies occasionem, & misteriam. Scio quidem post tuorum laborum editionem meā Scripta correctionem desideratura; sed tantum abest, ut hac me perturbent, ut potius desiderem quam-primum tuas speculations publici juris fieri: Nam confessim Ephemerides meas corrīgam, quarum secunda editio avide exspectatur, vel, si opus erit, de novo alias pertexam.*

Subiuncta huic Epistolæ leguntur varia in Tycho Brahe's commendationem carinina, maximèque Andreæ Chiocci, qui tam Latina, quam Graeca conscripsit. Et Latinorum quidem hujusmodi initium est.

*Dum rapidos Calorum orbēs, errantiaque Astra,
Sidereo capta circumveclatis amore,
Et variis Solis cursus Lunaque Labores,
Ac Iovis excelsi solium, Papibiaque recenses
Regna Dea; tum quā Cyllenius ignis in orbēs
Permett aduersos, & cetera lumina jungat
Usque sibi, socioque lubens fulgore nitescat;
Utque per aethereos errere minuta recessus
Frigida Saturni, atque borantis sidera Morris,
Non tam mente sagax flaminantis manū Mundi
Lustrare, eximimisque tuis, Brahe magne, videris
Calestii rationis opus contextere chartis,
Corpore quā simili iuuensum per Inane supernas
Appetuisse domos, quas multo deinde labore
Bimatus, præclara tua de pectore pandis
Dogmata, quies sc̄a assurgant atate Nopotes, &c.*

Græcorum verò hujusmodi

*Εδωλας πρὸς τρίατον, η διδηλας εἰκλεων
Μόργανος ἐ Βούσα, διώνεων λυμέλεων.
Πλάνη μὴ Λέραιον ποιεῖ παντούθια τέττα.
Οὐδίς δὲ φανατερος πάντα διδηλος ὄμοις, &c.*

Quorum hæc esse interpretatio potest.

*Sextas Calorum leges, variisque meatus
Perspicuum Brahe, singula ritè docet.
Ex his, multa quidem Priscis tractata quibusdam;
Tantè clara ut nemo pandere suncta potis, &c.*

Carmina

1592.

Carmina hæc me admonet, ne ea heic præteream, quæ habere Tycho à Mauritio Land-gravii filio expetuit. Nempe, cùm xx. die ejusdem mensis Februarij literas ad Land-gravium daret, dedit quoque ad Mauritium, ut, quia nōrat illum non modò linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ eximiè peritum, sed aliarum quoque liberalium artium, Poëseosque imprimis studiosum, rogaret ipsum, ut Carmen quoddam in Opera sua Astronomica luderet, quod mox edendis unà cum eo, quod à Rego Scotiæ exspectabat (quodque fuit jam antè recitatum) præfigeretur. Misit proinde suuul tria quaternionis primi exempla, petitiisque, ut ille sua manu carmen scribebat in secunda Pagina, ea nempe, in cuius antecedente Rex foret suum conscripturus. Prolusit porrò & ipse Tycho, isthæc subjiciens literis,

Inlyte Maurui, sublimibus annue captis,

Si vacat, atque aliò non tua cura vocat.

Nec pigeat nostros venâ illustrare labôris

Mellifluâ, tibi quam fautor Apollo dedit.

Non indigna, tuo nec ages aliena Parente,

Qui jura egregiè callet, amatque poli.

Nec tibi dedecorum, quâ Principis entheo, soli

Haud obstricta solo, mens agat, alta volet.

Adde quòd, undâ novem Musas, quas diligis, inter

Vranie est, primo conspicienda loco.

Hanc igitur modico si ornaris carmine, fet

Cum fratre, & reliquo plus tibi amica choro.

Ipse quoque (ut magni liceat componere parva)

** Si mea quid valeat Musula, gratus ero.*

Mauritius verò, & rescriptis plenas modestiæ literas, & ut condidit, sic sua manuscriptis, quæ insequuntur carmina; ut cumque ea in excudendo primo quaternione fuerint prætermissa; sed nempe inter Epistolas, quo sequitur modo leguntur.

Vranie superat reliquias divina Sorores,

Dicitur & sacri gloria prima chori.

Hanc coluere Patres prisæ, Regesque potentes,

Qui proprius mentis vi tetigere Deos.

Hanc optat sapiens studiorum figere metam,

Vi fame celebris premia digna ferat,

Q. 2

Quatuor



1592.

*Quando etenim teras celum superemines .Ester .
 Illius est tantò notio laude prior.
 Ipsa docet celi motus , Cælumque tueri
 Vultibus erectis nos jubet esse Deus.
 Ne venire malu timearmis fata , sed Aitris
 Præmanisti , ad Superum configuramus opem.
 Nec querarimus humi pastum , sed Lande rebanus .
 Qui struxit Celi tale Creator opus.
 Ergo tuis letis moribus , studiisque fore
 Perge Deam tanquam ; maneras larga dabit.
 Quandoquidem dudum miratur pervia cuncta
 Esse mis Fabrici , qua latuere prius.
 Henic tibi scrutantis leges sublimis Olympi .
 Inter honoratum preparat Astra locum.*

Quas interim literas dixi conscriptas ad Land-gravium , excutabant Alceis alioquin paratas , non potuisse è Norvegia propter hincenadvchi. Poscebat quoque in illis Tycho , ut Land-gravius observationes Fixarum ad se mitteret , unà cum observatione Eclipseis nuperi Decembriis , quæ sibi fuisset inconspecta ; Ut sibi à Mæstino , præter aliquot Saturni , ac Martis Acronychismos , impetraret etiam aliquot Eclipseis Lunæ observatas , cujusmodi ex Hispania quoque & Polonia requisierat , ad Geographiæ emendationem ; Ut Automatopæi interventu ad se destinaret eximium quempiam Artisfabrum , qui Horologia , organaque curaret ; quippe apud se obiisse , quem multis annis aluerat , Joannem Crolium Artificem industrium : Ut ab eodem Automatopæo , aut alio Cometæ anni M. D. LXXX. obser-vatore investigaret causam defectus minutorum temporaneorum octodecim , de quo suo iam loco est dictum ; Ut denique si nisi Rothmannus rediisset , resignaret scriptam ad ipsum Epistolam , quæ ejusdein erat circa observationes argumenti ; addebatque solum , ut ille exponeret quam rationem facillimam contexendi Canones Sinuum excogitasse Byrgius dicebatur. Cum Land-gravius autem nihil aliud , quam observationem nuperæ Eclipseos à Mathematico Marpurgensi in eam rem accito , ad Tychonem miserit (quippe ne tum quidem Rothmannus redierat) ac renuntiârit Automatopæum evocatum à Cæsare , sed in paucos dumtaxat menseis , receperitque missurum se ,

Si forte

si forte quempiam idoneum Autifabrum nancisceretur; quod super- 1592.
est, quia ver jam iniérat; ac reputabat potuisse Alceis jam advectas
esse ex Norvegia, idē Tabellarium ad eum destinavit, qui animalia
deduceret, neque sine ipsis, aut saltem absque fœmella ad se rediret;
quippe eā egere masculam jam binam, de qua antè prescriperat.

Tabellario moras in Dania trahente, alium exeunte Julio destinavit nunciam, deducendarum Alcium callentem; is nimirū aliquot jam ex Suecia usque deduxerat, quæ tamen deinceps in horto ferarum interierant, uti & Rupicapra, ac Damæ ob glandium, ut Land-gravius quidem opinabatur, tantam copiam, quæ plerisque locis coacer-vata computruisset, animalibusque depascentibus in perniciem cessisset. Quia verò Axillus quinque Alceis paratas in Norvegia habens, neque Nauclerum compererat, qui recipere in se vellet convehendas incolumeis; neque esse satis tutuim duxerat illas terrā transmittere, ob loca invia, confragosaque, obque imminentes fervores, quorum in primo statim egressu è nativo solo patientes non forent, idque spe agendi coram pluribus, ob instantem redditum faciens; ea propter Tycho tabellarium ad Axilli usque redditum detinuit. Ac venit ille quidem in Daniam uno feriū mense, quām spem fecerat; sed interim tamen commodum accessit recentior ille nuncius, qui in Norvegiam usque mitteretur, acceptis literis ab Axillo, & curā demandatā, ut impositis navi Alcibus rectā Bremam trajiceret, ac inde porrò terrā adventaret. Hoc ipsiuim porrò est, quod Tycho remittens tabellarium significavit Land-gravio: idque adjecit, quia nōrat Rothmannum nondum rediisse, idcirco exoptare se substitui illi quempiam, qui inchoatam telam pertexens, observationibus Astronomicis continuandis invigilaret; tametsi, meum non est, inquit, Tuæ Celsitudini quidi-piam prescribere; præsertim cum naturali quadam propensiæ, & singulari favore ad bac fluida amplianda, & promovenda non sine præclara laude feratur.

Verum ita quidem inclinante Septembri, quo etiam scripsit ad Mauritiū plenas gratiarum literas, ob carmina ad se transmissa. Cæterū conscripsit ad parentem Willelmum, extremæ fuere commercii ante annos septem instituti. Interēa quippe optimus Princeps vitam cum morte commutavit; dignus, cuius nomen Cœlo inscribatur, nec minùs, quām Jovis, Atlantis, Herculis, Promethei, cæterorumque Principum, quibus fuit Cœlum curæ, perennet. Qua consterna-



1592. tione rumorem de ejus morte statim respersum Tycho excepit, difficile sanè conjectu nou est, Viro amissio, quem habebat amplissimo theatro potiorem. Parentavit autem ejus Manibus illo Epicedio, elegiæ, cuius primum hoc distichon,

Sic-ne jaces, Princeps, ð p̄fstantissime? sic-ne

Alter Atlas, terris abdite, sic-ne jaces?

Præterea verò, cùm jam non posset ad Willelmum mittere Alceis, qua plures duabus advectæ vivæ, mas nimiriū, ac foemina (cæteris demortuis in itinere) ex Norvegia non fuerunt, misisse eum illas ad Mauritium, unà cum literis inscidente Decembri. Hoc unum adnoto, Mauritium, dignum Parente filium, non fuisse passum observandorum cœlestium curam intermiti; quandò cœptæ ante duos annos Planetary observationes à Justo Byrgio peragi, continuatæ habentur in consequenteis annos quinque, inter illas, quæ postmodum typis mandata à Snellio fuerunt. Non fuerant vero hujusmodi circa Planetas observationes citra Tychonis consilium, abdorationemque institutæ: animadvertisens enim Land-gravium soli circa Fixas restitutioni incumbere; Optarem, inquit, plurimum, ut Celsitudo pari sedulitate Planetary etiam apparenteis motus celitus indecari curaret; id quod per restitutione Affixarum loca non difficulter p̄fstat: Et, si non alibi, circa Acronychias trium superiorum fulgiorum, &c.

Ipso anni fine scriptæ Patavio à degente illelic Medico Doctore ad studiosum Danum fuere literæ, ex quibus constat quanti jam Tycho illa in regione fuerit nominis; & Magino quidem præsertim famam illius latè spargente. Donec ille certè superiore æstate coimboratus Venetiis fuit, deliberarunt Veneti in Rogatorum consilio, ut quipiam Mathefeos peritus coronatorum træcentorum stipendio in Ægyptum destinaretur, qui illelic Astronomicas observationes perageret, ipsi Tychoni Astronomiam restituenti inservituras. Delegerat jam secessum Patavii optimus ille literarum, artiumque omnium bonarum fautor, & conciliaðarum inter literatos amicitiarum artifex eximius Vincentius Pinellus: cùm Galilæus verò jam tum degeret Mathefeos Professor Patavii (quippe Orationem inaugularem die Decembri septima, magna frequentia habuit) ideo Pinellus viri genium, eruditioenque faciens maximi, in eo incubuit, ut in Tychonis amicitiam eum insinuaret; & re quidem primum tentata illis eisdem literis,

lit eris, quarum extrema hæc verba exstant, Tauta enim heic Tycho certè 1593.
est celebratissima, quanta nemo eorum, qui nunc vivunt.

Circiter anni ejusdem finem, in sequentibus initium typis mandare
cœpit Tycho, quas Epistolas memoravimus inter ipsum, atque Land-
gravium, Rothmannumque hactenus scriptas; & præmissa quidem
non modo Land-gravianâ illâ ad Ranzovium, anni M. D. LXXXV. Sed
Ranzovianâ etiam uno, alteròve pòst anno ad Tychonem datâ,
qua illum Ranzovius adhortabatur, ut eatenus scriptas Operi illi sub-
jangeret, quod noverat ipsi sub prælo versari. Hæc est, quam jam
antè insinuavimus, cùm Tycho provocarum se à Ranzovio, & Peuce-
ro dixit ad Epistolas typis consignandas. Quod autem tum eas sub
prælo esse scriptis, eo fecisse fine videtur, ut Rothmanno ansa con-
querendi præcluderetur, si ea deinceps edita; quæ ne ederentur, ro-
gasset, videret. Heic certè notanda verba illa Keppleri. Cùm autem, in-
quit, hic Tychonis congerio tanti nominis, anno M. D. XCII. fatis concessisset,
Tycho consilium capit Epistolas edendi, ortusque Typum, procedentibus adhuc
operis in Tomo primo Progymnasmatum, cuius suspensis, ut solebat (quippe privata
Typographie Possessor) tardè, nec ante annum M. D. XCVI. Tomum Epistolarum
tunc primum absolvit. Quippe ex his verbis elicitur, tum, nisi post
Land-gravii mortem, non fuisse Epistolas cudi cœptas; tum, ne eo
quidem tempore absolutum fuisse Tomum illum primum. Debuit
interim, quæ Operis Conclusio adjuncta ab heredibus fuit, conscribea
à Tychone fuisse ante hujusce anni mensem Julium; siquidem tametsi
in ea conspectos legamus Tychoni septenos Cometas; author nihil-
ominis Appendicis legi in ea quinos solum scriptis, adèd proindè,
ut cùm sextus Cometa illo solum inense apparuerit, rem fuisse ante
illum conscriptam oporteat.

Ut quidpiam verò attingamus de Conclusione hujusmodi; præmit-
titur primum Anacephalæsis, qua ea recensentur, quæ fuere toto
opere pœstita, quæque ipsi aliquandò fuisse jam antè memoravimus.
Deinde, quia duo videbantur capita adhuc superesse, alterum Physi-
cum, de materia, causaque efficiente Stellar; alterum Astrologicum, de
ejusdem effectis, & significationibus: ideo non-nihil quidem circa u-
trumque immoratur, sed hac ratiōne, inquit, prolatione premissa, quod ea, quæ
de his iuxta nostram affirmationem proferam, neutiquam iūs, que demonstrative, &
citra justam refragationem in hac tota præcedentis Libri elucidatione proposita sunt,
quoad

1593. quoad certitudini indubiam evidentiam conferenda, equiparandaque veniant; sed conjecturalia solunmodo, & probabili verisimilissimum allata sint. Circa prius igitur caput: quod primum spectat ad Materiam, edicit fuisse illam caelestem, ac eandem, quæ est aliarum Stellarum; utcumque ad tam solidam coagulationem exaltata non fuerit. Non potuisse certe illuc usque elementarem ascendere, ac eâ praesertim copiæ, quæ plusquam trecenties Terræ molem exsuperaret. Cœlum, licet tenissimum, non esse tamen incorporeum; ac ideo constare ex materia, quam nihil veterit, condensari in globum, & nisi proprio, saltem Solari illustratam lumine, Sideris speciem exhibere. Esse eam ad hoc abundè in Galaxia potissimum; unde & Stella genita in illius confinio fuit, & postquam evanuit, remansit, quo fulserat loco, hiatus quasi semilunaris, qui nocte serena, ac illuni acuto visu cerni valeat, quemque saltem nemo prius observavit. Aristotelem non esse audiendum, qui Galaxiam sublunarem, & quasi speciem Cometæ facit, quandò & perpetua, constansque in eadem semper Cœli parte, cum revolutione cohaesio, defectuque non parallaceos modò, sed Refractionis etiam specialis, errorem illum coarguit; & Cometas quoque supra Lunam esse, ac aut ex eadem Galaxia materia gigni, aut per eam transiuntis splendore non-nihil augeri, observati nuper Cometæ convincunt. Mirum non esse, nisi Stella coagulationis ejus fuerit, qua aliarum instar perdurare potuerit; quippe cum fieri in æthere idem, quod in terræ visceribus valeat, ubi ut indissolubile aurum, ita exsolubile plumbum gignitur. Quod ad Efficientem causam attinet; fore, ut de ea tum agatur, cum ad totius Operis de recentioribus Ætheris Phænomenis calcem, etiam de Cometis actum fuerit, qui consimilem nanciscuntur causam. Fore præterea, ut ibideum loci causa dissolutionis tam Stellæ, quam Cometarum edisceretur.

Circa alterum caput, quod est de Effectis, seu vaticiniis; illos non probat, qui praetextu ignorantiae Astrologorum, censent Stellam nihil energiæ, significationisque habuisse. Nam dici quidem posse præfigia ex Astris difficultia esse, aut impossibilia etiam cognitu, at dicere nulla, id absolum esse. Hinc, cum sit praesertim difficile nosse, quid haec Stella portenderit; quandò similes tam raro visuntur, & ne Hipparchica quidem illa, cui motus tributus, omnia illi paria habuerit; esse nihilominus consentaneum; ut sicut illa Monarchia Græcæ inclina-

clicationem, & Romanæ incrementum præcessit, ita sit magna aliqua 1593.
 Rerum publicarum innovatio hanc consequitur. Iti tamen res mutantur in melius, ut Stella Jovialis fulgore emicuit; licet non sive tumultu quodam, ob eam, quæ succedit, Martiam rutilantiam. Imminutum quoque, nisi etiam extinctum Religionem fastuosa in ira, ob eundem Jovialem splendorem, qui & mutatus fuerit, & tandem emanuerit. Rem confirmari ex situ Stellarum prope colurum Aequinoctiorum, ac sub initium verni quadrantis, quod sit indicio superventuram majorem lucem aliquam, quæ tenebras priores discutiat. Aliunde verò ejus situm in parte Cœli Borea eventa præsignificare in regione Septentrionali: licet de tempore, & de loco ex duobus quibusdam judicandum sit. Et de Tempore quidem, ex directione Conjunctionis Magnæ, quam in fine Trigoni aquei Stellarum exortus antecessit; adeò ut, cum ea Conjunctione contigerit Anno M. D. LXXXIII. ac fine Aprilis, in 21. gradu Piscium, à quo numeratis in Rectam Stellarum Ascensionem novem gradibus, indicentur totidem anni, qui à Conjunctione porrò numerari annum prodant M. D. XCII. quo incipere Stellarum effecta debeant; parque sit proinde homines Stellarum tempore natos, & à Deo ad magna, insolitaque destinatos, eum circiter annum quid grande moliri. Cum sit verò etiam directionis Zodiaca lis habenda ratio, & Stellarum longitudine existente in gradu Tauri penè septimo, intercipiantur à loco Conjunctionis gradus propè quadriginta octo, indicenturque adeò anni totidem, qui à Conjunctione usque numerati annuin prodant M. D. C XXXII. idcirco congruere, ut circiter eum annum effecta Stellarum vigeant, & Trigono quidem Igneo jam vigente. Cæterum &, cum septima hæc sit à condito Munde facta Trigonorum restitutio; quippe priores contigerunt Enochii, Noæ, Mosis, Regum Israëlis, Christi nati, Caroli Magni temporibus, quibus singulis exstiterunt insignes quedam mutationes, & numero quidem inparibus in melius: pars esse, ut hæc impar numero, sit fœlicioris status prænuncia; ejus videlicet, in quo vaticinati Prophetæ sunt, versaturum cum agno lupum, pardum cum hædo, &c. quique rerum interitum generalem sit præcessurus. De Loco verò, cum pars mutationem jincipere in aliqua parte ejus in Terra Paralleli, cui Stella verticalis sit; idcirco de hac parte judicandum esse ex eo Novilunio, cui Stellarum exortus coincidit; scilicet, ut illam esse intelligamus,

1593. cui eo momento Stella in Meridiano, verticalisque exsticit. Et quia id Novilunium fuit Uraniburgi die Novembris v. hora septima min. 32. cùm Stella ab ejus Meridiano abesset ad ortum gradibus sexde; cim , sicque immineret adhuc parti Boreali Moschoviæ ; ideò debere mutationem ab ea regione incipere. Facere huc autem tum Prophe-tiam apud Ezechielem de Gogo Principe Mosochi , seu Moschi, Mo-schoviticæ nationis ; tum vaticinium Sibyllæ Tiburtinæ de Sidere orituro, & magnam Septentrionis domum radiis suis illustraturo, de-tectum in Helvetia anno M. D. xx. tunc aliud quoque carmine ex-pressum Sibyllæ Babylonicæ,

Tunc autem signum dabitur divinitus ingens;

Namque relucet clarissima Stella, &c.

Ad Cometam quod attinet , is apparuit quidem à die secunda Julii ad usque Augusti xxiv. at nullatenus observari à Tychone in Huenna potuit , ob continenteis penè fulgores (vocatos illi Chasinata) qui peragente cursum Cometa in parte Cœli Borea , Aurora claræ spe-ciem per singulas noctes in ea exhibuerunt. Consolationi cuiquam fuit, quod studiosus Danus , qui ipsi ante aliquot annos in exercitationibus Astronomicis inservierat, ac tum Servestæ Anhaldinorum, studiorum causâ morabatur , observationes aliquot circa Cometam peregerat ; tametsi , quod ille usus fuisset Radio, Quadranteque nimis exili, nihil ex illis deducere, undique cohærens, ac exploratum potuit. Delectavit illum magis, quod accepit eundem antecedente Maio, ac die xx. ob-servasse itidem Servestæ deficere Solem infernæ , ac vergendo in le-vam , ad duos proxiniè digitos; cùm nihil observatum defectus in Huenna fuerit, ubi calculus tempus prodit ad horam 2. min. 40.

Quoniam verò donec plaga Cœli Borea obducebatur fulgoribus, Austrina erat revelatior , observationibusque Planetarum parentior ; ideò occupatus eo tempore circa Martem potissimum , qui tunc in Aquario versabatur, fuit; ac demiratus non parum est , latitudines ejus maximas antè , vel post oppositiones, non verò in ipsis cum Sole op-positionibus observari. Heine nimurum sunt verba illa, quæ manu sua in Codicem observationum inseruit, quæque & Kepplerus, & Longo-montanus postmodum citârunt, cùm adnixi sunt occasione in admira-tionis tollere. Ea se in hunc modum habent. *Consideratione dignum est,* quod Mars circa x. diem Augusti habuerit maximum latitudinem Austrinam, &

postea

postea decrevit; ita ut die xxiv. in oppositione, quasi quarta parte gradus, propior Ecliptica redditus sit: quod tamen Canones, etiam correcto maxima latitudinis loco, in 18. Aquari nequaquam exhibens, quomodo cumque affirmatur illic maxima latitudo; cuius rei causa studiosè inquirenda venit. Quo loco addendum id quoque, quod in libro de Nova Stella inter expendendum opiniones eventurum prædixerat, ut nempe Augusto, ac Septembri hujus anni Mars ea specie grandesceret, eoque lumine rutilaret, ut pro novo Sidere haberi ab ignorantibus causam posset. Causa autem fuit vicinia, accessusve ad Terram major, Marte nempe ad Perigeum, non modò Epicycli, sed etiam Eccentrici admoto. Prætereo verò quod subiicit, idem prædictum ab Andrea Perlachio de anno M. D. xxi x. scribere Kepplerum, adnotataam rem fuisse à Melanchthon, Iulio scilicet, & Augusto tam prodigiosa specie visum Martem, ut novum Sidus crederetur: cùm & idein fieri deinceps medio tempore oportuerit, anno putà M. D. L X I.

Anno insequente summus fuit dolor ob acceptam mortem viri optimi, summique amici Jacobi Curtii, qui non multò antè, prætextu negotii Cæsaris nomine agendi, venerat in Daniam, ut votum expleret, hoc est, ut Tychonem coram affaretur, apparatusque observatorium suis hauriret oculis. Alias inter causas doloris id fuit, quod providens Tycho fore, ut mutare sedem cogeretur, rem cum Curtio communicasset, & Curtius receperisset se ea de re ita acturum cum Cæsare, ut asylum ipsi tutuim pararetur. Quin-etiain, si fortè migratio in Bohemiam contingerebat, obtulerat illi quas Pragæ habebat amplissimas ædeis, ac ipsi illarum ideam, delineationemve eo fine reliquerat, ut si quid in iis immitandum, addendumve, quod commodum usibus foret, judicaret, id & maturè significari, & opportunè perfici posset. Quamobrem hac excidens spe, fuit mærore non levi affectus, tametsi deinceps consolatiō fuit, quod scribens ad illum Hagecius, spem fecit illustrem Coraducium Curtii in eo munere successorem, prouin quoque affectum in eum testaturum. Tenebat illum interim sollicitudo maxima tum Hypotheseon, tum Tabularum condendarum, circa Planetas singulos; & Martem quidem potissimum conatus plerumque variè eludente. Cùm idèò verò nulla observandi occasio intermitteretur, tum singulare præfertim fuit, quod circa Lunarem Eclipsin mensis Octobris contigit. Nempe cùm ipse eam referat ad diem x i x.

1594. ac hor. 19. cum min. 26. addit Kepplerius illam ad summum Lunæ limbium sic contigisse, ut circa verticalem, seu ex parte occafus imitium habuerit; cum & ad eandem postea desierit, ut moris in Lunæ Eclipsibus est.

Allatæ non multo pôst tempore fuere à Rothmanno literæ Berneburgi datae sub fine Septembri. Recreatus iis verò tantò magis fuit, quantò ex illius ab Huenna discessu, hoc est ab annis quatuor nullas prorsus habuerat. Ipsiſ ille aliud nihil voluit, quam diuturnum silentium excusatum facere, causando cruciatus ex arthritide, nephritideque immaneis, qui impediissent etiam, ne redire ad Principem ante illius obitum posset, & quod discedens receperat, inde porrò transmittere. Rogavit autem, qui fieret, ut Tycho suum illum de Cometis Librum, qui foret pridem typis expressis, penes se tandiū supprimeret: expeti enim ipsum à quam-plurimis, ac invidendum non esse, neque propria fama, neque commendationi Matheſeos, que non foret deinceps pro more reputanda inutilis; quoniam constaret Astronomos posse ea falsa convincere, qua forent conſtanter habita pro veris. Libenter se quidem culturum Uranien; at constare de obſtaculo, ipſiusque adeò Tychonis esse, illam ſplendidè exornare. Adjecit ſe, si accessiſſet ad Principem incolumem, commendaturum apud eum fuſſe (tametsi utcumque id prætitifſet per literas) quem viderat hortum Sororis ipſius Tychonis Sophiz, quam & Philosophicam dixit, & per quam ſolertiſſimam, nobilissimamque matronam. Ac talis fuit quidem conſcripta à Rothmanno Epiftola: ad quam cum Tycho responderit, incertum eſt tamen, an illæ deinceps datae à Rothmanno fuerint; quandò hæ duæ extremeræ ſunt, qua in Libro editarum à Tychone exſtant.

- Quam porrò Tycho ad Rothmannum dedit, mensis Januarii, ac 3595. adeò anni M. D. xcv. eſt. In ea postquam ipſi condoliuit, remedia ſua obtulit, ob non requiſita ſuccenſuit, excusat Librum de Cometis nondum publici juris factum; tum quod ſtudiuni observationum, deductionisque motuum hanc curam præpedierit; tum quod præter expectationem, multa longo jam tempore & otium, & Uranie cultum interturbantia inciderint: tum quod tulerit ægrè ſuos labores ingratæ à nonnullis exceptos, ſpeciatimq; à Scoto quodam Medico, quem tametsi non nominet, novimus tamen Craigium vocatum. Hic ſcilicet

licet intercedente conterraneo quodam, qui Tychopeum fortè tum 1595. inviserat, cùm Liber recens absolveretur, exemplum illius obtinuit, & literis ad Tychonem datis, ejus sententiam de Cometis in *Aethere* ver-
santibus labefactare conatus est. Ratus Tycho illum nihil aliud quām studiri copiosius velle, ac amicē, & candidē, veritatem requirere,
Apologiam scripti penè extemporaneam, quām & ad illū anno ian.
M.D. LXXXIX. misit. Ille verò triennio exacto, Librum in Tychonem
emisit scommatis, dictariis, cavillis, &c., ut ipse addit, *distractio-*
nibus, perversionibusque scatenem, hocce titulo, *Captivaria restinctio*, seu,
Cometarum in Aethera sublimationis refutatio; prorsus, ut si Tycho censuisset,
gigni Cometas ex terrenis humis. Quocirca Liber iste est, ad
capita cuius præcipua Tycho sic deinceps hæc respondet Epistola, ut
ipam idcirco prolixiorum texat; ac spei etiam faciat uberioris refu-
tationis, nisi à scipso, saltem ab amico, discipulorū nivis aliquo (cujus-
modi Longomontanus deinceps existit) facienda. Nihil interim ne-
cessere est attingere ex iis, qua hac Epistola respondentur: quandō
quicquid objicitur, & nullius momenti est, & mirum videtur Ty-
chonem potuisse id ipsius, vel tantisper morari. Illud prætero, quod
ad calcem Responsionis suę ad Rothmanni rationes pro motu Terræ
memorat, argumentumque ex eo addit; quod Martis Eccentricitas
non ea sit, quam Copernicus, ut Terræ mobilitatem adstrueret, po-
suit; sed aliam, ipsamque non-nihil majorem, tantum abest, ut mi-
norem, quām Ptolemaeus, posuerat. Citat ad idem Venerem, cuius
Apogeion non in gradu septimo Geminorum collocat, sed potius sub
Cancri initium; ac addit percupere se, ut Land-gravianæ observa-
tiones, cum restitutione Fixarum, cui ille incubuerat, edantur.
Quæ deinceps Rothmanno mens, aut quod satum fuerit, nescitur;
solumque, quod sciām, observavit, quidpiani circa Cometam anni
in sequenti, & in vivis adhuc eo tempore fuit, quo quinque post an-
nos Tycho in Bohemiam appulit.

Heic autem non tam memoranda, quæ varia Tycho observavit (ac
tres nominatim Eclipses, duæ totales Lunæ, altera Aprilis xij. hor.
16. min. 36. altera Octobris vii. hor. 20. min. 29. Una Solis digi-
torum 3. min. 50. Septembbris xxij. hor. j. min. 8.) quām dicendum
est Magnum illum Globum orichalcicū, cuius aliquoties jam me-
minimus, faisse undeque absolute, cælatis nimirum Fixis pro-



1595. pè mille , quibus esse locis anno Christi M. DC. completo debuerunt. Cùm enim adactus Augusta eo ipso anno , quo Uraniburgum fundatum , deprehensus fuisset interhians rimis , & non exquisitè rotundus , malo utriusque provisum fuit , tum rimis oppletis , tum superstratis aliquot membranarum centuriis , & facto biennii periculo , noua tempestatum varietas rotunditatem quidquam vitiaret , superstude fuerunt orichalcicæ laminæ , ea compactione , ut totus Globus ex solido orichalco videretur conflatus. Facta levigatione , & tam æquatoris , quam Zodiaci circulis cælatis , inque minuta singula per transversa puncta divisis , exploratum uno adhuc anno est , nùm quæ ab exacta rotunditate descisceret. Cùm non fecisset , tum delineata singulæ Imagines fuere , tum Stellæ insculptæ , prout fuit cujusque temporis progressu locus observatus. Hic autem est annus , quo ille Stellarum millenarius propè numerus fuit observando complectus ; ac adeò globus extremam manum anno à prima sui structura vigesimo quinto adhibitam sensit. Dico autem prope modum ; quoniam dum Tycho hæc memorat , supponit parvi fuisse moventi sexaginta minutulas , quæ fuere solùm biennio post (& paullò quidem antè discessum ex Dania) adjectæ ; maximè autem iv. inter Capellam , & Polarem penè in eadem recta ; xiv. inter Capellam , & Polarem ad latera , in duo trapezia , & duo triangula tributas ; iij. inter ultimas caudæ Ursæ ad latitudinem : ix. in flexuosa linea sub informi inter caudas Ursæ , & Leonis : vj. ultra , citraque Polarem. Non memoro autem Meridianum , Horizontemque circulos magnitudinis congruæ , fuisse pro more punctis transversis in minuta graduum singula divisos : & Quadrantem quoque à verticali puncto dependentem in Horizontem , indigantemque unâ operâ altitudines , atque azimutha. Non memoro item apparatum fulcri , sive Pedestalli quinque circiter pedes alti ; neque universè certantem cum Machinæ totius mole , soliditate , subtilitate , tractabilitate , elegantiam ; sed addo solùm inscriptionem , quæ literis aureis in ipso Horizonte talis legitur , ANNO à CHRISTO NATO CI. ID. XXCIV. REGNANTE IN DANIA FRIDERICO II. HUNC COLESTI MACHINA CONFORMEM GLOBUM , IN QUO AFFIXA OCTAVA SPHÆRA SIDERA COLITUS ORGANIS DEPRE-

IEN-

MENSA, SUIS QUAKQUE LOCIS AD AMUSSIM, REPRESEN- 1595.
SENTARE, ERRANTIUMQUE STELLARUM PER HAC
APPARENTIAS PERVESTIGARE DECREVIT: CAL-
LO TERRIGENIS, QUI RATIONEM EAM CAPIUNT,
MECHANICO OPERE PATEFACTO, TYCHO BRAHE
O.F. SIBI, ET POSTERIS F.F. Quod verò annus hec ad-
scribatur 1584. Id èd sit inquit ipse Tycho quod is circa medium tempus,
dum hec structura elaboraretur, incidet, quadriennio nimicùm ante obitum Ludi-
datissima memoria Regis Friderici, qui me, meaque studia liberaliter, & cle-
menter fuit, ac regio amore, quod vixit, prosequutus est. Memorabile au-
tem est constituisse universè hunc Globum Daleris i imperialibus quin-
quies mille, quod Coldingius se Pragæ accepisse ex ore ipsius Ty-
chonis testatur.

Fuere eodem anno Globi varii juxta Tychonis restitutionem in
inferiore Germania confecti; sed continentem tamen dyntaxat oītingas
circiter Stellas, quas diximus in Libro primo Progymnastico
contineri. Nempe, quia complexi illas quaterniones typis ex-
pressi jam fuerant; ideo Tycho eorum exempla aliquot jam disperse-
rat, misericorditerque speciatim unum ad memoratum Florentium artificem
Amsterdensem. Ad integrum volumen quod spectat; id communi-
catum cuim nemine voluit, quod sibi nondum factum satis circa Lu-
næ motum putaret, provideretque aliquot novos quaterniones inser-
tum iri. Cogitabat quoque relatam ante Conclusionem non-nihil re-
tractare; unde & eam typis non commiserat; ac nollebat aliunde Li-
brum, quasi ~~αὐθαλή~~ sine capite conspicere; quippe defectu Praefatio-
nis, ad quam concinnandam varia quidem in varias schedas jam con-
jecerat, sed quibus adunandis tempus non sumpsisset. Defectu, in-
quam, Praefationis, non item verò Nuncupatoria, ut fieri solet Epi-
stolæ: siquidem, ut neque libellum de Nova Stella primum editum,
neque aut Ephemeridas, aut opuscula quæpiam alia cuipiam omnino
dicaverat, ita constituit nemini, neque ampliorem hunc de eadem
Stella Librum, neque ullum omnino alium deinceps edendum cui-
quam dicare; excepto solo Epistolarum primo, qui absolvebatur jam
tum, quemque Hassia Land-gravio Mauritio consecrandum censuit.
Nihil tamen morandum, quod propositum constanter non tenuerit,
quando Rudolpho Imperatori tum Mechanicoru Librum nuncupavit,

rum

1596. tum Astronomicas Tabulas, & Rudolphinas indigitare, & ipsius Imperatori inscribere pro votis habuit.

Ad Epistolarum volumen quod spectat, annus sequens fuit, ac verni Aequinoctii dies, ad quem retulit factam Mauritiū nuncupationem. Facilis verò conjectu est, quam habuit Mauritio nuncupandi causam; quandò notum est volumine hoc contineri Epistolas, quæ ab ejus Parente Willelmo, ejusque Mathematico ad Tychonem, vicesim ab ipso Tychone ad utrumque fuere conscriptæ: ne memorentur etiam dataz à Tychone ad Mauritium, & à Mauritio cum carminibus ad Tychonem. Auguratur autem Tycho editionem hanc fore Mauritio non ingratam, vel ex eo, quod in Oratione funebris, quam in Willelmi exsequiis Hieronymus Turlerus habuit, illis de hoc novo Atlante præmissis; Itaque & in Aula sua artifices semper alius præclaros; & si quos in locis etiam remotis circa eas doctrinas excellere compriisset, eos vel magnis premiis ad se invitabat, vel, si nec id posset, per literas crebro de difficultatis Questionibus cum illis conferrebat; tum hæc subjiciuntur: Quod si eas tantum Epistolas edī in publicum aliquando contingat, quas iis rebus ad verum, & generē, & scientia Mathematica nobilem Tychonetū à Brahe Danum subinde, extremus maximè amis, misit; vel inde constabit Posteritati, quād in industria, quād exercitatus fuerit, quantum ad Tabularum Astronomicarum tollendos errores, ad loca Stellarum exactius cognoscenda laboriosis suis observationibus contulerit. Omitto verò cùm Tycho Ranzovii, aliorumque hortatu destinalasset non istas modò, sed alias quoque ad alios, & ab aliis viris doctis, quæ Astronomici argumenti forent, scriptas literas edere, ac in plures Libros partiri; idè voluisse eum non injuriā prinum ex his Librum texere, ac præmittere; quandò Atlantem attinerent, non solum genere illustrem, verū in hac etiam arte Principem. Omitto etiam adhortationem, quam ad Mauritium adhibet, ut Fixarum restitutions in tanto tempore, tam crebris vigilis, ac tot sumptibus à Parente quæsitam perfire non sinat; ut idè Rothmannum peritosve alios artifices evocet, aut nisi sint alii, sibi ipsi bona fide acturo rem totam concredat; ut organa Astronomica magna sedulitate, & cura à Parente elaborata, in suo vigore, & usu perpetuò illibata conservet.

Omitto hæc, inquam, ac adnoto solum, cùm præter speciale in Librum hunc prium Epistolarum argumentum, generalepi etiam in omnibus Præfationem conscripsit; declarare eum prium in quanta

molis

molis fuerit Redintegrationem Astronomia moliri, ac excusare pro- 1596.
 inde, nisi exspectationi multorum tam citò satisfecerit. Quippe ap-
 paratum Observatorii, idoneorumquè Instrumentorum, temporis
 multùm exigere. Posse quidem Solarem motum intra quadriennium
 restituì; idque collatis singulorum annorum observationibus habitis
 in variis Eclipticæ locis (& serenitate præsertim non semper quotan-
 nis perinde favente) sed Lunarem tamen decursum annorum longè
 plurium deposcere; tum ob Eclipseon, quæ non semper aut supra
 Horizontem, aut sereno Cœlo contingunt, examen; tum ob alia ob-
 servitanda in Quadraturis, locisque intermediis; in Apogeio, Peri-
 geio, Mediis elongationibus, sive Eccentrici, sive Epicycli majoris;
 adē ut vix anni sedecim ad ista sufficiant. Ad Veneris quoque, &
 Mercurii motus, annos exigi bene multos, ut maximæ à Sole di-
 gressiones, tam matutinæ, quam vespertinæ, ac in variis quidem Ec-
 centricorum locis observentur; & situs etiam alii; cùm interim Mer-
 curius ob Solis viciniam raro conspiciatur. Exigi ad Martem annos
 xij. nisi etiam potius xxiv. utilius Achronychismus in alternis Signis
 abunde innotescat. Exigi ad Jovem etiam xij. ut præter situs varios,
 observari in Signis singulis Achronychus possit. Ad Saturnum, nisi
 annos xxx. saltem xx. aut xxiv. ad omnia in illius motu denotanda
 esse necessarios. Non sufficere certè ad Stellaris Erranteis treis Aé-
 rochronismos, ut vulgè putatur, vel illud arguere, quod Tabulæ exinde
 deducunt cum Cœlo non congruant. Hisce addendum porrò esse,
 quod tempus ad Restitutionem Affixarum est impendendum; quod-
 que ad reductionem omnium motuum in Hypothesin, numerosque
 congruos. Deinde, cùm Primus hic Liber scriptas ad Land gra-
 vium, aut ab eo acceptas literas contineat; fore, ut Secundus eas coin-
 plectatur, quibus actum (nec prosâ modò, sed carmine etiam) cum
 eruditis, amicisque in Patria, viciniâ degentibus; Tertius autem,
 & sequentes, eas, quibus cum aliis degentibus remotiis, aut jam
 actum, aut deinceps agendum. Ac cœpit quidem non longè pòst Li-
 brum secundum excudere: verùm brevi quoque iutermisæ propter
 inseguatas turbas operæ, resumptæ deinceps non fuere; nihilque,
 quod sciam eo ex Libro innotuit.

Mense Julio fulsit Cometes, isque septimus, postremusque eorum,
 qui fuere Tychoni visi, observatique. Ipse certè de observationibus



1596. in Huenna paractis loquens , factas eas dicit , tam in Fixis Stellis , quam omnibus Errantibus , tum quoque Cometiis interea elucecentibus , quos , inquit , septenos istic calitus accuratè denotavimus . Quòd verò nobis nondum constet , quid circa Postremum hunc præliterit ; potest res utcumque suppleri ex ea descriptione specie latiore habita , quam ex Rothmanno edidit Snellius . Ex ipsa autem constat Cometam fuisse die xxi . & vespere quidem , ac horā 10. exactā , nonnihil supra duas Stellas tertiaz magnitudinis , quæ in Pede Ursæ majoris postremo ; ac æstimatam fuisse visu simplici in gradu Leonis 28. Cum Septentrionali latitudine graduum circiter 27° . caudā interim versus ultimam Caudæ ejusdem Ursæ directā : nisi quòd non-nihil recedens à recta linea in occasum , visa est non prossimū opposita Soli . Die autem xxv. sic visum fuisse cum iisdem Stellis Triangulum Isoceles , idque , cum ipse foret ad occasum situs , constituere (tametsi ægrè ob vapores , & lumen Lunæ deprehendebatur) ut æstimator rursum visu simplici fuerit consecuisse in ductu suo gradus circiter 4. in Zodiaco autem aliquantò amplius ; sique diurnus illius motus videatur fuisse in longitudinem quidem unius gradus circiter , in latitudinem autem dimidiū gradus .

Porrò hic ipse annus fuit , quo osorum Tycho's invidia erupit . Quippe & nonnulli ex Nobilibus ægrè serebant illum tantiū tot obtinere ex Regia munificentia redditus , ac evadere interim apud exteras nationes illustrem ; quandò videbant dietim complureis vix alia de causa in Daniam , quam ejus solius adeundi gratiā appellere ; & non pauci ex iis , qui colere studia literarum videri volebant , ferre patienter non poterant , esse illum ea claritate , ut ipsi præ eo nulli haberentur . Erant in his Medici quidam , qui videntes non modò ex Dania , sed ex regionibus etiam cæteris maximam ægrotorum turbam ad Tycho-nem confugere , & spagyrica illius remedia , quæ quibuslibet gratis largiebatur , experiri scœliciter , ac morborum etiam vulgo habitorum insanabilium , levamen sentire , livore insigni exardescerebant , & quæ poterant apud quoslibet , procerisque potissimum , quibus prætabant opera , ipsius nomen traducebant . Itaque non longè ab ipsa inauguratione Regis , annis octodecim jam majoris , cùm forent novi aliqui ex Magistratibus primariis , tam sua sponte , quam alieno instinctu male in Tychonem affecti (fuere autem in iis tam Aulæ Magister , quam Regis Cancellarius) cœpere ii primum exaggerare exhaustum

stum ærarium, ac necessitatem revocandi factas compluribus pensationes, maximè vero erogatas in res nihil, ut illam Tychonis. Causati deinde sunt Norvegicum feudum nimis diù ab illo possedium; ac par esse, ut eo aliis donaretur, qui posset patræ operam magis frugiferam collocare. Denique probro illi verterunt, quod incolumē non servaret Sacellum illud Roschildense, cuius causâ dudum fruebatur præbendâ sancti Laurentii; jam quippe præ ejus incuria, & esse araneis obvelata omnia, & tota penè effracta, dilapsaque fenestrarum vitra. Quare & fuit ex ordine privatus hisce omnibus, Rege partim inscio, partium fucatis hujusmodi artificiis præoccupato: quodque Tychonem magis permovit, mala Cancellarii mens fuit, qui cùm deberet farta recta legitima acta tueri, & cedentia potissimum in tantam patræ gloriam, ipse illa exautorārit, disertisque verbis ad eum scripserit, non esse Regi integrum quicquam in Astronomicorum Instrumentorum curani conferre, ac memoratain demum præbendam suos in usus converterit.

Hæc inter, Tycho, cùm iam non posset ex redditibus propriis in tot sumptus sufficere, neque sustineret tamen in suscepta tantis animis Astronomia cura non generosè perseverare, cœpit quidem de requirendo apud cæteros patrocinio, ac ad eò de sede Urania alio transferencea consilium; maximèque, quia subveritus est, ne odio, ac auctoritate malevolorum increbrescente, ipsum quoque Huennæ feendum, tametsi ad vitam concessum, sibi adimeretur: constitit tamen adhuc illeic cum universa familia, nihilque emovit, aut de observationibus, aliisque laboribus quicquam remisit, quo usque vere in sequentis anni, qui fuit M. D. xcviij. statim ac millenarii Affixarum 1597. numeri verificationem perfecit, quæsita Hafnia domo, transtulit in eam minora, levioraque organa, ac reliquit ferè ea solūn, quæ ad Stellæburgum defixa majora, gravioraque erant. Nempe cogitabat supellecilem totam eas in ædis concludere, ut directioni minus patienter, ac liceret facilius, aut unà secum avehere, aut quæsumum postmodum mittere, unde opus foret. Quia interim vero, bonis bene multis facinus indignum repugnantibus, obinurimuratum variè est: idè facta quædam securitas fuit tum retinendæ Insulæ, tum servandorum sine noxa hærentium in ea organorum. Quod facinus porrè elevari speciosa quapiam ratione posset, ipse Aulæ Magister Christophorus Walchandorpious, diuturnum fovens odium abusque



159. rixa ob vulneratum sequacem Tychonis canem excitata , duos definavit in Insulam viros in doctis vulgo habitos (inque iis Thomam Feuchium) ut de Tychonis studiis referrent. Ii autem vulgari dumtaxat Sphæræ cognitione imbuti , & quæ organa vocarentur, usurparentur , infervirent , nescii , ita loquuti ad gratiam sunt , ut declarârint Tychonis studia nihil omnino pendenda , ac esse non modò inutilia , sed noxiæ etiam curiositatis. Id prætextui deinceps fuit , ut cùm Tycho , relictis quibusdam in Insula famulis , degret maximè in urbe , ac tum aliquid semper observaret , tum translati etiam aliquot clibanulis , Chyniæ vacare pergeret , Aulæ Magister vetare illi per Prætorem jussit , ne se amplius hujusmodi exercitationibus dederet ; atque id quidem nomine Regis , qui in Germania tamen aberat ; quippe ducturus in uxore Annam Kathariram Joachimi Friderici Marchionis Brandenburgici filiam , quam & re ipsa dux Hatterflebiæ , sub finem Novembris . Contigit quoque , ut petulantes quidam irruevere in ipsum tentârint , ac Paltorem etiam Parochiumne ejus male exeperint , & provocatus ad ultionem Judex , ne jus dicceret , inhibitus fuerit.

Hicce ergo de causis Tycho nihil esse amplius morandum censuit , perrexitque adeò avehere Huennâ quicquid rerum mobilium fuit , ac ferè dumtaxat memorata illa organa reliquit , bonæque fortunæ , & Coloni' curæ commisit , tanquam non antè inde exportanda , quæ sedes certa , tutaque apud exteris foret constituta ; ne si pluries emoverentur , labem quampliam contraherent . Conduxit subinde one-rariam navim : inque eam imposuit cùm totam familiam , supellecstilemque , tum emota jam organa , ac unâ Librorum typis commissiorum exempla . Familiam cùm dico , non modò uxorem , duos filios , quatuor filias , ac famulos simul , ancillasque intelligo ; sed majorem etiam studiosorum partem , qui euin rogârunt , ut eandem cum ipso experiri fortunam liceret . Fuit in iis Franciscus Gal-nebus Tegnagellius , adolescens nobilis , qui Tychonis quoque fuit post-modum gener . In aliis vero , qui tum sequuti Tychonem non sunt , fuit Longomontanus , qui cùm inclinante jam vere expetiisset in præcipias Germanic Academias excurrere , abeundi veniam sic imperârat , ut Tycho illum non sine hac commendatione dimisum voluist . Ego Tycho Brahe Ottonides , Dominus hereditarius de Knudstrup , & arcu

Vr. m-

Vranburgi in insula Dania Venusia Fundator, & Praeses, tenore presentium 1597.
testor, quod harum exhibitor Christianus Severini F. Cimbricus, mihi in Astro-
nomicis exercitiis per officium fermè fideliter navaverit operam, & in ca-
teris preterea se gessorū, uti virtutis, & bonarum literarum amantem docere
posset. Nunc verò, cum à me missionem peteret, non invitè dinuntendum cen-
sus, suoque arbitrio relinquendum. Commendatum igitur volo omnibus cuius-
que ordinis, & status, ut illum sua humanitate, & beneficentia comple-
mentur. In cuius rei fidem Sigillum meum apposui, & manu
mea propria subscripti: Hafnia Kalendas
Iunii M. D. XCVII.

T Y C H O B R A H E.

S 3

D E.

TYCHONIS BRAHEI VITIA.

LIBER QUINTUS.

VELA igitur fecit Tycho æstate pénè media, ac iter direxit Rostochium, tum quia & urbein familiarem, & multos in ea amicos ab adolescentia habebat (imprimisque Henricum Brucæum, cui pridem donârat Quadrantem orichalcicûm) tum quia illeic videbatur promptior, comodiorque exscensus, & locus satis opportunus, unde quocumque vcaretur, aut tendere sponte libereret, eò iter institueret; ac ubi interim non-nihil exspectaret, si fortè in patriam; animis mutatis (quod ob bonorum indignationem non desperabat fieri posse, ut eveniret) revocaretur. Cùm appulisset tamen Rostochium, non diù fore illeic ob increbrescentem de peste rumorem, hærendum præsensit. Quae & Organa præcipua crux è thecis, conditorisque suis noluit, sed Radium duntaxat Astronomicum, si quid fortassis videretur obser-vandum, ad manum habuit. Hac verò ratione sub finem Octobris ob-servavit Martem inter Stellas Geminorum versantem, variasque ejus distantias à circumvicinis Stellis denotavit, & quod interim alia ra-tio designandi tempora non suppeteret, ea deduxit ex Stellis Cygni, observando putà perpendicularia, in qua illæ ex ordine coincidebant cum Stella Polari. Verum, iam tum peste uberiori grassante, deflexit in Holsatiam, accessurus ad Henricum Ranzovium, qui peramanter illum ad se, arcepsique suam Wandesburgum, non amplius dimidio-milliaris distancem Hamburgo, invitârat. Illeic humanissime exceptus,

tencre

tenere se non potuit, quin Elegiam conderet, quam tametsi longiusculam, quippe Hecatonsticha est, non erit forte legere, si heic apponatur, importunum.

Dania, quid merui? quo te, mea Patria, lesi
Vtque aded, ut rebus sis nimis aqua meus?
Scilicet illud erat, tibi quo nocuisse reprehendar,
Quo meius per me nomen in orbe geras?
Dic age, quis pro te tot, tantaque fecerat ame,
Vt reverent famam cuncta per Astra tuam?
Quid facturus adhuc? quis, que meliora reliqui,
Digeret expedient usibus apta suis?
Mittitor is VVennam, socio comitatus ab imo,
Secreta Vranie, quem bene nosse putant.
Venit, & ut vidit spectacula maxima Divine,
Pauca licet remanent, obslupuisse ferunt.
Quid faciat rerum ignarus, qui talia pandit,
Nec conspecta unquam, nec sibi nota prius?
Adstat inexpertus; Fabricatum non una querit:
Qua referare nequit, vellicat invidia.
Nec mirum, meum bunc quia forte instruxerat osor,
Qui mihi jamdudum clam parit omne malum.
Hoc quoque sic à te, Tellus nativa, ferendum?
Hee etiam meritis gratia danda meū,
Vt que nosse nequis, carpas, oneresque capillis,
Multimodo nostrum demimusque decus?
Te celebrem studiū meritis celebrare per orbem:
Tu mibi dic sed, cur destrabis immerit?
Hec sed parva puto: longè his graviora ferebam:
Vix istheic nostri cura, favorque fuit.
In patria Larus, toro penè cognitus orbe;
Vt multos alios delituisse liquer.
Sunt alii feudis, titulis, & honoribus aucti,
Par quibus aut etas, aut genus esse nequit.
Ast ego Brachsen de quinis fratribus sumus,
Et genus primus, vix reputatus etiam.

Non

1597.

Non tamen invidet; miseret magis ista sequitur.

Nil quibus est solidi quoque caducanum.

Vix aliqui nostros ibi suffexere labores;

Herculeum quamvis equiparare licet.

Alcides fesso, ut ferrut, subvenit Olympo,

Ne rueret præcepis machina vasta Poli.

Ait, Prolocomes, tuus, Alphonse, Copernice, vestris

Lapibus occurrens ipse ego fisto pedes.

Ut Cæli restraint delusoribus orbita curam

Edocu; licet hec cura stupenda foret.

Firmavique novis Cæli Laqueraria fulcris;

Ne capiat rimas postea, neve ruas.

Posteritas grato veluti testabatur ore,

Nostra licet jam nunc gratia muta filer.

Quanta Mechaonia simul ac effecimus arte,

Quæ facile agrotis languida membra levant.

Datus, si taceas, Norici, Sueciique loquenentur,

Sensit ubi nostram plurimum ager operem.

Nec tamen heinc lucrum settabat, ut undique moriu;

Gratias quippe dabam pars labore gravi.

Nimirum hoc fuerat, cur tanta odia invida sensi;

Heinc abitu nostri manat origo vetus.

Quaque diu latuit, nec aperte cognita, donec

Invidie virtus quis stabiliret, erat.

Sic vitium populit virtutem, non mala causa;

Discessu in nostro crimen abesse pura.

Quantas sustinui curas, impendia quanta,

Vt fieret celsum, quod meditabat, opus?

Quam multis etiam Sophia mysteria pandi,

Quos alius longum sumptibus ipse meis?

Pluraque praeterea, vereor qua dicere cuncta,

Ne proprias laudes enumerare ferar.

Pro quibus, ô Superi, mihi gratia redditâ talis,

Sex ego cum natis, matreque ut exsul agam!

Sum tamen haud exsul, libertas obrigit ampla;

Exsiliūm in patria verius ante tuli.

Nunc ego prosper ago ; proprii nunc juris alumnus ;
 Nunc tibi pro patria maximus orbis adest.
 Excipiant alii , sic proficiente Iehova ;
 Gratus erit amicis nostrar ubique labor,
 Tu lucet hunc remuens sternas , dannisque fatiges,
 O Patria , ô Landis prodiga fætua tua.
 Ergo ingrata vale : patria est mihi quilibet ora,
 Qua volet etbereis aqua litare sacris.
 Qua volet & nostros agnoscere grata labore,
 Que mihi pro meritis non feret immertia.
 Danus sed , fateor , satis inexcusabilis in se est :
 Condolet , & proprii ingemit ipsa malis,
 Tu quoque , magnanum Federici heroicæ Proles,
 Inscius bac culpa , Rex generose , yacat.
 Invitisque alii , animus quibus integer , ista
 Funt : Dii faciant non mage prava sequi.
 Sunt aliqui pauci , quibus haud tamen ipse nocebam ,
 Qui mihi , qua possunt arte , doloque nocent.
 Hi valeant , meritisque suis , que digna reportent ,
 Vindicis ut statuerent iussa verenda Dei.
 Salve Ranzoum , venerande Henrice , propago ,
 Vranianum primus qui capis hospitio
 Heuc , ubi rictus Hamburgi membris altis ,
 VVandesburga novas arx habet alta domos .
 Quis tibi construxit memoratus si optimus Heros ,
 Otto gerens vita lustra peracta sua .
 Det Deus astrigeri sapiens moderator Olympi
 Nos hac utiliter sorte , locoque frui ;
 Ipsi si cunctis pateant miracula terris ,
 Estere in abstruso que laruerit dñs .
 Quin tue , Ranzovi , donec tibi sidera Cælum
 Vindicat , Hospitiis fama superflues erit .

Quoniam vero mens Tychoni non fuit sedem illeic fixam habere , &
 ab usque communicatis cum optimo Curtio consiliis , menti semper
 definitum habuit , & spem , & rationem studiorum ponendam esse in
 Cæsare : ideò re deliberata cum Ranzovio , curaturum se Ranzovius

1597. recepit; ut Coloniensis Elector, cui Cæsar multum tribueret, literas ad ipsum haud vulgareis daret, & alias quoque de meliore nota scriberet ad Ioannem Barvitium, qui à Secretis Cæsari, nihil non apud illum posset (cùm & aliunde incitorum Tychonis foris conscius, re constante ex subscriptione relati antè diplomatici) idque, quò negotium ut certius, ita citius promoveretur. Ipse quoque Tycho ad Hagecum scriptis, & quicquid consilii cepisset, quidque animo agitaret, aperuit, ut partim seipso, qua erat apud Cæsarem gratia, partim Rudolpho Corraducio Procancellario intercedente, ad eundem scopum collinearet. Cùm nosset verò Imperatori mirè placere Machinas raro artificio spectabileis, & studia etiam Chymica à solertioribus exculta; ideò cogitavit edere quam-primum Astronomiæ suæ Mechanicam partem, ut ipsi illam nuncuparet, exemplumque transmitteret, in quo non modò conspicerentur, tot Organorum exquisitorum, quæ secum deveheret, icones, sed ad calcem quoque significaretur quantum studii, & operæ circa Chymiam ab ipsa usque adolescentia impendisset. Itaque, quia jam in Huenna curârat non ædificiorum, & Insulæ modò, sed præcipuorum etiam quorumque organorum iconas quæ zri, quæ buxo incidi, ac descriptionem quoque adumbrârat, quam adhibiturus esset singulis; ideò cælaturas digessit, descriptio-nesque omnium absolvit; ac evocavit Hamburgo Philippum de Ohr Chalcographum, cui devectum Huennâ Typographon committeret, ac unâ totius Operis excudendi curam. Ipse Præfationem interim conscripsit, qua nuncupato Cæsari Opere, tum insinuavit, quid discriminiis inter usurpata à veteribus, suaque Instrumenta foret; tum declaravit se *Primo loco* exhibitum organa observandis Altitudinibus, Azimuthisque comparata (*Quadranteisque potissimum*) *Secondo* Ar- millas tam Zodiaceis longitudinibus, & latitudinibus, quæm Äquatorias, rectis Ascensionibus, Declinationibusque designandis idoneas. *Tertiò* Organa alia (& Sextanteis præsertim) intercapelinibus scrutandis inservientia: *Quartò* nonnulla minutiora; tum illa quoque de- mūn recensuit, quæ quasi parerga adhibita voluit.

Dicendum hec foret de ipsis Organis, quæ deinceps sua serie de- picta, descriptaque habentur; at debent, quæ fuere superiùs de ipsis dicta, sufficere; attingendumque solùm jam est, quid fuerit subinde attextum. Attexuit ille igitur quandam suæ vitæ quasi *Synopsin*, cum

Ob-

Observationum progressu à vocatis Puerilibus, per Juvenileis, in Virileis; cum recensione eorum, quæ à xxv. potissimum annis circa Solem, Lunam, ac Stellas, tam Inerranteis, quam Erranteis, ipsamque etiam Novam, & circa Cometas quoque præstiterit; commemoratis præterea ad calcem Astrologicis, Spagiricisq[ue], seu Chymicis, de quibus mox antè præmonuitinus, studiis. Subiectis verò cohærenter, & quasi occasione pagellarum vacantium, memoratas illas tam Curtii, quam Magini Epistolas, & mentione etiam decreti Venetorum facta. Tum se expetere declaravit, communicari secum maturè observations organis à Magino descriptis peractas, *quod nunc*, inquit, *commodius fieri posse existimat*; siquidem in Germania degam, atque hoc tempore prope Hamburghum, Emporium celebre (quod cum Italia quoque plurima habet commercia) in arce quadam Ranzoviana subsistam; aut etiam, si alibi forte post-hac in Teutonia fuerim, id quicquid erit, facile me inveniat: Tum adhortatus Venetos est, ut exsequutioni heroicum adeò, ac liberale decretum mandarent, destinantes idoneum Observatorem Alexandriam, ut, cùm verisimile foret Ptolemaeum exquisitè adnotasse Poli in ea urbe altitudinem, exploraretur num eadem iam, quindecim nempe post sæculis, altitudo perseveraret, an variata foret aliquatenus, ut Mathematici quidam Itali (maximèque Dominicus Maria, Præceptor Copernici) suspicati fuerant; ac non modò id exploraretur, & per Meridianas quidem tam Solis, quam Fixarum altitudines; sed Stellæ quoque ad usque Canopum nobis Borealibus inconspicuæ, cum nobis conspicuis sic comparentur, ut restitutis illarum locis observationes veterum illeic peractæ possent expendi. Ego verò, inquit, quantum in me est, huic negotio auxiliatrixes etiam ferre manus, sive Instrumenta, & media ordinando, sive ea, que facienda sunt, præscribendo, nullatenus erga vos meo defuturus sum officio, quod vobis omni cum obsequio semper reverenter offero; quamvis non difficeat inveniri in Italia, &c.

Postremò Appendicem adjunxit de Architectonicis Structuris, quæ Observationibus Astronomicis sint præsertim congruae. Eas autem describens expedit imprimis, ut & locus editus sit, quò Horizon unidique pateat; & aliunde procul à turba, ut otio frui Philosophico liceat. Deinde, cùm cuivis non contingat, aut nasci, aut degere posse in locis Australioribus, ubi rectior Sphæra, & serenitas crebrior; opertere ait ea esse contentum loci, & temporis occasione, quæ ad manum

1597. fuerit, & incommoda, si quæ incident, constante diligentia superare. Habere etiam Arctoam oram sua commoda, ob longiores noctes, quodque, inquit, intento suo gelu, spirantibus presertim Borealisbus ventis, ærem ita deparet, & extenuet, ut pluribus saperemus concutis diebus defasciatissimus sit; adeò ut Stella noctu quam-maximè fulgeant, atque scintillent; cum tamen in Australioribus regionibus creberrimè aut Caelum alias rubrum obducunt uolum sit, & caelestibus considerationibus minus pateat. Meminit subinde Land-gravium exoptasse sibi (nimirum Tychoni) Australiorena sedem; idque, inquit, opima intentione cum fecisse non est dubium, forè etiam quod me istibuc alliceret: atqui ego, pergit, existimo in Dania non pauciores, quam vel in Hafnia, aut quavis alia Germanie parte (uti de ceteris Europa regionibus nunc non dicam) obtineri posse Siderum observationes; nisi quod nonnulla Stelle in Australioribus plagiis orientantur, que in Borea perpetuo latent: quod tamen non magni est momenti, nec ad Astronomie restorationem admodum conductus. Testari id poterunt, ita adhuc pergit, Libri unus, & viginti manu-scripsi, qui penes me sunt, totidem annorum accuratisimas observationes in Dania petactas compleientes; quot, & qualem vix alibi, ut ut in magis Meridionali regione, à quaquam interea (absit invidia dicto) obtentas esse arbitror: In quibus non solùm omnium Planetarum singularis annis, & ne quidem Mercurio ratiis, ob manorem à Sole digressionem apparente, loca, & vicissitudines crebro, & multis variis explora-ta habentur; sed & Inerrantium Stellarum, quotquor visus secundum patent, positus subtilissime denotati sunt.

Quod ad ædificia demum attinet; ea ferè scribit, quæ ipse in praxin deduxit, quæque intelligi ex ante-dictis licet. Unde & adhibet, quasi in exemplum, Ortographum, Icnographiamque tam Uraniburgi, quam Stellæburgi, unà cum appositis singularium partium descriptionibus, Topographiaque etiam Insulæ, cui quod subjicit, non vide-tur heic prætereundum. Insunsi autem, inquit, in his omnia ultra Tonnam auri. Quocunque enim, sive è Beneficiis regis, sive propriis redditibus annuis conquirere licuit, in eos usus expendebam: ut de molestis, & laboribus ingentibus, quos istheic per annos xxij. sustinui, nihil addam. Ex his, & aliis quivis cordatus facile estimare poterit, me non-nisi gravissimis de causa, presertimque in hac quin-quageneria etate, & magna familie copia, Insulam tantum constanter, in quaque Patriam dulcissimam, inque ea sanguine junctos, atque amicos quam-placitos deservisse. Quæ vero, quantaque me ad hoc impulerint, volens heic subitoce. Interim seruissimum Regem meum Christianum IV. Dominum clementissimum, qui laude-

tissime

tissima memoria Patri Friderico Regi horum isthetic Fundatori, & Promotari nuper 1597: successit, libens excusatum habeo. Neque enim ambigo, si tempestivè & sufficien-
ter, qua hoc negotium Regno fortassis non in bonis fructibus concernire, ipsi proposita
fuerint; quia pro ea, quia est, heroica natura, & ingenio perspicaci, generosoque
animo, & ad ingenias artis propenso excellenter praeditus, hac Regibus dignissima
studia clementer, & liberaliter in suo Regno conservaturus, ac perpetuaturus fuisse-
set. Sed forte sic erat in fatis, quo Astronomia restauratio latius promulgaretur,
aque universalior redderetur. Quin & hoc quisvis facilè perpendet, quam seria
& enixa Astronomia restauratio nobis cordi sit, eam tot labores, aquae impensa,
tot conturbationes, & adversitates ejus causa fortiter ferre voluerim; adeò ut, ne
partiam quidem, ac chariflma quaque derelinquere dubitarem.

Tantus amor nobis Astorum expandere normas!

Neque verò sunt etiam heic carmina illa reticenda; quæ inter descri-
bendum Uraniburgum illi exciderunt.

Vrania sacra domus, specula inclita Cœli,
Excelso fundata loco, firmataque vallis,
Arboribusque, herbisque suis circumfusa in horris;
Quæ ter septenos lustrasti cuncta per annos.
Sidera, iam caput augustam sustollis Olympo;
Sic-cine spreta jaces? sic nunc urbata quiescis?
Forsitan id Superis risonum, quibus entheo cura;
Ne magna exiguis stringanter munera claustris.
Sic volvunt, varianteque vices terrestria queque;
Sit tibi lans soli, quæ Cadum, & Sidera torques.

Sed hæc quidem de Operc illo, cui tum Wandesburgi excuso factus
titulus, Tychonis Brahe Astronomie instrumenta Mechanica; idque cum sub-
 juncta, non Tychonis ipsius effigie, ut in Norimbergensi editione;
sed imagine illa, cui fuisse adscriptum superius memoravimus: Su-
fficiendo despicio, uti & alia ipsi obversa opposita fuit ad Operis calcem,
cum hac adscriptione: Despicendo sufficio. Dies porrè ad quem factam
Nuncupationem retulit, fuit ultimus anni, seu Peridie Kalendas Ja-
nuarias, ut foret occasio transmittendi Librum, quasi Strenam ad
Cæsarem. Transmisit verò etiam exemplum MS. Catalogi, quem
tempestivè absolverat mille Affixarum Stellarum (ducentis nempe in-
terstitiis, additisque ad octingentas, quarum in Libro de Nova Stella
Canonica expolitio est) idque præmissa, quasi in locum Præfationis

1598. Epistola, ad diem Januarii secundam relata. Dēduxit fusiſculē in ea quid fuſſet à Majoribus, quid à ſeipſo praſtitum circa obſervationem, conſignationemque Stellarum Inerrantium; & cujusmodi eſſent qua-
dani Tabulæ Catalogo transmifſo ſubjunctæ. Quia enim fuit Longi-
tudo, Latitudoque Stellarum relata ad annum completem M. DC. i-
ded attexuit duas Tabulas, quarum in Progymnaſmatis altera antece-
dit, altera conſequitur Canonicaṁ expoſitionem de Stellarum pro-
gressu in longitudinem per annos antecedenteis, perque conſequen-
teis ducentos. Tabulam itein, qua ibidem exſtat, continens centum
ſelectarum Stellarum Ascensiones rectas, & Declinationes ad annos
completos M. DC. & M. DCC. Tabulam quoque Refractionum, qua
in eodem Libro, ac præterea Tabulas duas continentis Longitudi-
nem, Latitudinem, Ascensionem rectam, & Declinationem xxxvij.
Stellarum, xij. ex Zodiaco, xij. Borealiūm, xij. Australium, tam ſecon-
dum iſum, quam ſecundum Alphonſum, & Copernicūm; ut quid
inter iſtos, iplumque foret discriminis, conſtaret. Pertexuit & ulim
harum Tabularum, primarumque duarum ſpeciatim, in quarum exem-
plum Natale iſius Imperatoris tempus aſſumens, iſum retulit ad an-
num 1552. & diem Julij 18. Ad Praeſationem ut redeam, illam hiſce
verbis conſlusit. *Tibi vero, Augustissime Imperator, hanc à nobis multa
amis exauſtam, & tandem canonice deſcriptam Stellarum Inerrantium expo-
ſitionem ſubmifeſ, & reverenter omnium primā offerendam cenuſimus, ut tua cle-
mentiſſima voluntate hec iſpa ſuſcipiens, me, & ea, que traſtō celeſtia, & ſub-
limia exercitia in posterum Casareo favore, atque clementia complecti non dedge-
ris. Hanc igitur iſam iſtantis bujus anni ſtreuſionem, ut tua Imperatoria Majef-
tati vultu accipias, & excipias, ſumma demifione rogo. Cui me, meaque ſtudia
omnia ad obſequia quevis pro virili preſtans paratiſimia, quam humiliuſe voro.*
Dabanthur prope Hamburgum in arce Rantzoviana VVandesburgo, circa terminus
Germanie & Cimbrica Chernoneſi, Anno 1598. poſtridie Kalendarum Ianuarij.

Quod heic dicit Catalogum fuſſe Cæſari primā offerendum, facit,
ut obſervem curaſſe Tychonein per hæc tempora plura per Studioſos
exſcribi memorati Catalogi, Praeſationisque, & adjunctorum, qua
ad varios mitteret, exempla. Quippe aliqua delinavit ad celebreis quaſ-
que Europæ Academias, teſtaturque Kepplerus ſe unum, cum ab eo
in Styria in rediret, habuisse, quod ad Academiam Viennensem (quo-
māni cō quapiam occaſione erat digreſſus) deferret. Ubi notandum,

cū

cum Kepplerus Catalogum sibi ex eo descripsisset, descriptum hunc 1598.
 esse, quem suum appellat, cum ad Tabularum Rudolphinarum cal-
 cem recenset, quid discriminis circa aliquarum Stellarum designa-
 tionem adnotatur. Destinavit & aliqua ad Mathematicos præciuos,
 imprimis vero ad Maginum, qui Hipparchi commendatione ex
 primo Progymnasmatum Libro referens, addensque Ptolomæum
 ejus vestigia in sequutum nomen obtinuisse Principis Astronomia, ha-
 beri id dicit in Praefatione, quam, inquit, ad Rodolphum secundum de In-
 errantium Stellarum verificatione conscriptis, & mibini manu scriptam, cum ea-
 mandem Stellarum absolutissimo Catalogo communicavit, ubi censet descriptionem
 Stellarum Fixarum, qua ex Ptolemai magna Constructione ad nos propagata est,
 fuisse ipsiusmodi Hipparchi. Denique destinavit etiam ad Magnates ali-
 quos, literarumque, & literatorum sautores, unumque praeceteris
 ad exiunium Principem Wolfgangum Theodoricum, Salisburgensem
 Archiepiscopum, quod mihi aliquando, erudito Roboreo interce-
 dente, concessit in manus. Fuit vero Catalogus cum adjunctis ma-
 gniſicè compactus in unum cum Mechanica Codicem, in cuius pagina
 Mechanics titulum præcedente exaratum manu hoc fuit. *Illustrissimo,*
& Reverendissimo Principi, ac Domino, Domino VVolfgango Theodorico Archiepisco-
po Salisburgensi, & Sancte Sedis Apostolice Legato, Domino suo clementissima.

Accipe clementi, Princeps VVolfgange, favore

Organa fidereas apta notare vias.

Hu ter septenos Iustravimus Astra per annos:

Sustinxit tantum donec Huenna decus.

Ast ubi tam grandeis ea parvula ferre triumphos.

Amplius haud valuit, fataque versa retro:

Provida Diva Pol, cernens inflata rumans,

Transtulit hec alio, quod mage tuta forent.

Indignum reputans sua Sacra perire sub Arcto,

Qualea vix alii splendidius Astor habet.

Ergo Caesaribus nunc consecratique, dicatique,

Fulta sub auspiciis, Magne Rudolphe, tuis.

*Illustrissima, & Reverendissime Celsitudinis restra summisè addictissimus Tycho
 Brahe dd. Subscriptus nimis rùm Tycho manu propria. Pagina vero ap-
 tecendens Praefationem, cu[m] Catalogo, sic habet.*

Hoc

1597.

Hos quoque stelliferos cape, Princeps inclite, fatus,
 Quos operosa diu noxque, diesque dedit.
 Debuerant equidem quibus oris, fulgere in oris,
 Et jubar heic imos spargere ad Antipodas :
 Ni Superis aliter visum, qui fata gubernant,
 Vraniaeque aliter, que sua Sacra fovet.
 Nescia contemni, fraudari, odia invida noxas ;
 Censurisque rudeis, Sordidemque pati,
 Plurima quoque alias fanda, atque infanda tulisset ;
 Regna nisi mallei nunc peregrina sequis.
 Nec peregrina tamen; Calum tota undique Tellus
 Suspicit, aethereis, invigilatque viis.
 Prosperrora igitur celestia Numina respondent :
 Tanta nec ingratis sunt peritura viris.

Cùm sit porrò de hoc Codice quidpiam iterum infrà attingendum, juvat heic solum circa Stellarum Catalogum subjecere, consentire eum quidem parte maxima, tam cum inserto in Librum primum Progymnasinatum, circa octingentas Stellas, quām cum Kepplerino circa ducentas additas; sed & præferre aliiquid tamen non contemnendi discriminis, quod si hic locus pateretur, non invitus in gratiam Studiosorum coimmemorarem. Quippe præter Stellas plus minus vinti, quarum Longitudo, Latitudo non amplius differt, quām minuti dimidio; sunt ultra triginta, quarum aliquæ differunt, non minutis modò uno, sex, septem, novem, decem, viginti, triginta sex, verū etiam gradibus uno, duobus, quatuor, quinque, octo, decem. Alias fortassis dabitur occasio commodior ista recensendi; observo duimtaxat videri tam hunc, quām Kepplerinum Catalogum, cosque, quos ille Longimontani, & Piseri, ut à suo interdum discrepanteis, citat, non videri ex eodem quasi prototypo, ectypovc descriptos; quandò præter mox insinuata discriminis, Stellæ pleraque aliter in hoc, quām in illis indigitantur; habenturque in hoc ex constellatione Ophiuchi Stellæ xij. quas Kepplerus suo defecisse testatur; itemque una in Geminis, una in Ophiuco, una in Eridano; quarum ille non meminit; ac nomina etiam duarum in Cycno Stellarum, quæ ille non apposuit. Sed heic quidem hac de're nūmis.

Cùm providisset interea Tycho duas fore in sequente Februario
 Eclip-

Eclipsis, alteram Lunæ, alteram Solis; idè aliquia Instrumenta suis è thecis eduxerat, Quadrante inque, & Armillas specatim, quibus etiam observavit attolli Wandesburgi Polum grad. 53. min. 36. Quanquam & ut educeret, non postrema illi fuit causa prona voluntas Joannis Mollerii, Mathematici Brandenburgici, qui tempore quidem coronationis Regis illum in Huenna inviserat; sed non satis tamen pro voto morari cum ipso potuerat: & cùm deinceps Regina fuit Brandenburgo deducta in Daniam, se in comitatum dedit; & non reperto illeic Tychone, ad eum in Holfsatiā deflexit. Fuit ipsi, ut Mathematicum ingenium, sic manus ad Mechanicen hū facientem industria; unde & obsequio affectus pleno accidente, quandiu cum Tychone illeic fuit, Studiosorum, quos Tycho semper sustentabat, pensis, & laboribus præfuit, ac poste à discedens pollicitus est, ubicumque Tycho sedem poneret, se ad ipsum, veniā à suo Principe imperatā convolaturum. Quod idem quoque pollicitus David Fabricius Friesius est, qui ipsius famā permotus eum illeic morantem invīsit, & suam in observando industriam eximiē probavit. Sed de Eclipsibus ut dicam, contigit ea, quæ Lunæ fuit, die ejus mensis x. manè; cuinque desierit Lunā jam infra horizontem demersā, deduxit, calculo adjuvante, contigisse Uraniburgi ejus Medium horā 6. min. 7. Non fuit autem, ut sperarāt, totalis; siquidem superfuit per summum defectum digiti dimidium. Ad Solarem quod attinet, observavit illam die ejusdem mensis xxiv. etiam manè: & ex initio, quod adnotavit hora 9. min. 52. aliisque phasibus, deduxit Medium fuisse Uraniburgi, tribus circiter gradibus orientalioris, hora 11. ac min. 16. idque cum defectu digitorum 9. min. 20. Nihil morandum interim est, quod Keplerus in Opticis scriptit, fuisse hanc Eclipsin in Huenna Daniz à quodam Tychonis studio contemplationis hujus causa in Insula versante, observatam: siquidem ipsemet se postea in Rudolphinis Tabulis fuisse hallucinatum ait, agnoscitque observationem, qua Finis proditur hora 12. min. 32. neque Tychonis esse, neque Uraniburgicam omnino, sed Davidis Origanii Francofurti ad Odaram commorantis.

Quo loco id videtur adnotatu dignum, quod ipse Origanus de se hujusce Eclipsis occasione narrat. Videlicet, cùm in priore Ephemeridum editione deduxisset, supputatione ex Prutenicis Tabulis con-



4597. facta, debere Eclipseos initium Francofurti contingere hora 8. min. 50^{1.}; ac totalem penè futuram (digatorum quippe 11. min. 57^{1.}) idem fuisse maturè se ad observationem illius accinctum, & plerique quidem Academiz collegis, studiosisque adstantibus. Evenisse autem, ut initium contigerit sesqui-horâ tardius; quippe hora 10. min. 20. & defectus sumimus non fuerit, nisi digitorum 9. aut perparum amplius: ne de duratione aliquid adjiciam, quæ fuit etiam dimidio horæ, aut aliquid amplius, prædictione minor. Fuisse proinde occasionem factam calumniandi & artem, & artificem; utcumque ipse quidem rectè calculos ex datis Tabulis subduxisset. Subjicit verò, *Calculus autem Tychoicus ad eò exquisitus quoad tempus, & quantitatatem cum observationibus confitit*, ut postquam Tabulas Tychoicas noctu sum, communicante mihi illas circa Pentecostes ferias anni M. DC. II. doctissimo viro Ioanne Mollerio illustrissimi Electoris Brandenburgi Domini mei clementissimi Mathematico præstantissimo, amico meo singulari, & ex iis in hanc Eclipse inquisivi, summopevè admiratum fuerim, tam accuratam limitationem in motibus Solis, & Luna Tychonem adhibere posuisse, ne à meis observationibus calculus quidquam etiam scire defleceret. Supposuit autem Origanus meridianum Francofurensem duodecim minutis temporariū ab Uraniburgico distare.

Non multò pòst accepit Tycho Uratissaviā literas à Jacobo Monavo, ex quibus novit Longomontanum tum eò accessisse, tum fuisse discessurum Lipsiam: quare literas ad eum Lipsiam dedit, hortatusque est, ut ad se, priusquam Wandesburgo digredetur, accederet: quippe esse aliqua, de quibus agere præfens cum ipso vellet, neque tamen commodum fore ea chartis committere. Et, s, inquit, viaticum tibi ad manus non est, mutuò ab aliquo pete, vel oppigneris quid à me, qualedcumque tandem sis, bona fide redimendion: aut aliquis pro te spendet; faxo, ut illis sit indenne. Non eñ, quod vereatis, ne te hec ultra voluminarem detinam: nam ipsem non confutui heic diu manere. Ex statim, vide jam, mi Christiernu, ne fallas expectationem meam; sed quem-primum te heis sis. Invenies me vicissim gratum, ne bujus pro me suscepisti imberis non pertineat. Expectebat porrò illum maximè, ut absolveretur Theoria Lunæ, & qui quaterniones primo Progymnasmatum libro decrant, mandari typis Hamburgi possent, ac in exempla inseri, quæ integra deinceps transserrentur. Nam ipse quidem unius jam prælo quaternionem exprefserat; sed restiterat in eo tamen, tum quod scateret mendis typographicis,

phicis, tum quod Eclipse superæ aliquid adhuc ad perfectam Lunæ Theoriam deesse insinuassent. Interim vero, quia nō rat ex præteriorum Nundinarum Catalogo, exstare Nicolai Everhardi Ephemeridas, ex Novis Tabulis (ut titulo quidem præferebatur) quæ Hamburgi venales non forent; adjectit, ut earum exemplum deferret, & si quid præterea, quod nosset fore gratum, occurreret; innuit, quām grāte habiterus esset, rescire ex ipso quales essent Libri, & Manuscripti potissimum (ac venales-ne, & quo pretio) quos penes Wittichū sororem, Monavio ducente, vidisset. Denique vero; quia superiorē anno Raimarus Ursus, ille Dithmarius, Librum Pragæ ediderat de Astronomiæ Hypothesibus, in quo Rothmannum quideam, & Roëslinum variis probris onerat, sed Tychonem innumeris, occasione eorum, que de se in Epistolis ejus legerat: idē, cūm ejusmodi Liber ad Tychonis manus recens pervenisset, isthac occasione ipsius literis inse-
rūt, *Vidisti proculdubio Plagiarii mei, impari illius Vrsi, maledicentium scriptum, in quo præter alia innumera convicia, meo, & meorum honoris non parcit. Ego quidem refutatione illum indignum censco, cūm omneis modestia limites, iudiciorum longè transcendenter: efficiam tamen, ut non impunitè serat. Cūm tibi de plagiis ipsius, tum quoque omnibus circumstantiis, proculdubio ex aliorum, qui tunc adfuerunt, relatu innotuerit; rogo in charta defigurare velis, quicquid hoc de re à tuis apud me communicationibus inaudivisti (ego quidem nonnulla adhuc recordor; sed posterius aliqua tanto temporis intervallo, & inter tot alias curas mihi facile ex-
cidisse) tum quoque quid alii in Academiis, ubi interea fuisti, de hoc maledicio scripro sentiant. Verum, ut tecumplenius, non tantum de hoc negotio, quod ex alto desfficio, sed & de aliis quibusdam longe majoris momenti locis quamquam, coporem quam-maxime, ut antequam heinc, &c. Fuere autem hæ literæ xxiv. die Martii date, ac subseqvutæ etiam aliaz ejusdem planè argumenti die Aprilis xij. Verum cūm illas Longomontanus accepisset Rostochii, Wandesburgum quidem advenit; sed brevi tamen exinde domum, ut componeret res suas, discessit.*

Sub idem tempus, cūm Tyccho habuisset, quas literas Joannes Keplerus ad ipsum in Daniam destinaverat (& quibus tamen, ut redde-rentur serijs, discessus ex Dania occasioni fuerat) ad illas respondit. Nimirū Keplerus ante annos quatuor è Wirtembergia patria evocatus in Styriam; ut Mathesin Gratii publicè doceret, tamen si valde jovensis (natus quippe Wilz oppido Imperii, sed Wirtembergi-



1598. agri, definente anno lxxij. seu die Decembris xxvij. hora à meridie fessu secunda; & aggressus Tübinge an. lxxxix. studium Philosophicum; ac biennio post, Mæstino monstrante Mathematicum) conscriperat jam anno xc. suum Prodromum, seu Cosmographicum Mysterium, *De admirabilis proportionis Orbium Cælestium, deque causis Cælorum numeri, magnitudinis, motuumque periodicorum genibus, & propriis, demonstratum per quinque regulares corpora Geometrica.* Cumque is Liber anno post fuisset Tübinge editus, & Catalogo Nundinarum Vernalium, quas Tycho discessus consequutus fuit, interscriptus, requisierat statim Keplerus, missis exemplis, ac literis, quod ferrent de eo iudicium, uti Galileus, Maginus, aliqui viri celebres, sic ipse potissimum Tycho, quem ex Mæstino esse habendum, quasi Antesignanum nō rat. Adde quòd reputarāt Librum non fore illi prorsus ingratum, vel eo nomine, quòd ejus mentionem aliquoties fecisset, ac speciatim capite primo, occasione probata: sibi Hypotheseos Copernici, ac hujusmodi quidem verbis: *Vidit hoc felicissimus ille Tycho Brahe, Astronomus omni celebrazione major, qui quamvis quinque de loco Terra à Copernico dissentiret, tamen ex eo retinuit id, cuius gratiā rerum hæc tunc incognitam causas habemus; Solem nemp̄ esse centrum quinque Planetarum.* Itaque Tycho literis, Librique exemplo pellectis, responsum dedit, cuius argumentum *hoc erat*, inquit ipse Keplerus, *ut suspicis speculationibus à priori descendenter, minimum potius ad observationes, quas sumi offerebat, considerandas adjicerem, inque us primo gradu factō, poste à demum ad causas ascenderem, & tale quid in sua potius Hypothesi, quam ipse Copernicana veriorem censebat, communiqueret: denique, ut ad ipsum me conferrem;* quippe qui jam macte transfigeret.

Dimitit deinde Tycho Tengnagelium, vere ruente, in Hollandiam, ac illi commisit, inter cætera, Librorum à se typis mandatorum exempla, offerenda cum literis Mauritio Nassavio, Principi virtute bellica illustri, & Mathezeos perquam studio, qui ut munus gratiè accepit, & perhumaniter rēscrispit, ita se daturum operam recepit, ut Tycho evocaretur ab Ordinibus, ac tam præclara studia impensis liberalibus foverentur. Idem recepit quoque Barneveldius, authritatis apud Ordines magnū: & Josephus etiam Scaliger, cui, tanquam viro nominis inter literatos magni, multum tribuebatur, pollicitus est nihil se intermissurum, quòd minùs res perficeretur, ac vereri se solùm

conte-

contestatus est, ne consiliis Ordinum lente admodum procedentibus, is honos Regioni, & sibi voluptas polliciendi ad se tanti viri praripetatur. Et certè Cæsar, re cognita, mandārat jam Procancellario, ut Tychonem accenseret, fidem illi faciens, fore, ut apud se exciperetur pro meritis, ac ut ejus studiis promovendis nihil prorsū deesset. Heinc per eam æstatem literas non unas, ut à Coraducio, ita ab Hagecio accepit, quibus ut in Bohemiam quamprimum accederet, fuit sollicitatus; & Ranzovius literas quoque à Coloniensi Electore habuit, quibus sperare se optimè de accessu Tychonis ad Cæsarem significavit; adjecitque, si præter suam omnem expectationem contingere, ut illius studiis non satis liberaliter consuleretur à Cæsare, se id ipsum summa animi alacritate præstitterum. Hacce de causa rescribens Tycō ad Scaligerum, & Librorum exempla transmittens (imprimis que de Nova Stella, in quo insigne ejus elogium) tum gratias egit pro tanto affectu, tum declaravit se non invitè in Bataviam demigraturum, quippe placere sibi solertia ejus regionis ingenia; at obstat, quod, dum per annum in ipsis Germaniæ, ac Danie finibus moratur (ut videat, num interim patria, cuius amore distinetur, saniora capiat consilia) invite retur à Cæsare, ac in eo sit, ut Pragam ad ipsum contendat. Quod si fortè ea profectio pro votis non succederit, Ordinesque se, & sua studia pro illius adhortatione, & hospitio excipere, & liberaliter prosequi, ut alia solent, voluerint, se hand illubenter, cum toto apparatu Altronomico, ad eos concessurum.

Atque hæ quidem literæ fuere Wandefburgi ex arce Ranzoviana, die xxiiij. Augusti conscriptæ: quod magis est mirum Kepplerum, cùm de Eclipti Lunæ totali, qua die sexta ejusdem mensis fuit obseruata, loquitur, referre ejus observationem, quasi à Tychone habitam Wittembergæ. Scilicet illa adhuc fuit, tum obseruata Wandefburgi, tum ratione habita Uraniburgici Meridiani, relata ad horam ejus dicti 7. cum min. 37. & Tycho illeinc non discessit, neque Wittebergam pervenit, nisi procedente autumno. Deduxit portræ quidem secum filios, studiososque, ac transtulit simul apparatus Organicum; at reliquæ tamē uxorem, & filias, cum parte maiore supellestilis; videlicet quali semper ambigens de peregrinationis successu. Quod cœpto autem itinere, non Pragam usque perrexerit, sed Wittebergæ constituit (ubi usus est ædibus, consuetudineque carissimi Jessenii) causa quidem



1598. dem fuit, quod & Pragę grassari pestem, & Cæsarem ea de causa abiisse Pilsenam inaudiit; sed fecit etiam maximè, tum quod expereretur uberiùs quale crearetur sui desiderium apud Cæsarem experiri, tum quod cogitaret posse illeic se subjicere prælo quatuor, aut quinque residuos circa Theoriam Lunæ quaterniones (duobus jam antè Hamburgi cisis) sive Librum primum Progymnasmatum integrum in Bohemiam transferre. Quin-etiam, quia Longomontanus spei fecerat brevi absolvendi sue pro Tychone Responsionis, adversus Craigium, de quo jam antè dictum est, speravit posse se quoque illam ita prælo subjicere, ut ex illius accessione Tomus de Cometa effectus complectior, deferri quoque eodem posset: quocirca & illeinc non discedere ante hiemeni exactam constituit. Hac certè de causa ipso anni fine rescribens ad Longomontanum, qui è patria rediens Wandenburgum accederat, & muliebrem illeic familiam (donec Andreas famulos à se rediret, ac ubi esset, & qui valeret, renuntiaret) suâ recreabat presentiâ, significavit velle se, præter quaterniones, quos sub prælo haberet, duos illos recudere, quos ille fuisse corruptè adeò Hamburgi cisis querebatur; cum & posterior etiam recusus, quam antè inemandior, foret. Aperuit etiam, quo desiderio maturari ab illo vellet refutationem Craigii, ut posset quoque mandari typis.

Ut constet verò quanto affectu in vitum semper fuerit, Si res, inquit, tua ullo modo id ferent, ut ad me accedere possem, feceris mihi rem apprimè gratiæ, nec tibi infrugiferam. Cum enim amed à te intellexerim, & ha tua litera (scilicet Wandenburgi datæ) non obscurè insinuerit, quod in Academiam aliquam exteram ascendere cupias, ubi secundum conditionem, atque etatem beneficè vivere possem; poterit id sanè aliquantisper non incommode fieri, donec di-
vina providentia res meæ quietum, & certum locum in porta exceptato, & firm, concedente, ut spero, Cæsare, obtinuerit. Tunc melius tibi, & tuis commodi proficere non omittam; interim etiam de liberali sustentatione meis suantibus tibi providebo, nec quicquam tibi deesse patiar, quod opportuna vivendi ratio exigat: atque ubi præsens fueris (næque enim de tua erga me voluntate, aut obsequio quidquam dubito) plenius de iis, que tibi usui esse poterint, inter nos agemus. Ac statim, Tu verò, mi dilectissime Domine Christierni, te in quam-primum resolve: Ego tibi, & tuū compodū, quantum in me est, nullatenus sum defuturus, sed omni benevolentia, & ad meliora semper promovendi amore, & animi propenitatem prosequar: idque reipublicam in quā verbis, quam-primum se occasio
obten-

absulerit, ostendam. Eodem spectant quoque alias literæ die xij. Januarii 1599. in sequentis conscriptæ. Addit vero in ipsis Tycho non putare se, ut Ursus ille Professionem Mathematicam Pragæ adeptus, adventum operiatur suum; quare & se operam daturum, ut Longomontanus illi substituatur; Sin Witteberga magis arrideat, adesse illic Professorem, qui Urso lubens succelurus, locum lubens cessurus sit. Prætereo autem literas hasce Longomontano redditas fuisse, non Wandeburgi, unde abierat, sed alteras Ripis, alteras Rostochii. Præterea rursum, cum providisset fore se diutulè Wittebergæ, fuisse assensum Tengnagelio exoptanti Italiam per Hiemem invisiere, ac illi idcirco literas dedisse cum ad alios, tum ad Maginum, qui ipsum Bononiâ sub anni initium transeuntem, Romanque pergentem, perquam benevolè exceptit.

Contigit intercà, hoc est die mensis Januarii ultima, Eclipseis in Luna totalis, quæ Wittebergæ observata, non parùm laboris Tychoni creavit. Nam retulit eam quidem respectu Uraniburgici Meridiani ad horam matutinam 5. & min. 50. (habitâ nempe Meridianorum differentiâ minutorum 4. uti ex descriptione Eclipseos, quam Melchior Jostelius Tychonis consilio evulgavit, constat) sed interim tamen, quod Tabulæ motuum, quas putabat se tot jani tentamentis recte instituisse, quibusque edendis jam tuin incumbebat, temporis illius non responderint, ideo pervidit aliquid adhuc inexplorati itineris circa Theoriam Lunæ supereffe. En proinde quid literis die Martii xxj. ad Longomontanum Rostochii versantem datis hac occasione scriperit. Conflueram heic edere sex illos quaterniones, qui in Luna defiderantur, arque sic Tomus Primum Progymnastatum absolvere, ut in hisce Franco-jordaniis Nundinis existare possent: & iam inchoatus erat labo ille Typographicus, postquam papyrus meam impressoriis VVandeburgo accepserim; verum, dum Eclipsei Luna die ultimo Ianuarii diligenter heic per mea Instrumenta attendo, deprebendi ejus Initium per duas quintas unius hora quamproximum calculum præverttere; ideoque à proposito deflui, donec huic deviationi provisum fuerit. Scis enim me exactam requirere concordantium, quoad fieri posuit. Nec fas sit mirari possum, qui fiat, quod Eclipsei anni lxxxij. in Ianuario etiam facta, ac propè Apogeam tam belle nostris numeris conveniat; hac autem pariter juxta Apogeam, & eodem anni tempore ita disrepet. Sospicor igitur aliquam adhuc magnitudinem anomalie Luna subesse. que post aliquot annos,

per-

1599. peracta Eclipsium ad familiam fermè loca restituzione, præsertim juxta Apogoniam & Perigeum evidenter patet. Quia de te tecum, qui omneis nostras Eclipses diligenter examinasti, atque ipsarum varietatem perspectam habes, conferre avertim, ut eò citius huic obstaculo succurratur; quod facile fieri posse existimo: sum enim jam in aliis rebus occupatissimus, ut satis huic disquisitioni vacare nequeam. Si igitur me accesseris cum auriga V. Vittebergensi, ubi istud reversus fuerit, rem mibi apprime gratiam, nec tibi iniurie praestiteris. En verò quid hisce subjiciat. Sum, inquit, demùs evocatus Pragam, ex clementissimo Cæsarib[us] mandato per literas amplissimi Domini Procancellarii Coradii (ut ex adjuncto exemplari vides) & paro manc omnia ad iter, quod tamen ante Pascha ingredi non licebit, ob aquarum nimiam copiam, postquam nives subiò disjuncte sunt, rias difficillimas, & periculosas reddentem. Si adfueris, & me comitari libueris, dabo operam, ut tuis rebus rectius consulatur, quam uspiam alibi. Si verò bec manere, aut redire istud maris, erit & hoc tibi liberum. Ego tuis commodis quocunque modo, quantumque in me est, sedulò studebo: non patiar illum erga te officium desiderari. Vale, & literas has nemini ostendo.

Itaque, cùm pestis Pragensis desæviisset per hiemem, & Imperator se in urbem vere appetente receperisset, discessit eò Tycho vere procedente. Cùm accederet, misit ad eum Cæsar, qui ipsum in Curtianas ædeis in Retschino litas (quas & jussicerat in illius ustum apparari) deduceret; ac vertuit, ne ad se salutandum, priusquam illeic congrue interquevisset, induceretur. Inductum deinceps dicere non licet, quanta illum humanitate optimius Princeps exceperit, qui & non diù suspensam hærente illius mentem voluit, sed statim rata ipsi fecit in annum pensionem tria aureorum (Goldegoldum) millia: ac recepit quoque se prima quaque occasione addicturum illi, familiæque, & posteris idoneum, insigneque feudum; ac domum etiam intra urbem, in quam dum liberet, se reciperet, pro suo genio vitam acturus. Posse illum interea Curtianas ædeis incolere, quibus non fuissent ejus studiis exercitationibusque, sive Astronomicis, sive Chymicis, sive quibuscumque foret libitum, accommodatores reperte; aut, si forte ea extra urbem tractare magis commodum foret, varias sibi esse in vicinia arceis, quarum esset ipsi visam omnium opportynissimam concessurus. Mandavit præterea, ut quicquid quocunque modò necessarium videri posset, ministraretur: ac effectum proinde est, ut Tycho dicere nihil aliud in animi grati testationem potuerit, quam verbis idoneis, quibus

quibus eum testatum ficeret, deficientibus, incubiturum in eo se, ut 1599: totum pro se Cælum loqueretur, ac tota sciret Posteritas, quanto perfugio Reginæ artium Princeps Maximus, Optimusque fuisset. Non addo, quanto cum affectu complexus Coraducius fuerit; qua benevolentia testimoniacione Baevitius; qua exultatione Hagecius; addo solùm, fuisse eum sibi, in que fortunæ gratulatum, quod sibi, ut alteri *Aenez* fata ostendissent quietas sedeis, ubi esset fas regna Urania re-surgere; ubi tot illas machinas, quasi erranteis Deos, agitataque Numinis considerare licitum foret: ubi demum posset illud dicere, *Pereveramus, nisi perissimus.* Heinc, quam-primum lustrata domo, ac penè adoratis, ut sic dicam, quacumque per eam incedebat, optimi Curtii vestigiis (deprehendit autem ut per amplam, ita magnificè extructam) delegit locum maximè omnium observando idoneum; ac fieri curavit pedestalum fulciendo Organo comparatum, ad quaterna cuius latera oblonga hæc fuere depictæ effigies: in uno quidem Regis Alphonsi, ac sub eo sedentium Ptolemæi, & Albategnii: in altero Caroli V. ac sub eo Copernici, & Appiani: in tertio Rudolphi II. ac sub eo ipsius Tychonis, lolius mensæ assidentis, inque Cæsarem respectant: in postremo Friderici II. Regis Danicæ, ac sub eo arcis Uraniburgi, cum subscripto hoc aureis literis Epigrammate, quod Christophorus Arnoldus Silesius, Poëta laureatus condidit;

Urania sacra domus, tuus incola ubi nunc?

Parte Rudolphiæ, respice, Tycho sedet.

Solus amphicis quia Gloria digna Rudolphi,

Sub quibus Astrorum grande pergit opus.

Hieronymus quoque Treutlerus, is scilicet Juris-consultus, quem in Land-gravii funere perorasse meminiimus, cum tunc versaretur in Cæsaris aula, hæc evulgavit carmina.

Marte Alphonsus erat magnum, sed major ab Arte

Semper pictus, maximus & Tabulis.

Quis, licet eximius, licet haud respondeat Astris,

Digna tamen tanto Principe cura fuit.

Iam tua Læs major, major tua cura, Rudolphe.

Qua nova plena novo surgit ab Astronomo.

Hic est ille Tycho, modò quem submis: in orbem

Urania, ille, orbì reddas ut Uraniam.

1599.

Omnibus Alfonsis felicior me Rudolphe,
 Cujus ab auspiciis hoc reparatur opus.
Egypti Astronomus clarus, sat clarus & ille,
Qui modò Terrarum currere fecit omnis.
At mage temporibus clarescent sidera nostris,
Aëre, Rudolphe, tuo; Tycho, labore tuo.

Tametsi verò Organa suis è thecis educta explicuit, idque ut Rudolpho gratificaretur (qui & pervidere ea voluit, & exquisito eorum artificio delectatus est, & quo essent usu studiose accepit; & descriptis majoribus, quæ relictæ in Dania fuerant, adhortatus Tychoneum est, ut ea advechi quam primùm curaret) nihilominus, quia brevi agnoscit non licere sibi in aula tam ampla, tantaque invisentium frequentia, esse quantum vellet, quantumque opus foret, solitario, ac unum omnino ex oblatis extra urbem locis esse deligidendum; ideo segnius se ad observandum, donec in urbe fuit, comparavit. Observata est tamen illeic, tum Eclipsi, quæ mense Julio contigit, tum Poli altitudo, quam aliquoties venatus est ex Meridiana altitudine tam Solis, quam aliquot Stellarum. Ac Polarem quidem altitudinem esse deprehendit graduum 50. min. 4'. Quod spectat verò ad Eclipsin, quæ memorato Julio, ac die ejus xij. sive, stylo novo, xxij. Oriente Sole contigit, nontam ipse eam observavit, quam uni studiosorum observandam cominiſit. Quippe ad Longomontanum scribens. *Eclipsi,* inquit, *Solu in Julio huius anni circa ortum visa, meis Instrumentis Prage quaque in turricula veteris Collegii observata est per Ioannem meum Hamburgensem, adstantibus aliis, deprehensusque est Sol, cum elevaretur duobus gradibus, defensionibus falcam totidem (hoc est duobus solium) minutis, quasi unum digatum de limbo versus Septentrionem inclinato, interrenit Luna amississe, & postea successivè rotunditatem acquisivisse consuetam. Quibus ex verbis intelligitur Eclipsi jam tum fuisse decrecentem, cum in Catalogo perhibetur accessibile (accederéve debuisse) ac digitos trevis, & horā quidem 4. ac min. 8.*

Quod dico autem, *die xij. sive, Stylo Novo, xxij. hoc facio, ut sit occasione admonendi hoc loco, quo scumque mensium, annorumque dies memoravimus (nempe dum observatum, actum, scriptum quid fuisse relatum est) esse eos habendos stylo Veteri, seu quasi ex Juliano Kalendario, ex quo nulla facta detractio: id nempe, quia Tycho ad hoc usq;*

teim-

tempus hujusmodi stylo, prout apud Danos, aliasque aliquot nationes 1599.
moris est, usus fuit, ipsumque in Progymnasiatis constanter retinuit.
Quos verò dinceps referemus dies, habendos esse stylo Novo, seu
quasi ex Kalendario Gregoriano, reformatōve, quod Julianum diebus
decem antecedit, propter detractos totidem ab anno usq; M.D.LXXXII.
& mense Octobri (cujus cùm numerari deberet dies quintus, numeratū
fuit quintus-decimus.) Id videlicet, quia Tycho deinceps hoc eodem
Stylo usus fuit, prout mos est in Bohemia, aliisque regionibus, in
quibus Gregoriana Kalendarii reformatio viget. Qui certe anno supe-
riore scribens Wandesburgo ad Scaligerum datas literas dixerat, *die xxij. Aug. Stylo veteri*; scribens jam ad Longomontanum, datas *die xx.*
Augusti Stylo novo dicit: ac anno sequente, *4. Augusti, Stylo novo, anno
Christi vulgaris, &c.* Et Snellius aliquot ipsius observations referens,
quas appellat Bohemicas, eas descriptas dicit *Stylo Gregoriano*.

Porrò ex arcibus, domibúsve, quarum illi Cæsar extra urbem optionem dedit, quasque sub Maij fine invisit, tres fuere, quas ille splen-
didissimas, jucundissimas, eximias vocavit; una Brandisium, altera
Lysla, tertia Benachia, seu Benatica; singulæ non toto uno die, dieive
dimidio ab urbe distantes. Non de legit autem Brandisium, tum quod situs foret aliquantò declivior, tum quod audiret Cæsarem eo maxi-
mè loco, tanquam venationi peropportuno delectari. Ex ceteris verò
Benachiam commodiorem sibi visam prætulit, quam & Bohemorum
Venetias, ob amcenitatem est interpretatus. Unde & eam describens,
Est locus, inquit, editus, ut undique liber pateat horizon. Adficia splendida, &
commoda. Propè est parva civitas ad fluviolum Lifar in Albim excurrentem sita,
ipsi arcis quasi contigua. Distat Pragæ quinque milliaribus, via exsistente plena, ut
iter saltē (hoc est tantum) sit sex horarum, & ad Septentrionem quidem;
sed non-nihil tamen ad orientem, versus Silesiam; ita ut Gorlicum duorum saltē
dierum itinere heinc removatur. Itaque quasi-primum commodum est
visum, accersit Cæsar Capitaneum, Præfectumve Brandisii, i mandavitque illi, ut Tychonem in Benachia arcis possessionem immitteret;
& quicquid necessarium foret, provideret. Quare & res præstata fuit
sub diem Augusti x x. translatumque Brandilio est, unde literas ad
Longomor. tanun, tanquam in transcurso, & festinanter dedit. Qyam-
primum illicet constituit, tenere se non potuit, quin carmina hæc sun-
deret.

4599.

*Subtraxti reditus, laudes, & temporis usum;
 Pluraque tentabas, Patria, dama mibi:
 At ego, dante Deo, superans incommoda queque,
 Conscius & recti, nil tamen ista moror.
 Ingenio, genioque meo comitorque, fruorque:
 Dania, in hac poteras juris habere nihil.
 Restituit reditus, laudes, & temporis usum,
 Pluraque praestabat Cesaria ampla manus.
 Ergo, ingrata, vale, mea Patria: Patria jam sit,
 Quam mibi clementer, magne Rudolphe, datus.
 Donec in abstrusis, sine fine, & limite Caeli,
 Ad patriam eternam, te duce, Christe, ferar.*

Deinde & hæc, quæ supra januam novi Observatorii legi voluit,

*Que Boreas renuit, Rudolphus Sacra Secundum
 Huc clemente manu transluit Vrania.
 Auspicio igitur lustrum nunc Caesaris orbem:
 Claret ut ille solo, claret ille polo.
 Dum Calum Astrorum, dum Sol, & Luna manebant;
 Hinc tibi perpetuo nomina, Caesar, crunte.
 Gratiasque Astrorum Authori sit summa, quod Astra
 Exstiterunt in terru non tolerare fuit.*

Hæc item supra januam novi Laboratorii.

*Pyronoma secreta artis, que terrea versat,
 Ætheris astriferi viribus analogæ;
 Huc quoque Rudolphi traduxit cura Secundi,
 Dum simul Artois hec reprobata forent.
 Ergo illi ut superius modo se manifestat Olympus,
 Sic referet gazas infima Terra suas.
 Felix in terris Caesar, super ethera felix,
 Ætheris, & Terra, cui sacra bina patent.*

Scriptit quoque subinde Tycho, die videlicet ultima Augusti, ad Ioannem Georgium Hervartum ab Hoenborg Jurisconsultum, & Duci Bavariae à Secretis consiliis (ac deinceps quoque Cancellarium, Praefectum Svabæ, &c.) quem notat à juvente usq; impensè amantem,

peri-

1599.

peritumque Astronomiae, & ad quem scribendi opportunitas proximis diebus fuerat oblata. Ubi verò illi fortunam exposuit, communicavit totam rationem Lunaris sui Systematis, cum adjuncto diagrammate, & calculo etiam Lunaris Eclipseos. Edisseruit insuper varia de Luminarium defectibus, dèque eo, quod Venus non comparuisse aliquando præter solitum traderetur. Prætero autem illum deinceps rescripsisse mense Septembri Monachio; & lætitiam suinam testatum, quod prout animus sibi præfigerat, Cæsar ipsi ejusque studiis pro dignitate prospexit, multa eruditè reposuisse, ac circa antiquorum observationes potissimum, quas non exactas causatus est; insinuasse abs se collectas aliquot veteres Eclipseis, quæ ceterus animadversus, supputatæque à nemine forent, quasque averet ex Tabulis Tychonicis expendere; nihil morari se solvendi cuiusquam trianguli difficultatem; solvere se enim multiplicationum, ac divisionum vice, additiones solum, subtractionesque usurpare (quod ut fieri posset, docuit post-modum suo Logarithmorum Canone Neperus.) Quia verò Tycho exoptatā, ut ad ceteros Principes, qui eruditionem non aversarentur, sic ad Bavarios ipsos quoque Libros suos transmittere, idcirco subjunxit Hervartus, *Principes mei clementissimi*, id enim scire desideras, studiis quidem hisce non admodum afficiuntur; attamen literas, & literatos amant; ita ut sperem manus illud tuum, de quo scribi, futurum esse illis gratum, atque acceptum; mihi certè erit quam gratissimum. Adjecit porro etiam hæc. Habet serenissimus Princeps meus Bibliothecam instrutissimam, regius sumptibus comparatam, & Libris MS. Hebraicis, Grecis, &c. referram. Mitto bi juxtam Indicem Librorum Mathematicorum, quem velim apud te reimeas, ut si forte occurrat Liber aliquis, quem ex iis desideres, ejus me certiori reddere possis.

Sed hæc ut mittam, ceteras inter ejus loci destinationes, curæ præsertim sicut providere, quæ exciperentur studiosi, numerosique viri idonei, variis in rebus adjutaturi, de quibus, præter jam habitos, ad se evocandis sollicitus fuit. Scilicet & jam scriperat, & deinceps quoque ad Kepplerum, ut accederet, scriptis. Impetravit à Cæsare ad Marchionem Brandenburgicum literas, quibus ab eo petiti, ut suum Mathematicum, memoratum pù: à Mullerum, morari apud se aliquantisper pateretur, sic ne mpeipsi, ac Mullero, priusquam Wittebergæ sejungerentur, convenerat. Accersit quoque ex orientali Frisia Davidem.

1598. videm Fabricium, partim quidem, ut sibi esset à privatis concionibus, sed maximè, ut operam in Astronomicis præstaret; quippe cuius industriam nosset, ex quo aliquandiū collaboratorem Wandesburgi habuerat. Quin-etiam, quia ex literis à Rothmanno datis, & à Rollenhagio (Astrologo illo scilicet, quicum suum Thēma natalitium communicavit) Wittebergæ acceptis, esse adhuc in vivis Rothmannum innotuerat: eapropter ad eum quoque scriptis, & ad se, si licet quidem per valetudinem, invitavit. Accepit verò tantò inājore cum voluptate eum superesse, quantò Ursus Dithmarsus (live, ut ipse loquitur, *Vyfina ista, & Dithmarsica bestia*) ruinorem sparserat huius ipsum pudendis nescio quibus morbis pridem infectum, & tandem confitum. Scilicet fuerat ille quoque Rothmanno eapropter infensus, quod Cassellis transiens, & Tychone in convitiis proscindens, repressus ab eo vehementer fuisse; ex quo hæc ejus verba leguntur in literis mensis Septembri anni LXXXVI. Plura scriberem, praesertim de impuro nebulone Nicolao Raymone Vrso Dithmarso, qui superiori bienni quod tuum Excellentiam typographicam literarum collectionem, & ordinationem, ut opinor, exercuit, &c. Utque hoc adhuc interjiciam, id ipsum, quod Tycho conjecterat, evenit, quatenus aliquantò post ad Longomontanum scribens. Ceterum, inquit, de fera ista Dithmarsica, nimis effera, & bruta, ut aliqua subiungam, licet indigna sit, cuius recordetur, scias istam ante aliquot septimanas, prout ruper reservi, Praga se subduxisse, sive maledi sibi conscientia, & quod justas penas per leges formidaret; sive quid aliud sibi suo latenter more suo ruinuisse. Sed investiganda tamen suo tempore per orum, acque injurierat, & punienda, quod etiam optimi quaque Praga suadent. Vocavit quoque duos, quos Wittebergæ nō rat, studiosos calculi admidum péritos, & acciri se per Jostelium petenteis: ne quid dicam de ceteris, quos etiam ultrò accessuros speravit.

Non censuit verò amplius inorandum, quod minus mitteret quæsumum, & familiam residuam per Tengnageliū reducem, ac destinatum generum, & quæ majora in Dania Instrumenta reliquerat, per primogenitum Tychonem. Fecit hoc porrò Cæsare, ut jam meminiimus, hortante; & cum dedisset comitem filio Paschalium Mulsum, scriptis quoque ad Longomontanum, ut si ipsis vellet se tertium in itinere adjungere, & cum iis in Daniam, inque desertam Insulam profici, ac eodem curru in Bohemiam cum ipsis iisdem regredi, intelligeret

geret hac quoque ratione rem sibi gratam esse facturum: *Vipote*, inquit, *cum sciāti te Instrumentis majoribus componendis, & conservandis, atque in us, que hūc mechanice facienda sunt, solerterē esse, eaque rite preordinare posse, tunc quoque urgere, ut sine temporis iactura omnia maturē, & recte conficiantur.* Subiunxit autem; *Scripsit iussi Cesari magnificus Dominus Bativicius supremus Imperii Secretarius, Cesari intimus, inī apud ipsam, Fac totum, ut loquuntur, ad Dominum Henricum Rorinelnum, ut Astronomiarum rerum, quascumque ibi residua habuerit, elevationem promoveat; & ego pariter ad Aule Magistrum bac de re literas dedi. Ac illi quidem tum discesserunt; Longomontanus autem accedere tandem ad Tychoneum prætulit, cùm ob verba illa, quibus conclusa Epistola, *Hac festinantis calamo ad te exarata boni consulas; atque desideriis nostris, quoque commodo morem gere.* Videbis heic locum amoenissimum, in edito, & saluberrimo aere situm: tum ob hæc, quæ prius inserta: *Exoptarem primo quoque tempore quaterniones pauculos, qui in Tomo Progymnasmatum nostrorum primo desiderantur, labore Typographicō compleri: siquidem ea, que incuria Hamburgensis Typographi perdidit, usū, scis, esse nequeant, nec VVitteberga ea recudere, ob causam tibi notam placuerit. Inveniemus facilē rationem, ubi finul fuerimus, quid obſculis, quoad nunc fieri potest, succurratur, ut Liber is brevi in lucem prodire possit.* Cozita enī quanto non solum meo danno tot exemplaria tandiū mecum resero, sed & quād desiderio aliorum, minūs, dum publicatio differtur, satisfacio. Poterit etiam mox subsequi Prima pars secundi Tomi, quæ de Cometa anni LXXVII. unde cum Apologus hūc pertinentibus luculentē agit: donec altera pars reliquorum Cometariorum à nobis observatorum descriptio complectens (quarum fundamenta in promptu sunt) subjungatur.*

Sed quid Longomontanus quideū eō appulsus peregerit, aut quādiū illeic cum Tychone moratus fuerit, dicetur postea. Interēt, cum literis illis dixerit se jam observasse Polarem altitudinem grad. 50. minut. 46. scilicet ex Sole, & Stellis ad Meridianum appellantibus: adnotandum est fuisse eam deinceps illi observatam minutis 2 $\frac{1}{2}$. auctiōrem, cùm per brumam venatus est, tam maximam vespere, quam minimam manē Stellæ Polaris elevationem, ex qua aliunde deducitur, distitisse tunc eam Stellam à Polo grad. 2. minut. 51. sec. 5. Tandem autem habita ratione observatæ Cordis Leonis altitudinis, *Satis praeceps*, inquit, *scopum tertiugimus, statuentes Benistica Poli elevationem grad. 50. minut. 18 $\frac{1}{2}$.* Circa ejusdem loci longitudinem, scribit Snellius aſſumpſiſſe

1600. assumpsisse eum illam in Lunari Eclipsi 9. min. temporariis Uranibergicā majorem; idque, cùm in Solari Eclipsi paullò aliter. An verò cùm Eclipsi Solis ea videatur fuisse, quæ in sequente Junio observata Benaticæ fuit, & de qua dicetur aliquantò post, Eclipsi Lunæ ea fuit, quæ mēnsis Januarii die xxx. antecessit, quāmque in Catalogum, perinde, ac Solarem non retulit? Ut cùmque sit, notandum est, incipere ab hoc Januario, Kalendisque ipsius, Spicilegium Observacionum tam Benaticæ, quām Pragæ habitarum, quod à Snellio editum est. Eo continentur non modò Solis, sed aliorum etiam Planetarum Meridianæ aliquot altitudines, ac non pauca quoque eorumdem à Fixis distantiaæ, etiam Mercurii; etiam Veneris interdiu conspectæ, à Sole.

Heic jam, cùm Keppleri ad Typhonem accessus memorandus sit, videtur res verbis ipsiusmet dicenda. Ille ergo, post recitatum, quod & jam ante retulimus, literarum Tychois argumentum, Cæm, inquit, non statim ego responderem, Braheus eodem arguento plures ad me per annum sequentem scripti Epistolas, quarum una post aliam suâ quilibet morâ interpositâ, mihi sunt redditæ. Interim Grecij dissipato nostro casu discentium, ipse salarium, quod capiebam à Proceribus Provinciae, sine opera, bene collocaturu, confilium tandem capi Typhonem Brabe visitandi, toties invitantem. Et commemorato Typhonis Benaticam usque progressu, Hec omnia, inquit, mihi Fridericus Hofmannus L. B. Styria Imperatoris Rudolfi Confiliarius aulicus, qui tunc Pragæ venet, retulit: me ad capessendum iter adhortatus est, loco mihi oblate in comitatu suo. Ita factum, ut ad Brahem venirem initio anni M. DC. quando Ferdinandus Archidux magnificus Grecij celebravit cum consobrina sua Bavaria: brevique captis Brabae-morum laborum, viciissimque exhibitis ingenii mei experimentis, pacius conditio-nes cum ipso commorandi, quas Styria Proceres ratae habent; post aliquot mensum conversationem reversus sum Grecium. Nimirum, ut inde familiam transferret: quippe idemmet alibi tempus accessus, abitusque specialius definiens, Anno, inquit, M. DC. mense Februario, primum ad Typhonem veni Benaticam, praesente Longomontano, crebris à Tyhone literis à Styria evocatus, occasione ab editione mei Mysterii Cosmographici suppeditata, paciusque cùm illo mense Iunio, reversus sum in Styriam, accersitam fa-miliam, & supellectilem librariam.

Vides obiter adfuisse jam tum Benaticæ Longomontanum. Ta-
metsi

meti verò ille debuerat Lunæ præsentim incumbere ; nihilominus 1609. occasione Martis per ea tempora Acronehi , oppositionisque ipsius cum Sole , quæ observata die Januarij xxix. jam fuerat , reperit Kepplerus illum occupatum in corrigenda Martis Theoria , quæ adumbrata cum cæteris ex Dania usque fuerat . Kepplerus ergo , quia Tychonem accedens , habuerat maximè in votis addiscere veras correuntasque Eccentricates , proportionesque orbium , ac in Marte potissimum , cuius esse Sidus inobservabile non abs re dictum à Plinio narrat ; idcirco latitus suminopere est factam occasionem , qua & edoceri hæc posset , & periculum facere meditationum in suo Mysterio Cosmographicò expressarum . Reformabatur tunc Tabula mediarium Martis oppositionum ab anno usque M. D. LXXX. excogitataque Hypothesis erat , quæ eas omnes repræsentaret ad duo proximè minuta , secundum longitudinem ; unde & constructa erat mediorum motuum Tabula , unâ cùm æquationibus , ac diducti etiam motus medii tam Apogei , quam Nodorum in circumstanteis quadringentos annos , ut de Solaribus dictum est : at quæ erat felicitas secundum longitudinem , non eadem tamen in situ Acronehi secundum latitudinem succedebat ; laborabatque adeò Longonontanus circa id , circaque orbis anni Parallaxin . Suspicatus ergo est Kepplerus esse Hypothesin haud ritè assumptam ; posseque rem fortè non male quadrare ad ea , quæ in suo Mysterio præconceperat ; ac ea de causa disquirere cum Longomontano , & Tychone cœpit , num posset alia ratio Hypothesos institui , quæ tot loca Planetæ Eccentrica exprimeret , & falsa-ne ea esse posset , quæ id eatenū per omnem Zodiaci circumductionem præstisset . Obtinuit proinde à Tychone , & observationum de Marte pervidendarum copiam , & , ut eisdem suo modouti , suoque instituto accommodare posset , licentiam . Cùm non potuisset autem , donec Benaticæ fuit , rem perficere ; illi tamen acriter adeò per aliquot annos deinceps incubuit , ut novennio post , insigne Opus ediderit De Stelle Martis motibus , ex Observationibus Tychonis .

Mitto porrò , cùm agnovisset intra priuum octiduum , quo cum Tychone fuit commoratus , placere ipsi , quemadmodum Ptolemæo quoque , & Copernico , Planetas in suis inæqualitatibus motum Solis respiceret , non apparentem , sed simplicem ; cùm ipse tamen Mysterio insinuasset oppositum ; idèo rem in Marte expendere cœpit ; ac tametsi

Y

rem

1600. rem non planè evicit, priusquam inde discederet, occasio tamen fuit, cur Longomontanus deinceps in Theoria Lunæ occupatus, deprehenderit inæqualitatem Lunæ menstruam esse alligatam ad verum, non ad simplicem Solis motum. Ac deprehendit quidem etiam, maximèque cum anuum ad Theorias Martis, Veneris, & Mercurii adjiceret, id ipsum, quod Tycho ante annos novem subodoratus fuerat, Eccentricitatem Solis in Progymnasmatis assignatam esse immundam, partemque illius tribuendam circulo æquatorio, ut si æquales arcus circuli Solaris inæqualibus mensurarentur temporibus: Verum ipse Tycho, dum ex eo quereretur; vellet-ne aliquam ejus rei mentionem in Progymnasmatis fieri, Cùm, inquit, quantitas hujus *Equantis nondum exquisita constet, in praesens intermittam;* Nam hoc quidem negotium tardè procedit; ego vero proprio, ut librum, vel tandem aliqeando edam. Quare & minus mirum, si dimissis tantisper tam Martis, quam ceterorum Planetarum Theoriis, Longomontani industriam usurparebit, in luxata Lunæ Theoria constabilienda, quæ iteratò mandata typis in Librum tandem insereretur.

Cæterum res penè perfecta jam erat, cùm fuit denò quidpiam negotii factum ex Eclipsi Solis, quæ die ultima Junij contigit. Siquidein cùm ex calculo, juxta factam eatenus restitutionem instituto, vix ad digitos quatuor perventura esse speraretur, digitos tamen quinque excessit, fuitque omnino major digito plusquam sesqui-altero: atque adeò cùm cœperit minutis à Meridie 46. & deserit hora 2. min. 47. duratio evalit speratâ productior; fuitque idcirco aliquid adhuc Julio insequente restituendum. Ut cuinque sit, Longomontanus, præmisso Eclipseon à Tychone observatarum Catalogo, unà cum mediis motibus tam diurnis, quam annuis, qui Longitudinis Lunæ à Sole, Anomalia, & Latitudine dicuntur, eam probavit Hypothesin, quam etiam xx. post annis in sua Astronomia Danica reuinit, hocque sub titulo exposuit, *Descriptio, ac demonstratio Theoria Luna*, olim apud D. Typhonem B. in Bohemia Authoris opera simul inventa, & libro primo *Progymnasmatum ejus inserta*. Constat ipsa primùm ex Absidum linea, circuloque Eccentrico, cuius centrum ita moveatur super circulo per ipsius mundi centrum transeunte, ut in qualibet conjunctione, & oppositione unà cum mundi centro coincidat. Deinde ex Epicyclo duplice, majore nempe, qui motu menstruo in consequenti trans-

transferatur, & minore, cuius centrum quidem in superficie majoris 1600.
 erat in precedentia (superne videlicet) sed superficie tamen Lunam in
 consequentia duplo celerius sic reuehat, ut quoties ejus centrum est in
Apogeo majoris, Luna sit ejusdem majoris centro proxima, quod in
 conjunctionibus, & oppositionibus fit: quoties in Perigeo, remotissima,
 quod in Quadraturis contingit. Denique ex Circello circa
 majoris Epicycli centrum, in transversa cuius diametro intelligatur
 fieri Variatio, seu quedam quasi libratio explicanda inaequalitatē à
 Tychone inter Quadraturas, & Syzygias, hoc est conjunctionem,
 & oppositionem, deprehensa.

Subiuncta deinde speciali pro Luna Aequatione temporis, tum Epochas motuum mediorum dedit, partim in collectis, partim in expansis annis, ab usque M. CCC. ad usque M. D. CCC. ac in singulis etiam annis, mensibus, diebus, horis, minutis, cum adjuncta iis Tabula Prostaphareseos Epicyclicæ, unâque Elongationis à centro, & Eccentricitatis; & subiuncta ratione supputandi ex Tabulis (idque præter demonstrationem Geometricam) veram longitudinem Lunæ. Tum ad eruendum pari modo Lunæ latitudinem, adhibet & schema speciale, & Tabulam Prostaphareseon pro motu Nodorum, qui non fuerat ante Tychonem inaequabilis habitus; & Tabulam ipsiusmet latitudinis, quæ ante cundem habita gradibus quinque major non fuerat, cùm ipse deprehenderit excurrere illam ad usque minuta 17ⁱ. ulteriori; & exemplum (præter adjunctam similiter demonstrationem) ejus eruendæ ex Tabulis; & modum investigandi Nodos, ac reducendi Lunæ loci ad Eclipticam, Tabella hac de re adjuncta. Tum exhibet variam Lunæ à Terra distantiam, maximam putâ terrenarum semidiabetrorum 60^j, minimam 52^j, & cohærenter Tabulam Parallaceon Lunarium, per singulos gradus altitudinis; & habendo quidein eam, quæ in ipso horizonte fit, Luna existente remotissima, minutorum 65^j, & existente proxima, minutorum 65^j, idque cùm aliquot subiunctis exemplis, & adhibita etiam Refractionum Tabula, habendo maximam, seu illam, quæ in horizonte creatur, minut. 33. illam, quæ in uno altitudinis grad. minut. 25. atque ita ex ordine: penè ut dictum est circa Solem. Tum demùm tradit methodum supputandarum Eclipson. Declarat nempe, qua ratione inquirere tempora Syzygiarum mediariuin oporteat; qua ratione investigare, an



6600. Syzygia Ecliptica sit, & an tempus sit rectè constitutum; qua ratio ne in Eclipsi Solis enucleate Parallaxeis luminarium: ac subinde exhibita Tabella motus Lunæ horarii, & simul diuidit ante, & post Syzygiæ diei; Tabellaque item Revolutionis Synodicæ Lunæ ad Solēm per singulos menses, ac per mensis diuiditum; tem fusiū declarat, supputando Eclipseis duas, alteram Lunæ, alteram Solis, quæ futuræ erant anno insequenti, quæque deinceps, nisi Tychone fatis jam functo, non contigerent.

Et quod spectat quidem ad Eclipsin Lunæ, prædictum ejus medium fuit Pragæ an. M. DCI. die Decembris ix. (seu veteri stylo, Novembris xxix.) hor. 7. min. 1. quod non longè sanè abludit ab observatione Keppleri, qui illeic superstes, medium habuit hor. 6. min. 59. Quod tota autem duratio prædicta fuerit horarum 3. min. 36. quæ fuit tamen solum observata horarum 3. min. 12. causa fuit, quodd error ut idem Kepplerus notavit, irreperitur in calculum; quo incidentia scrupula deducta fuere hor. 1. min. 47. sec. 50. cùm ex methodo, ac Tabulis, non prodeat amplius, quam hor. 1. min. 34. sec. 39. *Desetum tamen*, inquit ille, *paullo minor videbatur eo*, qui in *Lunaribus* (Theoricis nemp̄ ipsis) pingitur. Ad Solarem quod attinet, ejus calculus sic pertinet, ut Tabula Semidiametrorum Solis, Lunæ, ac Umbræ terrenæ, quæ Luna transit, inseratur; idque postquam est adnotatum Luna Semidiametrum fieri minorem solito in conjunctione Ecliptica; unde & proditur Semidiameter Solis Apogæi quidem minutorum 15. Perigei autem min. 16. Lunæ verò Apogeiaz, ut in oppositione min. 16. ita in conjunctione minut. 12. 1. Perigeiaz, ut in oppositione minut. 18. (scribit Longomontanus post suum ē Bohemia abitum excresuisse etorem ad unum minutum, scilicet debuisse solum perveniri ad min. 17.) ita in conjunctione min. 14. Denique autem Semidiameter Umbræ, existente quidem Luna Apogeja, min. 43. Perigeja verò, min. 47. Cùm pertinuerit porrò Eclipsi ad Novilunium insequens, quod contigit die xxiv. (seu xiv. st. vet.) ac prædictum fuerit Initium hor. 1. minut. 7. sec. 54. Finis hor. 4. minut. 0. sec. 32. & Quantitas non alio modo fuerit, quam Schemate exhibita; ecce quid deinceps Kepplerus nomine hæredum Tychonis in Appendix ad Tomum primum; *Quæ causa etiam fuit*, inquit, *cur figuram Eclipseos anni M. DCI.* paullo post mortem ipsius visa nihil mutaverimus; licet aliquantula sepe infimaria discre-

discrepanzia; de qua hoc monendum videtur, non latitudinem Lunæ, non Parallaxis, non quicquam ex precipuis illi calculo defuisse, quod minus in quantitate cum Cale exactissime consentiret: sed solas Luminarium diametros in causa versari, quas quo minus expedite metiri possumus, diverse cause opice in utroque Luminari prohibent. Quod si Luna diametrum assumas minut. 30¹. Solū min. 31. de quo postea, quantitas concordabit, ceteris omnibus mensuris. Hac itaque figura, ut dictum, à nobis relata fuit, usi erat à Parente nostra adornata.

An hec verò obiter addam, fuisse hunc ex Kepplerio locum à Longomontano posteā subnotatum, dum retulit se eandem Eclipsin ultra Nidrosiam observasse, sub elevatione Poli graduum proximè 65. in ipso Horizonte, hora prima, & Refractione quidem adjutante; adjectique, cùm posteā venisset Bergas Norvegiæ, ubi Polus attollitur grad. 60¹. Andream Fossum eruditissimum illius loci Episcopum ostendisse sibi quem delinearat Typum Eclipseos, ex relatione Piscatorum, qui illam maxima cum admiratione in littore vicino spectarunt. In eodem autem Typo, inquit, Sol in corpus Lunare intra sui complexum in medio comprenderat, ut undeque ad imaginem luce sua diffusa, sesquialtero digito equaliter quasi emineret. Quamvis autem (pergit) Luna hec propè Apogéon versabatur, non tamen in reformata Hypothesi propterea ita diminuta diametro conspecta fuisse, nisi densior aer, & quasi vapor Oceani intervenisset. Quod addo quidem, ut insinue in nihil esse videri necesse ad vapores Oceani, aut densitate aëris majorem ad Boream, quam ad Austrum recurrere; quandò id referendum ad Solam Diametrorum conditionem videatur. Siquidem, ut taceam quantum telescopium detrahendum non stret ex Diametro Lunæ nudis spectatæ oculis, ut deducimus alibi; attingo solūm Diametrum Solis fuisse à nobis ea ratione, quam alijs tradimus, observatam, in Apogeio quidem min. 30. sec. 12. in Perigeo vero min. 31. sec. 6. Lunæ verò in Perigeo quidem min. 31. sec. 6. perinde ac Solis; at in Apogeio, non amplius, quam min. 26. sec. 36. Ex quo efficitur, ut cùm in hac Eclipsi Sol Perigeius, Luna Apogeia fuerit, Solis Diameter excellerit Lunarem minutis 4¹, hoc est circumquaque min. 2¹, seu digito uno; cùm illa alioquin delineatio exstiterit solūm præter propter facta. Quia etiam ratione non videtur necesse, ut Kepplerus se torqueat circa meinorata superiùs Eclipsin anni M. D. LXXXVII. in qua scripsit Clavius relictum exilem circulum circumquaque, dum idcirco ad aërem, qui Solem circumset, recurrit,



1600. quasi Luna tunc versante in media longitudine, majorē fuerit Diametro, quam Sol, etiam Perigeius, qui tunc nihilominus ad Apogaeum tenderet; Quippe ex nostra observatione, fuit adhuc tunc minor Lunæ Diameter min. i. sec. 40. ut proinde superuerint circuinque ex Sole secunda 50. hoc est triens digiti, quo potuerit ille circulus constare. Sed hæc, ut monui, obiter; nisi quod inde habetur causa, cur observationes coegerint Typhonem ad habendum Diametrum Lunæ in Ecliptica coniunctione longè diminutam ab ea, quam illi temporibus ceteris, ac in oppositione speciatim attribuit, tametsi potius conjecturit aliam subesse opticam causam, quam ut suspicari potuerit, Diametrum Lunæ Perigeiæ tantam, etiam extra Eclipsem, pati deminutionem posse. Prætero autem, quod reputarit Lunæ Diæmetrum in Eclipsi Solis nunquam esse minutis undetriginta majorem, idèo illum quidem isto, de quo dicimus, anno M. DC. scripsisse ad Clavium, *Mirari se risam ab illo anno M. D. L. X. totalem Eclipsem in Lusitania, tenebrasque interdiu nocturnas: nec enim pars sua observata, ut Sol & Luna, quantumvis humillima, rotus tegatur:* sed docere tamen Keplerum argui ex Eclipsi, quam descripsimus, non esse à Tabella Semidiametrorum Typhonica standum.

At institutum ut redeam, postquam agnovit Tycho Longomontanum illo circa Lunam labore (eoque iam demum septenni) perfundum, cogitare semper publicam Matheos professionem in patria, in qua aliunde exoptaret consenseretur, ægrè quidem illum dimisit; sed quo erat tanen in illum affectu, humanissime ut abiret, consensit; ac tum literas pro illius votis ad amicos in Daniam dedit, tum, quia ille significavit velle se in Poloniâ per Silesiam divertere, ac inter redeundum invisere loca, in quibus observasset Copernicus; idcirco & ipsi providit de amplissimo viatico, &c., præter literas specialeis, etiam commendatitias generaleis hoc tenore dedit. Ego Tycho Brabæ de Knudflorp, ex Dania oriundus, Sacra Cesarea Majestatis arcens Benaticam in Regno Bohemia inhbitans, testor omnibus, cuiuscumque conditioni, & dignitatibus suis, hisce meis literis, eatumdem exhibitem eruditissimum, & boneissimum virum Magistrum Christianum Severum Longomontanum, natione Cimbrium, mihi per octennium in Dania, & postea etiam aliquandiu in Germania, & Bohemiam fuisse domesticum; atque in exercitiis Astronomicis diligenter, & fideliciter navasse operam. Nunc vero, cum res ejus non ferant, ut diuinis mecum committentes, vel, accrescente etate, cogitet etiam vita rationem inire,

inire, ideoque in Patriam ad suos reverti: Ego conatus ejus nullatenus impedit 1606.
 volui, sed eum liberè, & cum bona gratia dimisi. Quare omnes generosæ, & no-
 biles viros, præfertim in Dania mibi sanguine junctos, & alias quocumque locorum
 claros, ac eruditos viros officiosè, & per amaner rogatos habeo, ut prænominationum
 Magistrum Christianum fibi diligenter commendatissimam habeant, atque ad optimam
 queque ipsum promovere non degraventur. Invenient me vicissim in quævis officiis
 tursum in eorum gratiam, quantum per me licuerit, præstanda quam-paratissimum.
 Dabantur Præga in Metropoli Bohemiae, die 4. Augusti. stylo novo, anno Christi
 vulgaris m. DC.

Solatio interim illi erat, quod Longomontani dicessum Keppleri
 accessu compensaturus foret, cùm ex inopinatò literas accepit, qui-
 bus Kepplerus insinuavit non esse sibi integrum pactis conditionibus
 stare, quod à Styriæ Proceribus, quorum in ære erat, unde quaque
 non probarentur. Quamobrem Tycho literis repetitis ad illum scri-
 psit, ut nihil moraretur eorum stipendiorum, qua apud Proceres me-
 rebat, jacturam; se nimirūm jam cum Cesare egisse, ut amplioribus
 ab eo donaretur, efficereturque Majestatis ejus Mathematicus. Scri-
 pserat jam antè ad Maginum, si accedere forte ad se posset, incubitus
 Tabulis juxta observationes eatenùs peractas condendis; verum quia
 ille operam quideni ardente affectu obtulerat, sed ita tamen ut ex-
 emplum observationum ad se transferretur, neque enim se posse plu-
 ribus de causis transire in Bohemiam; ideo nolens Tycho observatio-
 nes transdi, aut abs se distrahi, constituerat artificem coadjutorem pe-
 nes se habere, cui observationes solùm necessarias collaborando sub-
 ministraret. Quare & ex quo agnovit Keppleri industriam, in eo fuit
 constanter, ut ipsum ad se quovis pretio accerseret. Accessit proinde
 ad ipsum Kepplerus, totamque suam familiam, supellecstilemque Li-
 brariam in Bohemiam transtulit Octobri in sequente. Accessit tamen
 quartanā laborans, qua correptus fuerat in itinere; unde magno utrius-
 que dolore moliri quicquam arduum vix potuit totis octo, aut novem
 mensibus, quibus fuit illa detentus.

Reperit porrà Tychonem Pragæ, ibique ideo constituit, quod Ty-
 cho pertæsus incommodorum Benaticæ, commorari amplius ea in arce
 non sustineret. Scriptum certè reliquit Kepplerus se, cùm priùm
 initio anni advenisset Bonaticam, invenisse cum illicie confutantem cum
 imperitiis locorum, hominum, lingue, morum; nec eo tamen segniss obseruacionibꝫ,
 & scit-

1600. & scribendis ad varios epistolis incumbentem. Aberat adhuc Cæsar ab urbe, quippe Pilsenam vere digressus, non ante autunnum inclinatum redi- turus fuerat. Significato autem Tychonis de repetenda Praga consilio, assensit Cæsar, adjecitque, se, cùm in urbem primum rediisset, de a- dibus, quām fieri posset commodissimis provisurum. Posse illum inter- è transferre in hortos, ædeisque Regiæ adjacenteis, & Instrumenta, & familiam totam. Subinde ergo Tycho sedem iteratò transtulit Pra- gam, ac per idem tempus majora Instrumenta, quæ ante annum mi- serat quæsitum, ex Dania accipiens (familiam ab usque vere exce- rat) ipsa ex navi, qua fuerant advecta, in Cæsaris hortos transpoluit. Cùm Cæsar deinceps rediisset, ubi addidicit ex Tychone nullas videri tota urbe ædeis Curtianis commodiores, illas idcirco in ejus usum ex 1601. Curtii vidua redemit, Tychoque in eas anno insequente M. DC. I. ac die Februarii xxv. migravit.

Instrumenta eodem translatis, & succedenter dispositis, observitare varia coepit, ac interim quoque proferre è scriniis, non quæ tunc qui- dem perficerentur, sed quibus Keplerus per feriationes, seu cùm li- ber foret à febri, tempus falleret. Ac peroptasset ille quidem & plura habere, & plura aggredi; verum Tycho partim, ut nimium ejus ardo- rem temperaret, partim, ut quasi in arcans haberet semper aliquid, nihil non parecè communicabat, factus scilicet propter fraudeis, quas foret passus, dissidentior. Heinc illa Kepleri querela, cùm ad Magi- num scribens, *Quid hoc, inquit, mali dicam esse in arte nostra, que omnis ju- stitia, fideique verma est, & origo, quod in eam fraudes irruperunt, quibus decepti reincident viri summi, quò minus, ut par erat, quicquid profecere, in commune conserant, in publicum edant, potestibus communicent?* Premis Tycho pleraque: Planetarum Theorias restauratas, Eccentricitates, proportiones orbium, ad exami- nanda mea Harmonica quesivi: Et mox, Observationes quidem lecitissimas per- rigit, non tamen aliter, quām intra suos parietes. Labora, inquit, tu quoque; credo, quod Copernicane Hypothesos defensorem, aliis ipse sententia, spectare constitut. Ac starin, Admiranda tu quoque commemoras, simulque premere illa, & pse profiteris. O rem indignam! adēd perdita esse tempora, ut viris doctis quoque in metu sit versandum: Et rursus, Esi quidem ea, qua à Tychone habeo, vicissim tecum communicare non possum, nisi ipso consentiente (judem namque super hac re illi dedi) sfero tamen te fore multi aequum, si eorum, que proprio Marte adiun- libertali communicatione candorem meum perspexeris.

Scri-

Scribebat hæc porrò Kepplerus Kalendis Junii ex Styria; Eò scilicet 1601. hereditatis nomine uxoris adeundæ occasione recurrerat, febri licet nondum immunis, qua nihilominus liberatus sub ipsummet solsticium fuit. Cum mense Septembri revertisset Pragam, & prospera foret valutidine, nihil amplius cunctandū Tycho censuit, sed manum omnino admovendam esse revocandi ad calculum observationibus quibusque præcipuis, ad multiplicia singulorum Planetarum loca obtaininenda, & caherenter ad explorandum, corrigendumq; excogitatas circa illos hypothesis, nisi forte observationes melioris notæ ipsis quadrarent; idq; quod possent deniq; ejusmodi Tabulæ condi, ex quibus derivati motus Cœlo exquisitè congruerent; quod sūt illi primum, supremumq; votum. Deducto ad Cæsarem Kepplerum, latus est Cæsar ipsum convalescere, ac testatus est velle se eum quidem Mathematicum sibi habere, sed addictum tamen Tychonem, quasi ministrum à calculis. Et cum Tycho exposuisset suum circa Tabulas institutum, ac se cogitare adiecisset illas ex ejus nomine, si gratum quideam ipsi foret, Rudolphus, Rudolphinasve (uti Alphonsinæ ex nomine Alphonsi fuerant) inscribere, quod tanta ejus munificentia in artem nobilissimam apud posteros perennaret; ac Rudolphi nomen celebre tum foret, cum cæteri, aliunde gloriam auccupati, jacerent summa oblivione obruti, planèque inglorii; tum assensit Cæsar, tum se ejus auctiū gratè complecti significavit.

Exinde ergo opera peralacriter procedebant, Tychoque etiam in eo erat, ut iam tum denum publici juris Progymnasmata ficeret, cum ecce ferialis, luctuosusque casus illum è vivis abstulit. Scriptit Kepplerus in Tabularum Prefatione obiisse illum die xxiv. Novembris; at videtur sancit Novenber præ incogitania scribenti post annos xxvij. irrepsisse pro Octobri. Nam & tametsi ibidem dicat se, ex quo rediit mense Septembri potuisse duos non amplius menseis ejus conversatione frui; intelligi id potest de duabus mensium partibus, maximè hinc, si ad Tychonem Septembri ineunte aecessit, & Tycho exeunte Octobri est mortuus. Facit porro, ut ad Octobrim referenda hæc motu videatur, imprimis quidem, quod in Tychonis funere Oratio, quam non legi quidem, sed de qua nihilominus mihi optimus Wormius fidem fecit per literas, id ipsum aperte testetur; ac ipsa quidem typis excusa & Pragæ, & ipso eodem anno M. D. C. I. Deinde, quod cum oratione excusa fuerint carmina varia, ac cætera inter distichon Chro-

1601. nologicum, quod Octobrim perspicuè notet. Denique, quod Snellius ad calcem Tychonicarum Observationum subjunctionarum Hassiacis, expressè id habeat, ac duæ præterea ex eo loco deduci conjecturæ possint; Una, quod Observatio illicit ultimò memorata, & ad Martem attinens, ad undecimum Octobris diem spectet, cuius perendie narratur statim incidisse Tycho in lethalem morbum (sic verò etiam postmodum ejusdem est dici observata ultimò Meridiana Solis altitudo grad. 32. min. 48'.). Altera, quod verba ista subjiciantur, Erat hujus mortis initio Luna in opposito Saturni, & quadrato Martis in Tauru, & Mars eodem loco, quem fibi Tycho Orientem gradum constituerat: Quippe hæc Cœli constitutio mense Octobri fuit, non Novenibri.

Fuit ergo Octobris dies xiiij. cùm ab illustri Roseemberchio invitatus nobilis Mincovitus, Tychonem secum ad cœnam deduxit. Præfquam considerent, non emulsi Tycho, ut pro more habebat, urinam; quò effectum est, ut cùm paullò largius inter cœnandum biberetur, tendi vesicam senserit, provideritq; non posse se diù admodum trabere cœnam. Quare aliquantis per quidem, sed denique tamen nihil mortuus conviviorum leges, è mensa abiit, ac domum petiit; verū orificio vesicæ obturato, & vi expultrice, præ nimia retentione labefactata, urinam jam tuin reddere non potuit. Gravissimi exinde cruciatus, ac in iis toti dies quinque penitus insomnes transacti. Cœpit subinde non tam fluere, quam interpeditè stillare urina; ac non tam somnus placidus, quam continens importunorum insomniorum series successit. Vigebat simul intérna febris; unde & consequutum paullatim delirium etiam vigiliam fecit inquietam. Exasperabat interim malum, quod medicorum rationem victus præscribentium audiens non soreret; nec, si quid liberet, ac depositaret, ferre patienter repulsam posset. Furere autem alii dies quinque per hæc incommoda exacti. Nocte in sequente, eaque extremâ tranquillè satis se habuit, nihilq; non suave per delirium fuit. Varia inter viva, quibus suis affectus, in hæc verba creberint, quasi qui carmen texit, erupit, *Ne frustra vixisse ridear, Nec ne hæc illum cogitatio subierat sçpe-nuero, quasi lenimentum laborum, quos magnos, variosq; obibat. Juvat certè heic adscribere, quod in litteris ad Longomontanum, cùm de accersendis ad se adolescentibus studiosis, eruditisque viris egisset, in hunc in modum subjunxerat: Nam scholam Astronomicam, undorumque in eadem operau, favente cœlestium opifice, Casare elementissime sub-* fidis

*fides largiente, de novo erigere constituo; cuius ususfructus ad posteritatem omnem, 1601.
ut p̄ero, perseverabit, in Dei fabrica cœlestis auctoritate gloriam, & Cœsari mun-
quam intermorituram memoriam, & laudabilem famam; atque, ne nos etiam
fenestræ extitisse, talentumque divinitatis concessum abscondisse, ac tempus preiosissi-
mum inutilibus, ut nim̄ multi, quod dolendum est, faciunt, contrivisse videamus.*

Succedente die, quæ fuit, ut iam attig, xxiv. solutum quidem delirium, suaque animo restituta serenitas; verū ea fuerat morbi conflictatio, ut effectis iam virtibus, multis superesse horis non valuerit. Mortem imminere iam sentiens, optavit labores à se exantlatos in Dei gloriam cedere, filiis, generōque mandavit, ne perire eos sinerent, maximēque fulti præsidio Imperatoris optimi, cui futuros curæ nullus dubitaret. Studiosos adhortatus est, ne exercitationes intermitteret; &c, cùm Kepplerio Tabulariū maturationem commendaret, meminissetq; h̄erentem illum opinioni Copernici, tribuere Soli eam energiam, quæ Physica causa circumductionis Planetarum sit, Epicycloisq; illorum omnes sic Soli connectat, ut quisque semper periodum suam in centri cum Sole congressu absolvat. *Queso te, inquit, mi Ioannes, ut quando quod tu Soli pelliciem, ego iphs Planetis ultro affectantibus, & quasi adulansibus tribuo, velis eadem omnia in mea demonstrare Hypothesi, qua in Copernicana declarare tibi est cordi.* Aderat tum Pragæ illustris, & generosus Ericus Brahe, Suecus, Cowes Wittehornius, & Regis Poloniæ Consiliarius, qui ob cognationem generis antiquam, Tychonem suinè deperibat, quique ab usque morbi principio ab illo non discesserat, ac per eas horas lecto assidens, quæ opus erat, eum sublevabat, animosque amanter addebat. Tycho ergo ad eum conversus, & gratias egit pro tanto affectu, & rogavit, ut cognitionem totam salvere extremum jubaret suo nomine. Denique, ut verbis Snellianis hoc dicam, *victa natura, inter consolationes, preces, & suorum lacrymas placidissimi expiravit.* Atque is quidem fuit Tychonis vitæ exitus: nam quod alioquin rumor in Dania, Norvegia, ac alicubi etiam per Germaniam percrebuit, fuisse eum veneno, Aulicorum quorundam invidiâ, sublatum, verisimilitudine caret. Complevit autem Annos non plurcis, quam l. v. cum mensibus præcisè x. Breve tempus, si ætatem spectes, quam potuerat attingere, quamque tot inertes plerumque as- sequuntur; at prolixum tamen, si rerum præclaræ ætarum magnitudinem æstimes, quorum fama est apud homines, donec amore rerum cœlestium tenebuntur, perennatura.

D E

TYCHONIS BRAHEI VITA.

LIBER SEXTUS.

Nunc priusquam de funere, & iis, quæ mortem consequuta sunt, attingere quidpiam pergamus, pauca quædam de habitu oris, corporisque, & de studiis, ac moribus viri prælibanda sunt. Fuit igitur Tycho, quantum fando accepi, statura quidem mediocri, sed in proceram tamen ver gente. Qui Pragæ illum deinceps viderunt, fuisse leviter obesum narrarunt. Ejus constitutio vegeta, actuoſaque, & morbis ut raris, sic non admodum gravibus obnoxia. Sensisse eum certè gravem stranguriam, ante illam, qua interiit, auditum non commemini; & suis in scriptis vix meinirat lemel doloris gravis frontis, & hemocranii, quo laboravit, ob coryzam, quam, inquit, paucis ante diebus ex rigore nocturno inter observandum contraxerat, innaturè constipatum. Rubore genarum fuit vivo, & flavedine capillitii satura, seu ex rufo leviter mixta. Ita sanè intelligi potest, vel ex iis coloribus, qui appetiti fuere (in exemplo ad Salisburgensem Archiepiscopum missio) tum cæteris organis, tuum speciatim illi murali Quadranti, in cuius area cælata fuit ipsius effigies, ut iam antè dictum. Quod superest autem, ipsa vultus species, ac nasi præsertim adjectitii concinnitas innotescet melius ex inspecta effigie, quam æri incidi, & inseri in hanc opellam curavimus, quam ex adhibita ulla descriptione. Ipsa èdem est, quæ in multis nunc primi, nunc secundi Libri Progymnalinatum exemplis habetur; cum pileo scilicet, ac pallio, vice ejus cuculli, ac diploidis, quicum in Quadrante

drante Tycho exhibitus; nempe habitu viri nocta observantis, quem Keplerus etiam utcumque expressit in ipso frontispicio Tabularum Rudolphinarum. Est verò ipsa quoque constituta in area sub arcu, & inter columnas, quibus gentilitia insignia appensa: quo modo habetur etiam alia, verum nudato capite, in ipsa fronte Mechanices editionis Norimbergensis. Quod huic porrò illam præulerim, idè fuit, quod ipsenem Tycho eam delegerit, quæ agglutinaretur versus paginæ Tituli exempli jam commemorati. Delegit, inquam, per alia, quam in primi quidem voluerit (absque tamen arcu, & columnis) in umbilico anticæ faciei integumenti cœrulei (ex serico panno) Codicis ejusdem; veruntamen parum morando ejus similitudinem, quatenus ea fuit in ornamentum auro obducta. Præterea autem falsis in postica integumenti facie Braheanae domini insignia impressa; apicataque (palum nempe aureum in scuto cœruleo) sed reticendum tamen non est, cum tam effigie, quam insigniis ipsa quasi loculamenta ovatâ formâ exstiterint (& longitudinis quidem digitorum non omnino trium, latitudinis non omnino duorum) fuisse utriusque distichon literis aureis circumscriptum. Et circa effigiem quidem hoc,

Hic patet exterior Tychonis forma Brahei:

Pulcrius emeat, que latet interior.

Circum verò insignia istud.

Arma, genus, fundi pertinet: durabile virtus,

Et doctrina decus nobilitatis habent.

Ad Seudia quod spectat, videtur res penè ex deducibili intelligi: quondam tam manifestum est incubuisse illum duobus maximè; Astronomiæ putà, & Chymiæ, sive, ut ipse dicere familiare fuit, Pyronomiæ. Hisce, inquam, duobus maximè, ex quibus arbitratus est germanam omnem, quæ de rebus naturæ haberi potest, notitiam pendere: nam cætera quidem non prorsùs neglexit; sed tamen quasi ~~negligens~~ habuit, nisi quod Poësin tota vita coluit. Id scilicet probant, quæ varia ejus carmina interjecimus; in quibus cùm bona, cùm mala, cùm mediocria sint (& præter alia quidem, nonnulla, in quibus videtur non sati accurate syllabarum quantitas observari) intelligi licet fusisse eum illa naturæ potius genio, & oblectandi animi causâ, quam contentione animi, famâve aucupandæ gratiâ. Quod idem sentiendum, cùm antithesi aliqua circa Poësin alienato lusit; ut cùm cælestè studium



dium frigere ex eo dolens, quod plerumque viri industria, beneque affecti assurgere ad ipsum præ indigentia non valeant; locupletes autem præ luxu, ipsi incumbere non sustineant, usurpat illud Jevenalis,

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obflat

Res angusta domi:

Ac subiicit, non minus verè, nisi etiam verius, habere se reni, si hoc modo invertatur.

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obflat

Res numerosa domi.

Id ipsum verò de ipsa quoque, quam prosa expressit, eloquitione dicendum est. Siquidem tametsi est visus interdum studiosè quidpiam dicere; ut plurimum tamen naturam sequutus, res potius, quam verba spectavit, neque an phrasis gentilitia, an Latina fore, attendit; & voces aliunde nonnullas, præter familiariorum usum, ut *saltem*, pro *solum*, *isteic* pro *illeic*, frequenter assumpit; ac inter componendum voces, heterogenea idiomata conseruit, ut *Vraniburgum*, *Stelleburgum*, *Sympatagiota*, &c. Quin etiam potius cavit plerumque, ne analogia abiperetur, ut deinde *Conjunctivorum* instar, poterint, pro *poterunt*, dixit, & *passivorum* more *Ditmarsianam bestiam indignam* dixit, que recordetur, hoc est, cuius sit recordatio, sive mentio aliqua fiat. Id nimis factum, quia, ut ipse ait, *majorem curam rebus, quam verbis discendit, & perverstigandu ab inveniente etate adhibuit*: non verò quod noluissest tersè, atque Latinè dicere; id enim non modo in *Copernico*, sed etiam in *Regiomontano*, aliusque Mathematicis, vigente adhuc barbarie, probavit; ac de *Epistolis suis* loquens, occupationes graveis causatur, quod tersâ, comptaque oratione uti non licuerit: *Tametsi*, inquit, *quam maximè id prestare voluisse*, *aut etiam sustinuisse*. Et postea, Senecca occasione, qui & rerum gnarus, & verborum haud negligens fuerit, *Qua duo*, inquit, *si simul conjungi possent, equidem cō laudabiliora esse non possunt*; *salvā tamē retum, utipar est, prærogativā, & judicij ardua, gravique censurā*: ante annū verò veritatem inveniente ficerā, & non sophistica inquisitione, ac demonstratione farrā tellū perueniente. Nihil proinde morandum est, quod sèpè sapius eadem repetierit, & Galileus propterè loquacitatem in eo notarit; id enim, ut res melius inculcarentur, *præstare potius*, Nihil item, quod videatur interdum non satis graviter

ter transitione uti, quemadmodum in recensendis Authorum apud varias nationes de Stella Nova placitis; id enim defesso animo tribuendum. Nihil, quod videri possit nimis in hisce allusionibus, *Dethina Academica*, *Adamica* volebam dicere: *Author Stramineus*, volebam dicere *Gramineus*: *Medinin famosum*; & *famosum*: *Non tam Scotticæ, quam scopricæ*; *Genio*, & *ingenio*: *Ludit*, & *illudit*: *Inprudenter*, *qua potius impudenter*: *Nie res omittam*, *re&potius amittam*: *Emissit commissarium*, *inid potius commissum*: *An tam fortis hic Annibal Veronensis*, *quam ille Annibal Carthaginis*, &c. Etenim hæc possunt animo indignanti (cum possit etiam indignatio versum facere) condonari.

Otio heic jam abutereimur, si quidpiam circa Astronomiam, priusve illud studiorum genus aggredereimur subjecere; cum hoc ipsum sit, de quo est tota vita serie tam copiosè dictum. Itaque duo solum quedam quasi præter-addenda sunt. Unum, fuisse illum hoc studium legitime, ac ut par est, sectatum, cum rerum cœlestium notitiam non ex musaxis, librisve solis, sed ex ipso maximè Cœlo coram posito, spectatōque, & sibi quæsivit, & aliis monstravit. Quo loco nihil potest appositè magis, quam quod ipse habet, adversus illos com-memorari; qui cœlestiū licet inane, quodlibet tamen pervolutarint, calculofque versaverint, jactant seū Astronomos; dum occasione Novæ Stellæ, quam aurigæ, tabellarii, nautæ, similesque idiotæ conspexerint primi, postquam in taxavit cæteros, qui lucruis, fastuisque in profectitudinis scientiis, artibusque aliis sectantur, sic infit. Quin & inter eosipos, qui aliquo sive natura ducti, sive inflationis, sive professe, qua virtutum acquirunt, sic exigente, Astronomiam exercere placentur; hanc non in Cœlo ipso, uti par erat, administrare, sed Pagellis quibusdam, Tabulis, atque Figuris sub telli tractantes, satis se suo officio functos autunant; alio ut, quamplimi illorum, etiam nullâ Stellarum cognitione (quidem referre) desiantur, si scilicet arbitrii, si ex Tabulis, & Ephemeridibus Kalendaria, atque Genesibus lucis causa conscribete, vel, quod verius est, bonas chartas bis mungamentis contuminate didicerint. Sique exigui lucelli causa Arti amplissima extenuacionem, propriaque famie notam murere, vel seipso forsitan insciis, non indecorum ducentes. Detabibus Astronomis Regiomontanus olim conquefus est, quod segnes sint, minime ridique vigilantes, & strenui majorum sectatores, & sublimem hanc, ut decuit, artem, non in ipso Cœlo, sed rugario (cf. Vaporatio prope fornacem, aut in camponis addidisset, fortè nihil alieni dicensi) excceant: ut ob id non tam admi-

admiratione dignum, quād doleundum potius videatur, imperitas idiotas, adeoque rudisimum hominum genus citius, & promptius animadvertisse Stellam, de qua agimus, neviter in Caelo exortam, antequam illi, qui in Scholiū, nescio quā doctrinarum copiā ruridi, etiam inter eosipos, qui hanc Philosophie partem celestia scrutantem proclamare. Eadem alibi quoque habet, maximè verò dām Land-gravium commendans, It, inquit, non in turguris, sive libris, aut vaporatis, ut de vulgarium Astronomiā conqueritur. Regionem tamen, hanc artem exercuit; sed in ipso Cælo, per apposita, & solide elaborata organa, suistit ipsius. Sepe numero oculis illa sedulò invigilare non detrectavit, eamque sustentatio idonei Artificib⁹ plurimum promovit. In quo etiam beroico, & verè Atlantico proposito, usque dum Sidera, & Solem inuenerit, (quorum causa esse hominibus oculis attributos quidem miseriphilosophiū non abs te pronuntiū) constanter permansit. Itē quo dum Mæstlinō assentient, eos redarguit, qui aliorum inventis contenti, si Tabulas motuum, & Ephemeridā, quorū opus est, adibebant, recte rem peractam existimant, nec intre Caelum debitis organis retrospicere, an taleis reverā motu apparenteis exhibeat, quidē inueni Tabulariis suggesterint. Quod si, consideratione, & diligentia competente exsequenter, uixide res finale quid inter Cœlum, & Tabulas accidere, ac si quis instrumento quodam musicō ad canendum, vel saltandum aliquas caroles, qui etiam canerent, aut saltarent quidem; sed non eandem prorsus melodiam, vel saltum, quem insonaret Musicus.

Alteruna, cūm Tycho excitatus ad hujusmodi studium fuerit illa sciendi futura spe, qua Astrologorum pollicitationes ip. ejus animo accenderunt, animum quoq; esse, si fuerit quoque impensē Astrologiz per adolescentiam addictus, & commendataq; publica etiam oratione eam fecerit. Quia- etiam dici potest eam persuasionem illi insedisse, quād vix unquam totam exuisse, nisi sub vitæ fine videatur. Nam licet plerumque delusus, ejus fallaciam perspexisset, in eo tamen solūm esse culpam censuit, quidē Tabulae motuum cœlestium ea non exhiberent Planetarum loca, quae Cœlo congruerent, ex quo effectum est, ut illam & seposuerit, & in manu non prius resumendam censuerit, quād exquisitæ Tabulae conditæ juxta exquisitas observationes haberentur. Ubi peractæ autem fuere observationes plurimæ, (& perfectissimæ licet nondum Tabulis) coepit tamen posse veriores Planetarum situs designare; cum oculum etiop. horis quibusdam successivis Astrologicum studium, agnovit quidem cursus, evēnta pollicitationibus

bus, nisi casu, non respondere; verum tunc esse culpam censuit, non in eo, quod Astra effectus futuros non portenderent, sed in eo, quod Ars illa prænoscendi, non foret rectè constituta. Id enim semper deficitum habuit, quod de Stellis Fixis acturus in Progymnasinatis expressit, cùm de illis loquens: *Praeterquam*, inquit, *quod per se rarios, sa-uisque evidenteis fortiantur effectus: Planetarum insuper vireis plurimum stimu- lant, utque in adam deducunt;* cùm sint tanquam Matres ab his veluti Patribus impregnatae, aque fecundatae, fortisque suis versus Terram, centrum Universi perpetuè edant. Quare & cogitare coepit, ut de instauranda Astronomia, ita & de condenda alia Astrologia, in qua Directiones quidem, & Revolutiones inter cætera retineret, sed secus nihilominus ac fieri solet, dederet. Testatus interim semper est, velle eam sibi soli habere, nihilque circa illam, aut perparum certè, publici juris facere; tum quia foret semper stochastica solùm, seu conjecturalis; neque decesserit eruditii viri, qui ob paucas hallucinationes totam erro-neam reputarent, nihilque eam penderent; tum quod ex opposito alii forent, qui indubitatam habentes, superstitione ea tenerentur, qua certitudinem provisorum Deo soli tribuendam, in aliqua ejus opera transferrent.

Et quod maturè quidem fallaciam, vanitatemque Astrologiæ, qualis ad eum usque fuit habita, & agnoverit, & deriserit, passim indicant varia ejus loca, tum in libro de Stella Nova; ubi neque repetere quiequam ex iis voluit, quæ ad Astrologiam attinentia in præcedente libro dixerat: neque immorari in diliciendis iis, quæ alii Authores Astrologica invexerant, tanquam illa habens, quibus hæ-reretur, indigna. Ecce enim v. c. Leovitio, suo alioquin amico, loquens: *Si is*, inquit, *calendum Astronomicum, in quo admodum salix atque expeditus erat, solūmodò exercuisse, & Astrologica judicia, aut intacta reliquies, vel certe moderatiss., & circumspectius attiguisse, fortè id non saltem sibi ipsi, sed toti arti magis fuisse honorificum, nec torpissim calumniis obnoxium.* Tum in libro de Cometa: ubi non modò Dasy podium celebrem alium Astrologum eadem ratione carpit his verbis: *Longè præstissimus ipsum per exquisitas observationes, exhibitis Geometricis demonstracionibus li-tem banc devemisse, & certi aliquid in his constituisse. Qua sane in re longè præ-stantiorē operā collocaſſet, quam in ambiguis, & nondam satis perspicillis Aſtrologorum vaticiniis, qua, cùm in Mundo coevis sideribus ſepe numero longè alio*

eventu sese exhibeant, quād ferunt illorum Apotelesmata: sācē in his novis generationiōis, quārū situs, & origo hæstens incognita latuit, multò minus cōstitutio nē rātam exhibebunt. Non modò id, inquit, pluraque in alios quos appellat Astrologastros; sed etiam inter recensendūn observationum tempora, quibus uno in loco serenum, in alio forent nubila, prædictiones Astrologorū non posse hac in re succedere arguit: Et maximè quidem, dum Hageci observationes cum suis comparans, Eye nit, inquit, ut ob id Meteorologicarū Prædictionem ratio admodum intricata, & difficultis, ne dicam impossibilis esse, vel hoc solo documento convincatur: siquidem in tam parva intercapedine Horizontum, contraria sērē constitutio aeris, & nubium pene semper exfluerit, ut ex collatione dierum, in quibus ī, & ego observationes habuiimus, facile constabit. Vix enim invenies, quād cūm bīc serenum, illeic obscurum, & vice versa exfluerint. Viderint itaque ī, qui diaries Prognosticationes mutationum aeris conscribunt, num differentia longitudinis, & latitudinis tantilla in orbe Terra schemata Syzygiūrum Luminarium, & reliquorum Planetarū communiones unde suas deponunt prædictiones, tācum alterare possit, ut tam diversam aera mutationem in Bohemia, & bīc producat; quod vix eos etiam si Lynce oculatiōres essent, deprehensuros existimo. Tum in libro Epistolarū; ubi inter cætera ad Rothmannū scribens, occasione Eclipseos, cuius tempore non modò in Anglia, sed etiam in Cimbria Cœlum suilex planè serenum, in Huenna autem multum, & in Hassia omnino obscurum, & pluvium; Heim manifestum erādū, inquit, quam frivola, & incertofundamento Astrologorū vulgarium Meteorologica Prædictiones nitanuntur; cūm in tam vicinius horizontib⁹ aeris constitutio in Cœlo se penumero disperget.

Quod autem demūn Astrologiam fallacem, vanamque habuerit, quatenus existente solūn generali cœlestium corporum efficacia, & diversitate specialium effectuum à specialibus, proximisque causis pendente, nulla esse ars Astrologiæ potest, quæ, præ istarum ignoratione, specialeis effectus prænosse, ac prædicere, & maximè quidem spectanteis ad res humanas, valeat: ostendi id potest, vel ex Kepplerio, qui ipsi conversatus est extreminis vitæ temporibus, & quo nemo melius, quæ ejus mens foret, perspicere potuit. Quo fit, ut non pīgeat locum integrum, ex Præfatione in Rudolphinas Tabulas hūc transcribere; ubi errore commemorato Prutenicarum Tabula sum, quæ anno speciatim M.DC.XXV. exhibuissent Martem quinque proxi-

proximè gradibus ; quām in Cœlo esset , promotiorem ; sic pergit : *Huiusmodi*igitur aberrationes Prutenicarum , cūm inde , ex quo illæ fuerant editæ , vires docti , & in Siderum observationib⁹ exercitati deprehendissent (quos inter summo suo merito commemorandus est , ut corypheus , illustrissimus Catorum Princeps Gulseinus) coortus est denique Tycho Braheus , ex regni Danie nobilitate præcipua , qui posthabuit ceteris aequalium studiis , Astronomia restitutio nem ingenti animo complexus , hoc unicum opus sibi delegit , in quo etatem suam transfigeret , opesque avitas splendidas , quibus erat suffultus , impenderet . Quodque in præcipua glorie parte censeo , fecit hoc ille animo ab omnibus superstitionibus Astrologici vacuo , inque unum solum fons totius Philosophia suprennum , in cognitionem & Dei , & sui ipsius credidisse : quod cum in scriptis , & carminibus , quibus delectabatur , tum in quotidianis colloquis aequalitate constantissima reddidit contestatissimum : Astrologorum verò vanitatem , inertiam , ignoriam , & sordeis plurimam & deridere , & detestari est solitus : sic tamen , ut siderum effectus in sublimeribus partem Philosophia prestantissimam nequaque negaret : gnarus effectus illos siderum generaleis ab Eventibus ipsis in rebus humanis individuis accuratestimo judicio distinguere . Quod cum non caperet vulgus hominum , ad miraculosas predictiones credulum , ad rumores falsos disseminandos promptum , utraque te vanissimum ; tonquam vitum innocentissimum incepto ejus fame studio sermonibus obliquis , & invide Magnum objectu .

Ad Chymicæ studium quod attinet , nihil etiam est , quod addatur ad ea , quæ passim insinuata sunt ; & ex quibus elicetur id , quod ipse ad Roehmannum aliquando scripsit , dum aperte testatus est , se non minori conamine , & sumptu Astronomiam hanc terrestrem excolare , quam illum calestem , ordinatis ad eam ritè tractandam opportunitis structuris , & fornacum magna varietate , & copia . Ac nihil quidem scriptum de suis circa ipsam operationibus , oblationibusque reliquit ; sed significavit tamen publicè paratum se esse , qui delectu habito , ea , quæ & plurimo labore , & non mediocribus sumptibus expertus esset , communicaret . De his enim , inquit , cum illustribus , & Principibus viris , aliisque prestantibus , & eruditis , qui talibus afficiuntur , atque eorum cognitionem aliquam habent , ingenue conferre , atque nonnulli iis communicare per occasionem non tergiversabor ; modò mihi de eorum voluntate considererit , qui que ea secreta habentur sint . Talia enim vulgaria fieri , nec expedit , nec aequum est . Neque enim cuivis datum , licet multi ejusmodi profitentur , hec mysteria debito modo secundum naturæ exigentiam innoxie , atque utiliter exequi . Cūm proinde non

A 2

con-

constet quid circa Metalla, eorumque præsertim transmutationem obtinuerit; hoc tamen constat, sive ab eo Chymica remedia complura adinventa, quorum aliqua etiam-nun in Dania illius nomen præferunt, maximiè vero Elixir tam adversus febrem, quam adversus pestem. Quos authores in ea arte præcipuum locum tenere censuit, sive ex iis, quos veteres dixit, Hermes Trismegistus, Author Tabulæ Smaragdinæ, Geber, Rupescilla, Arnoldus de Villa-nova, Raymundus Lullius, Thomas Aquinas, Rogerius Baco, Turba Philosophorum, Albertus Magnus; ex iis quos dixit superioris zvi, Isaacus Hollandus, & Theophrastus Paracelsus, quem pluris, inquit oppugnant, quam intelligunt.

Importunum fortè non erit, si heic illud adscripsero, quod edis-
sit occasione memorati superiùs illius sui Emblematis de duobus
Philosophis, quorum alter se sufficiendo despiceret, alter despiciendo suffi-
cere ait. Itaque postquam spectare hæc dixit ad utramque, hoc est
superiorem, inferioremque Astronomiam; & præter consideratio-
nem Theologicam, ac Ethicam, innuere Physicam præsertim, in
qua superiora inferioribus per admirandam analogiam ita connexa
sunt, ut neutrum sine alterò rectè percipi, penitusque indagari queat;
tum paucis iusterpositis, subdit. Scire convenit id esse septem Planetas in
Cælo, quod sunt septem Metalla in Terra, quodque in homine ad suriusque idem
fabricato, qui ob id Microcosmus rite appellatur, septem principia Membra: at
que bac omnia tam pulchra, & concilia similitudine invicem colligata sunt, ut
paria ferè videantur habere officia, easdemque proprietates, & naturas. Sic duo
principia luminaria in Cælo Sol, & Luna, duobus præstaurioribus Metallo, Au-
ro, & Argento; in homine vero duobus præcipuis vitalibus membris, Cordi, &
Cerebro equiparantur. Duo benefici Planeta Iupiter, & Venu, inter Metalla
terrena Stannum, & Cuprum, post priora, secunda dignitatis sibi locum ad-
sciscunt; in corporibus però nostris lecur officiam sanguinis, & Renes genera-
tionis ministros. Duo vero Planetae, quos maleficos appellant, Saturnus, &
Mars, metallis abjectioribus. Plumbio videlicet, & Ferro correspondunt; at
que in corporibus hominum duo minus necessaria, & vilia membra fortiora sunt,
Splenem, & Fel, que sunt receptacula atra flavaque bilis exuberantis. Metallo
caelstis, ut est natura sua indifferens, & Proteo mutabilior; sic etiam Mer-
curium terrestrem, sive Argentum vivum sibi analogum habet, quod etiam in va-
rias transmutans formas, & omnium reliquorum metallorum naturam emulatur,

mitte-

mirabilisque induit Metamorphosēs: in corpore autem Microcosmico huic inter septem membra principalia refleū assignulat Pulmo, cuius officium est spirium trahere, Corque, & reliqua membra sua ambulatione resuscillare: inservit etiam loquela plurimā, volut & Mercurius ille caelestis huic praesesse creditur. Multa sunt præterea in his septem admiranda similitudines, quae paucis explicari queunt, sibi invicem colligatae. Sic etiam reliqua Terra Mineralia, Gemma, Marchafusa, & Salis, cum diversis Planetis certa lege conseruantur, & natura imprimitur Affixation Stellarum associantur, que Planetarum virtus in se, licet obscuras, continet; quemadmodum etiam berbe, & vegetabiliā è certo quodam ordine non solum Planetis, sed etiam Fixis sideribus in terrestri Astronomia assignantur, evanescenque naturam, quantum in se est, annulantur. Hac, & plura ejusdemodi penitus intelligere non docet vulgaris Physica, neque Academia Peripateticorum sophismatibus, & fuis dementata, intrustataque latenter in his realem, & ipsissimum veritatis nucleus intropiscere, vel didicerint, vel docent. Pyromonica schola adeunda est, que, &c.

Ex quibus intelligi sanè licet non fuisse illi admodum curse vulgarem Philosophiam, philosophandive apud Peripateticos rationem, utpote quam semper habuerit longè inperfectissimam, ac foventis solūm contentionibus, clauoribusque comparatam. Quo sit, ut minus mirum videatur, si loco non magno habuerit, quos in eo lauteam adeptos Artium Magistros appellant, ut constare vel ex eo potest, quod cùm aliquando Rothmannus ip̄s̄ communendasset Victorini Schonfeldii Professoris Marpurgensis filium, ut illum suos inter studioſos aliquandiū recipere, suisque in artibus erudit̄; ac illud quoque adiecisset: *Est, si audio, promotus liberulum arrium Magister;* id hinc verbis exceperit, si Victorinus Schonfeldt hūc filium suum miseris, me inviſendi causa, per me illi id licet. Quamprimum illi, vel mihi ita videtur, ut ad suos remeat, utrique satis liberum erit. An promotu sit in Magistrum liberulum Arrium, nec-ne, apud me perinde est: mallem tamen illum tamē esse, quam appellari. Sed hoc non tam levi pretio proficit; sufficeret harum discipulūs esse. Probavit ergo portiū Paracellicam Philosophiam, illiusque principia facta ab ipso usque Paracellio celebria. Unde & non modō materiali ab illo assignatam retinuit, sed efficientem quoque causam, quam etiam cunī eo Archæum nominavit: ut dum de maiore, aut minore corporum compactione loquens: Cūm, inquit, omnium metallorum, atque gemmarum uas, eademque sit primus materia, non tamē omnia per Archæi



naturalis, ut vocat Paracelsus, energiam, ad eandem maturitatem subtilitatem, deglauque sunt. Quā etiam de causa Paracelsi mentem sibi perspectam profitetur; ut dum Gramineum reprehendit circa illius sententiam de Penatibus Superis, quam, inquit, minus recte intelligendo depravat, existimans eum per Penates superos Planetas intellectuisse; cūm alii illic non dentur; quod à Paracelsi mente alienissimum est. De qua re alibi, & convenientiore loco differendi dabitur occasio. Sed hæc quidem de Studiis.

De Moribus ut paucis agam, hoc Inprimis esse videtur de ejus Religione dicendum; cūm natus fuerit in Dania, ex quo id Regnum à Catholica, Romanaque fide defecit, sequutum eum quidem fuisse patrio more, quam Reformationem Lutheranam dicunt; at non videntiam illam eā complexum pertinaciā, ut non & assensu in Professione opposita damnanda cohibuerit, & in consecratoribus mentem reformatiorem desiderarit. Nam primum, dum exempli gratiā, Theodorum Gramineum reprehendit, quod ex frivola, & nullius momenti, ut ait, occasione Lutheruni, asseclasque perstringat: Neque enim bac dico, inquit, quod de controversia Religionum iudicium interponere velim. Di-judicet haec, qui verum à falso discernere, atque corda omnium scrutari, cunctaque absque prejudicio decidere solus norit. Deinde, ubi de præagiis Nova ex Stella edisserit, Opinatur quidem, iuquit, plerique Religionis statu hisce temporibus ad clarissimam quandam, adeoque Meridianam, depulsi omnibus tenebris, pervenisse lucem: Vnde igitur controversia, tantaque optimum varietas, & concertationes doctorum virorum Religionem proficiunt; adeo ut calamorum bello ipsis iam armis sint crebriores, & nocentiores? Vnde tot clamularia, & aperta odia, invidie, obsecrations, calumniae, vindictæ, cupiditates, ambitiones, avaritiae, fraudes, philantropia, intemperantia, & alia ejusmodi natura terrestria; atque Academica coinciduntia, Olympicam secundum Christum revocationem quam-minimum redolentia? Verendum sanè est, ne aliquale diluculum maturum adhuc multis nebulis, & obscuritatibus contumatum ipsissimam supremi Meridiei lucem reputemus. Ac rursus, ubi de quodam scripto, ejusque interpretatione, cui subscriptus sit Landgravius, Facile, inquit, animadverto ex adversarium Theologie Professorum nostrorum avi editiu scriptis, eos non candide ubique, & convenienter adversiorum sententias citare, aut interpretari; sed magnam, & pervicacem philantropiam, ambitionem, odium, & vincendæ vindictaque cupiditatem apud eorum quam-plurimos religiosè prevalere; ita ut sub praetextu promotionis Evangelicas seipso;

seipso, & sua ne-plurimum querant. Sed hi in valore suo relinquantur, & causam suam ipsi apud iustum Iudicem, prout poterint, dicant.

Quod supereft autem, ut Literis Sacris summum semper honorem habuit, ipsarumque autoritatem servari interemeratam voluit, quod testari possunt vel ea, quæ circa motum Terræ à Copernico attributum, ab ipso repudiatum, aliquoties attigimus; ita summa veneratione divinum Numen semper coluit, nihilque noluit, in ejus laudem commendationemque relatum. Dei, inquit, solius gloriam in omnibus spectandam semper censui; cum veritas absque ipius patefactione, & dono introspici nequeat: omne enim donum perfectum à Deo. Et quod in quotidianis quidem colloquiis frequentius nihil in ore habuerit, quam inexhaustam Dei sapientiam, quam summi Cœlorum, Siderumque Opificis opem, cæteraque id genns, intelligi res satis potest ex iis, quæ mox ante Kepplerus, testis idoneus, retulit. Quod vero seu prosa, seu carmine scribens, paria frequens extulerit, legenti ejus opera constant. Spectant huc nonnulla ex carminibus, quæ recitata ante sunt, cùm & possint adhuc ex Parænesi illa addi.

Equis & Auctore Mundi per condita vaslo,

Tot miranda Polo spectacula agnoscere gestii?

Ac iterum.

Tu modò mirifici sapiens Fundator Olympi

Annuie, & adser opem tua facta stupenda notans.

Sed nevpe manifestum est, nihil æquè fuisse illi cordi, quām ut cælestium corporum, totiusque Mundanæ molis symmetriam agnosceret, quod ex ejus patefactione immensam Dei sapientiam facere commendata posset. Hūc facit inter cætera, quod cùm retulisset, ut diameter globi Lunaris continetur octies-decies in Solaris Diametro, sic Dianetrum orbis, sive Cœli Lunæ in orbis Solis Diametro, qua maximus est, contineri etiani octies-decies, tūm hæc subdidit: *Pulera sunt, & concava Symmetria, nec à quoquam, quod siam battens considerata: Et, si omnia ad exactam truimam expendantur (quod commodiore loco facere decrevimus) forte & hec, & plura alia admiranda, & summam Opificis sapientiam, vel in ipsa proportione Mundanorum corporum testantia, plenius, & accuratius patefient.*

Nihil necesse est heic subjiciam, seu de Pietate in Parentes, seu de caritate in Patriam, cùm res serè possit intelligi ex superiùs dictis. Nam

ad

ad Parentes quidem quod spectat, videri potest non alia occasione, cùm è Patria excederet, texere voluisse enumerationem eorum, quæ in Astronomia, aut etenus peregerat, aut peragenda deinceps relatabant, quæm ut eo prætextu, in ipsa narrationis fronte illos recenseret, & congruo quidem cuius elogio, ut nomina eorum perpetuæ memoriz cum suis laboribus consecraret. Ac de Patre quidem loquens, *Patens enim, inquit, ipse mens honoranda memoria Otto Brahe, filios suos, quos quinque habuit, quorum ego sum primogenitus, &c.* De Matre vero, premisla mentione de uxore Patrii, quæ Aulæ Magistra fuerat; succedente illi, pergit, in eodem officio *Matre mea carissima, & honorandissima, Beata Billa per oculum, qua etiamnum ex Dei gratia superstes est, agens annos atatus lxxj.* Tum & de ipso Pætruo, quem quali parentem, & habuit, & coluit: *Lipsie litteris humanioribus operam dabant, sustentante me istic, nisus cum Padago, Pætruo meo carissimo Georgio Brahe, qui ante annos circiter triginta fatus conceperit.* Ac rursus, de ejus uxore, tanquam sui quoque, Parentis instar, amantissima, dulcis, inquit, in uxorem nobilissima, & prudentissima domina Ingeta Oxonia, magni illius Petri Oxoni, postea Regni Daniae Aule Magistri sorore, quæ ante quinquennium diem obiit, quæque me etiam, dum vixit, in flâni singulari amore complexa est. Meminit verò etiam gratè Avunculi sui Stenonis, quem virum dicit liberalium omnium exercitationum cupidissimum, & quicum degisse se ait, postquam è Germania primum redit, grata videlicet illius consuetudine delectatus, & quia, cum, inquit, apprimè literatum esset, studiis excellentioribus plurimū farbat, & me, meosque conatus singulari amore prosequebatur. Ad Patriam verò quod attinet, dici non potest, quanto affectu decori illi esse studuerit; quamque proinde, & quantum perennaturam claritatem illa ex ejus laboribus, studiisque, & consequuta hactenus, & porrò sit consequentia. Certè & tametsi perperam coactus ab illa excedere, valere quasi ingratam jussit; non tamen tam in ipsam Patriam, quæm in Magnates aliquos abitus sui cùlpam conjecit: *ex quo illud est, inter cetera;*

Dania sed, fateor, satis excusabili in se est:

Condolet, & propriu ingenio ipsa malis.

Cùm pergit porrò,

Tu quoque magnanimi Federici beroica protex,

Inscius hac culpa, Rex genitose, vacas,

Intel-

Intelligere duo quædam licet: Unum est, quanta veneratione prosequutus Principem fuerit, cùm ab eo licet privatus suis penitentibus, ipsum tamen fieri excusatum voluit, quod etiam suo loco uberiùs, ac illius verbis commenimimus. Alterum, quanta fuerit in Fredericum Regis Parentem, ac munificum erga se, ergaque Astronomiam benefactorem gratitudine; quippe quem & nunquam sine elogio nominarit, & nihil æquè studucrit, ac iminortali nomine reddere illustrem apud posteros, quos etiam invitaverit ad illius nomen grātē celebrandū. Hūc nempe inter alia spectat, quod ea cominenorans, quæ ille regio favore largitus est, pergit; *Hujus nunquam satis laudati Regis consilii mentionem, & memoriam recolere soleo; cùm nos tantummodo de me, sed & de tota re Astronomica hac ratione sit eximè meritus. Quare universam Posteritatem, ad quam, uti spero, hujus rei usus-fructus aliquando perveniet, serenissimi, & optimi illius Regis nomen grata mente celebrare decet.* Dicerem quoque de eximio affectu gratitudinis, quo est etiam Rudolphum Imperatorem optimum prosequutus, nisi res foret non multò antè tam profa, quām carmine ipsiusimè verbis expressa, ac nisi exstaret, quod esse ut præcipuum, ita perpetuum monumentum gratitudinis voluit, ipsa ab ejus nomine Rudolphinarum Tabularum inscriptio.

Quid non vicissim dicere liceat de illius Beneficentia, deque animo verè liberali, & magnifico, quatenus ad nullam rem minùs, quām ad augendum peculiari natus, tot illas, ac tam amplas opes, seu avitas, seu regias, in utilitatem alienam impendit? Primum nempe extruendis illis non minus sumptuosis, quām comparatis ad cœlestis observationes ædificiis, quæ non perventura ad hæredes nosset, sed speraret solùm destinatum iri, se fatis functo, hominibus, quibus cœlestia curæ forent. Secundò apparandis illis tot Instrumentis, & Machinis, tantæ molis, tantæ varietatis, tanti artificii, tanti ornatus; divisionis tam accuratae, tractationis tam facilis, usus tam præclarus: idque, cùm speraret ea quoque non in heredes alios, quām in cultores scientiæ unà cum ædificiis, insulâque tota esset transferenda. Tertiò, sustentandis, ac simûl instituendis, tot studiosis Juvenibus, qui cœlestium amore capti, coadutores se adhiberent, quorumque speraret fore aliquos, qui in easdem curas post se incumberent. Quartò conficiendis tot medicaminibus, quæ omnino gratis, sunmaque cum humanitate indigentibus distribueret, ac mitteret etiam, quasi opifex

per orbem factus, ad absenteis. Quinto excipiendis tot hospitibus, qui & undique, & crebro adventabant, quibusque ab initio partem ædificii, destinaverat commodam, apprimæque instructam. Ut verbo dicam, quod aliunde altius humanis exserens caput, longè omnino ab ambiendis publicis munis fuerit, commendari potest non minus, quam felices animæ illæ, quibus in domos superas scandere curæ primis fuit, quod, ut verbis ejusdem Poëtæ dicatur,

*Non levus ambitio, perfusaque gloria fuso,
Magnarumque famæ sollicitavit opum.*

Quod attinet verò ad illud,

*Non Venu, & rūnum sublimia pectora fregit,
Officiumque fori, militieve labor,*

verum est quidem illum à foro, ad quod Patrius, itemque à militia, ad quām Parenz eum destinārat, abstinuisse: at non à Venere, & vino perinde abstinuit; tametsi non ed usque iis indulxit, ut sublime pectus inde fregerit. Quinetiam licet non ingenuam, sed ex plebe uxorem duxit, fecisse quidem amore potest; at potest etiam ut ancillam, potiusquam dominam haberet; ac esset, cui sua non displicerent studia, cuique grave non videretur, aut in aula non commorari, aut conjugem etiam extra Patriam sequi. Licet aliunde morbus extremus ex uberiori compotatione occasionem habuerit; compotatio tamen pro more fuit gentis; & morbus aliunde is fuit, non quem inducere solet crapula, sed ad quām natura corpus comparat, quique, nisi illa, potest multis aliis occasionibus excitari.

Hinc ne addam, tantum abesse, ut livore affectus adversus eos fuerit, quos currere eodem in stadio cognovit, ut quasi calcaria potius adhibens, tum commendārit industriam, tum ad strenuè, generosèque pergendum fuerit adhortatus. Quo ex capite, si quid forsitan fuit reprehensione dignum, non modò contestatus est, se id veritatis folius gratiâ refutare, & salva quidem autoritate, ac estimatione, qua quisque habebatur; verūn etiam per-ratum fuit, ut non elogium præmisserit, si modò ii, quos redarguebat, non se ineptissimos praestarent. Et vide, ut Mæstlinum non modò commendārit, sed commendatum etiam Principibus voluerit; cùm occasione Libelli, ex cogitatæque ab eo circa Cometam hypothesos, hæc habet: Cenè ex hoc ipso eruditæ, & Mathematica scientia eximiam cognitionem redolente libello,

libello, quem de Cometa hoc publicavit Maestlinus, iniò vel ex hac sola hypothec-
seos constitutione, qua ejus motum apparentem salvare conatur, ipsius ingenii pro-
funditatem, & scientie Astronomica excellentem peritiam, tanquam ex hinc
Leonem colligere licet. Nec dubito, si vir hic Instrumentis justè magnitudinis af-
fabrè è solido metallo elaboratis non desitueretur, sumptusque alio necessarii ad
tantum opus absolvendum illi cum otio, & opportunitate tractandi suppetent,
quia in sublima illa & angusta Astrorum scientia à suis mendis vindicanda, pra-
alii, eximii quid felici successu moliretur: presertim, cùm magno amore hujus
divinae scientiae tenetur, & ad eam penitus capessendam ingenio, & diligentia
non careat; ataque insuper florente adhuc predictus sit, qua diuturnitatem ob-
servationum, & laboru molem sustinere valeat. Quo nomine Illustrissimi Ger-
maniae Principes, & Viri opibus abundantes rem omni laude, perpetuaque memo-
riæ longè dignissimam præstarent, si ejus conaribus sua liberalitate opportune sub-
venirent. Non enim est hoc studium mediocri fortuna hominum, ut ab iis de-
bet modo exerceri, vel sicubi defectus aliquis incidat, justè redintegrati posset;
sed veluti inde semper ab initio apud Reges, & Principes sapientiores in precipua
authoritate, & pretio semper habitum est, sic etiam Regum, & Principum fa-
vorem, auxiliatricesque manus perpetuè requirit, presertim ubi, &c. Vide
etiam commendationem, adhortationemque eximiam ad Land-gravium;
Tuam, inquit, Celsitudinem colophonis loco humiliiter, & obnoxie ob-
testor, ut omnibus nervis hanc divinam Astrorum scientiam à mendis, quib-
us scatet, vindicare, excultioremque reddere, quod etiam suæ sponte hæc-
tenuis egregiè facilitavisti, in posterum magis, magisque conari non intermitat. Hac
enim ratione tua Celsitudo apud omnem Pósteritatem tam sublimem, & divi-
nam scientiam veneraturam, gratissimam, duntissimamque sui memoriam con-
seruabis, que è magis perpetua, præstantiorque erit, quod non è terrenis, & in-
terius obnoxiosis rebus, quas vulnus suspicit, comparata sit. Novit Celsitudo tua hoc
studium non esse temeroris fortuna hominum, neque ab illis, etiam si quam-máxi-
mè duperent, intelligerentque, debito modo excoli posse. Cumque nullus sit, pre-
ter tuam Celsitudinem inter omnes Europei Principes viros, quem Deum hoc beroico
ingenio ornatiss, ut tam arduam scientiam penitus intelligat, eamque ab errori-
bus vindicare, & omnibus modis redintegrare norit; decet sanè tuam Celsitudi-
nem hujus principalis, & Principis cognitione dignissima scientie praeceteris viris
Principibus, precipuam etiam curam getere, ejusque inflationem, & ad po-
steritatem conservationem omni conatu moliri. Hoc etiam nomine tua Celsitudo
suum Mathematicum Christophorum Rothmannum sibi pra alius commendatum

habeat, ed quod ipsum hisce exercitiis admodum soleriem, & fidelem nayari operam, ac exacta veritatis percupidum esse indagatorem multis judicis cognoscam.

Quod supereft, ajunt eum fuisse suapte natura, & latum, & non-nihil loquacem, ac subiracundum: adeò ut, cum foret in jocos, & hilaritatem proclivis, ac proinde scommata, & saleis in alios sepius spargeret, ferre tamen satis patienter non posset, si quando in se ab æqualibus spargerentur. Quo loco inseri etiam potest fuisse illum suarum opinionum, nisi tenacem, at saltem, dum illas ratas haberet, ita amantem, ut satis impatienter ferret sibi obstinate contradictioni, ut intelligi potest, vel ex unis, alterisque literis, quarum sunt superioris relata argumenta. Memorant quoque eum exstisisse erga potentiores morosum; ac narrasse mihi Cælum memini, cum Dux Brunsvicensis illum invisiſſet, & laudè exceptus, sub mense jam finem, serò esse, ac abeundum dixisset, Tychonem tertium affidentem, quasi lepido joco exceperisse, non posse id sua sine venia fieri, surrexisse Ducem, quasi indignabundum, & ne vale quidem Tychoni dicto, petuisse limen: at illum vicissim facto indignatum mense obstinate hafuisse, donec quadam quasi pœnitentia ductus, pergentem ad navim insequeutus est, ac eo invocato, poculum manu ostentavit, quasi vini haustu contractam culpam elueret. Cum Dux autem ad eum conversus, vultum illico avertisset, avertisse statim & ipsum, neque deduxisse illum ad navigium. An verò in partem indignationis venit, quod Dux ipso in-vito absportaret præclaram illam Mercurii statuam, cuius superioris meminimus, cujusque obtainere deinceps ectypum nunquam potuit? Inaudii quoque insigne odium, quo Walchandorpius Aulæ Magister Tychonem prosequutus fuit, ex eo habuisse originem, quod pedis ictum cum impeditisset in canem illum venaticum, quem fuisse in deliciis Tychoni memoravimus, ipse rem impatienter ferens, se miserè infensum quâ vultu, quâ voce declaraverit.

Fuisse eum aliunde, quod obiter dixi, ad hilaritatem, & ludicra natum, vel id comprobat, quod præter illam Mercurii statuam, varia habebat automata, quibus illudens rusticis, aliisque dæmonas subesse suspicantibus, mirè recreabatur. Quod etiam ob cœlestium curam futura nosse reputaretur, fovebat volens hanc opinionein, magnoque erat oblectamento, si qui adessent creduli, reddere illos quadam specie

specie Prophetiae admirabundos. Dictum antè est singulis studiosis sua fuisse supra secundam contignationem cubicula; cùm singulis verò ad eos evocandos tintinnabula adhibuisset, pulsatoriaque ductibus cæcis partim suum in cubiculum, partim in cœnaculum, partim in Musæum ita traduxisset, ut quā occulte terminabantur, vel leviter tacta sonum, atque adcò admonitionem in cubiculis facerent; ideò simulabat plerūmque, advenis secum versantibus, indigere se aliquo, ac tunc attracto clam pulsatorio, dicebat familiari, & qua colloquebatur voce, adesto Petre, adesto Christiane; iætabaturque stupere adstanteis, qui crepitaculum non audierant, qui significare tam depressa voce degenti tam procul aliquid potuerit.

Uti juvabat porrò illum ceterorum credulitati hacce ratione impone, sic fama est illum non omnino credulitatem, superstitionēque causisse. Nam, ut id præteream, quod alicubi scripti veram Cabalam, atque Magiam, si sine abuso, ē Dei, creaturarūmque offensione tractentur, per imagines, figuræ & notas, plurima, alias abstrusa, reservata, ē patet facere; ecce memorant, si domum egressio anus priuulium occurrisset, domum regredi solitum, quod id reputaret omnis infasti. Omni quoque malo vertere conluesse, si occurrisset lepus in itinere. Uraniburgi cum degeret, fatum fovebat nomine Lep, cui ad pedes assidenti, quoties mensa accumberet, manus sua porrigeret cibum. Is, ut affiduè ridicula, deliraque multa garriebat, ita aliquando quæpiam momentosa: Tycho verò mentein emotam esse præsigiorum capacem persuasus, accurate ea, quæ ab illo proferebantur, obliterabat. Longomontanus, ne id factum ab eo frustra quis crederet, retulit, si quispiam cœpisset agrotare in Insula, interrogatum de eo Lepem certò prædixisse, moriturus-ne, an convalitus foret. Retulit, inquam, ex literis optimi Wormii tum ad me, tum ad eruditum Peyrerium, in quibus etiam legitur, Tychone aliquando peregrè absente, discipulos, qui redditurum tam citò non opinabantur, cœpisse hilarius genio indulgere, ac fatuum præsentem interea exclamasse *Iaucher xia Laudit*, hoc est, *Dominus adycuit*. Cùm amandatus autem unus, qui rem exploraret, turrim concendisset, vidisse eum Tychonem jaua scaphâ appulisse, ac re nunciata, singulos ad sua pensa provolasse. Legitur &, cùm alias Tycho duos ex Studiosis Hafniam destinasset,



negotia quæpiam curaturos, præscriptoque die reddituros, prandente illo die Tychone, exclamasse Lepem, inter cætera, *En, ut tu se in mari lavant.* Suspicatum Tychonem illos naufragium passos, consondere quæpiam jussisse Observatorium, si qua forcè scapham, siusque videret; retulisse autem illum, vidisse se in littore madidos aliquos, malèque affectos, & scapham non longè subversam. Atque hac quidem omnia non eo fine recito, ut vel probem, vel improbem, aut hac quidem vera, illa verò falsa pronunciem; sed solum, ne quid, quod in meam notitiam venerit, supprimatur, & lectoribus æquis ansa fiat expendendi, ac dijudicandi, cujusmodi Vir, ut doctrinâ, ita moribus fuerit.

- I601.** *Nunc, ut ea, quæ obitum ejus fuere sequuta, percurramus; te-*
status est Cæsar insignem dolorem; ac sepeliri Virum in Templo ve-
teris Urbis primario per-honorificè mandavit. Sepultus proinde il-
leic fuit habitu, rituque Equestri, die in sequentis Novembribus iv.
Qui orationem funebrem habuit, fuit Jessenius à Jessen, is, ut opini-
or, cujus fuerat, Wittebergæ cùm degeret, confuetudine jucundissimâ usus. Fuere in ejus commendationem Epicedia multa conscrip-
ta; sed à Kepplerio poëissimum, ac Paulo Coldingo ex Cimbria, qui
moriente quoque Tychoni adstitit. Epitaphium verò hoc fuit.

Iamdudum sursum, nunc primum specie deorsum;

Despicens Mundum, sufficiensque Deum.

Distichon autem Chronologicum, hoc est numerali literarum valore annum, expressis autem verbis mensim, diemque obitus ostendens, cuiusque mentio est jam facta, fuit hujusmodi.

oCtobrIs VIIs Vt LVX VICeIMa qVarta,

•VLs sVbIt CeLI te, generose tyCho.

Supèrest paucis attingamus, quantum quidem nosse nobis datum est, quæ fata manferint Familiam, Libros, Observationes, Instrumenta, & si quæ præterea ad hac attinent; quæ fuere à Tychone relicta. Ac primum quidem, præter Uxorem, relicti fuere sex Liberi (qui iidem se gessere hæredes) ac Studiosi varii, quorum aliqui vigesimum tunc in familia agebant annum. De Uxore porrò nihil amplius constat, quam quod Tychoni superstes fuerit. Ad Liberos hæredesve quod spectat, iudicavete proximo statim anno, primum Progymnasma-

rum

tum Librum ipsi Imperatori Rudolphi, ac xxv. post annos Imperatori Ferdinando Rudolphinas Tabulas à Repplero elaboratas. Fuerint-ne tunc adhuc superstites omnes, incompertum est; inservique hūc potest, quod Willielmus Joannis ad Longomontanum sub initium anni M. DC. XVI. Wittebergā scripsit his verbis; *Multos Prage de filiis, & filiabus Tybonis Brabhei querendo interrogabam: verum neminem inveni peritum, & promptum, qui mihi de illis interroganti minimum indicium facere potuerat; sed unam filiam Tychonis Praga nuptam esse, & filium quemdam in Bohemia degere; ibidem paucos ante annos nobilem duxisse Virginem, amplectusque habere divitias, M. Nicolao Hamnero accepi.* Videtur filia, cuius heic mentio, Magdalena fuisse, quae Tengnagelio nupserrit, & proximo quidem ab ipsa morte Tychonis anno, cùm ille excurisset in Friesiam. Is nempe Pragæ est commoratus, tanquam & sui merito, & in Tychonis memoriam inter consiliarios Cæsaris adscitus, & Legationibus aliquot illius nomine perfunctus. Consiliarius appellationum à Kepplerō indigitatur, quodque Cæsius mibi narravit le fando accipisse Bruxellis, unum ex liberis Tychonis fuisse olim à Rudolphi in inferiore Germaniam missum, idde Tengnagelio sum interpretatus. Ipsi certè filii Tychonis non eâ fuisse industriâ evidentur, quâm Cæsar tanti, quanti ipsius Tengnagelii fecerit; ut vel ex eo constat, quod curatores operi Tabularum perficiendo dans, non unum ex illis, sed ipsum Tengnagelium nomine heredum directorem constituit. Fecit verò illum præfertim apud Cæsarem commendatum memoratus antè Joannes Barvitius Cæsari à Consiliis; Secretisque intimus (cui aliquantò post dicavit opus Tychonis Cometicum) singulari illius eruditione delectatus; neque enim Astronomiam modò sub Tychone excoluerat, sed erat etiam literis humanioribus perpolitus: unde & Tycho Wandesburgi Mechanica scribens, poëma inservierat, quod Nobilis, inquit, & doctus adolescens Franciscus Gasneb Tengnagel, qui aliquandiu mibi fuit domesticus, neque è Dania migrationis comes, quò huic subiungeretur, ex tempore concinnavit. Hoc autem illi initium est,

Cedite vos, humiles artes, cura que supine,
Cedite; nam Musas tantum supra extulit omnes
Vtane divina caput, celestia quantum
Exsuperant terras; quantum lux alma tembras
Vincit, &c.

Ad

Ad Studiosos quod spectat, perstitere ii quidem aliquousque in familia: verum ea deinceps Rudolphi intervenere negotia, ob quæ Auleæ Camerae Præsides, pensionariaque Magistri destinatos Tychoni numeros in alios usus converterint, hæredesque non-nisi ægræ aliud ex iis obtinuerint; sicque oportuerit familiam dissolvi, studiososque speciatim variè digredi. Et aliquousque quidem illos constituisse, vel ex eo intelligi potest, quod loquens Kepplerus de Stella magnitudinis tertiae, quam in fine colli, & principio pectoris Cygni (atque adeò non longè ab antiqua in pectoro) per ea tempora primum adnotatam, vulgoque Novam habitam, fama variè sparsa post Tychonis obitum fuit, *Nr.*, inquit, *vel novissimus observator, vel instrumentum suum fit* (de se nimirum, deque Sextante, quem ab Hosmanno, de quo jam antè, obtinuerat, loquitur) *en quid Sextante Braheano fit observationum à Studiosis à Brahe reliktis. Nova à Vulture, &c.* Meminerat verò mox antè Joannis Eriksen, Studiosorum unius, qui initio anni comitatus Tengnagelium Cassellas, & porrò in Orientalem Frisiā, redierat æstate in Bohemiam, fueratque sibi in illa sua Stella observatione adjutor. De ipso Kepplerō eidem accenso familiæ alia fuit ratio; sic enim de illo hæredes in Tabularum dedicatione; *Vnum verò, qui intra Penates nostri Parentis Astronomici operibus annū jam alterum impendebat, Ioannem Kepplerum ingenio valentem, inter aulicā sua ministeria recipit (Rudolphus) stipendia assignavit.* Verum de Kepplerō ipso statim plura.

Sequitur nimirum dicamus de Libris, quos edere Tycho destinaverat, quorumque editionem Kepplerus promovit. Ac priuūm quidem quod attinet ad Progymnatum Librum primum, quidem *de Nova Stella est*, scripsit Kepplerus Appendicem, hæredum tamen nomine, in qua præfertim deducitur, cur opus tam mature cœptum, tardè adeo prodierit: ac cætera inter, ubi dictum est de Theoria Lunæ, quam toties, ac nuper quidem operâ usus Longomontani Tycho retractârat, hoc subjicitur: *Iamque in eo erat, uti redenterunt ista postremum, & denique Liber tot jam annos detentus, in lucem prodiret; jamque & figura exsculpta erant; cùm ecce immatura, & luctuosa morte preventus, opus postremum reliquit. Nostamen omnia, uti erant, bona fide typis mandavimus: illa tempe, que Caput primum precedunt, eodem ordine, uti in exemplari primario disposita, & manucripta erant; Lunarium Paginas xxvij. Conclusionem denique, qualam*

in sermiosis invenimus. Ac statim. Nec dubitamus, quin & bene revisum, omnisque severiori limis politurum fuisse, si vitam huc usque traxisset: nobis, eo mortuo, religio fuit quicquam vel munimur mutare. Quod attinet ad Præstationem, Operisve nuncupatione in factam Rudolpho Cæsari, Kepplerus quidem nonnulla intexit; sed illam tamen majori ex parte perexit Tengnagelius nonnihil ipsorum hæredum, qui causam eaturdem morarum dicentes, hæc cætera inter præfati inducuntur; Cùm Parens noster ab initio dimitaxat de admiranda illa anni septuagesimi secundi Nova Stellæ in hoc libro agere, atque in aliorum de eadem placita disquisire decrevisset, eaque Uraniburgi typis propriis, sensim, & ad dominum arbitrium progredientibus operis mandaret, factum, ut interea non in Solis tantum curriculo ad annos restituendo, sed & Fixarum Stellarum locis intra unicus minutum, adeoque ejus semissim, tam quoad longum, quam latum profundiens; Luna denique intricatissimo motu eruendo, ea successivè prefisterit, atque huic volumini adjecerit, ut verè affirmare possumus materia dignitate Librum hunc non Astronomia Progymnasmatum, sed longè angustiorem Titulum meruisse. Quia verò dicatio hæc facta est Pragæ, pridie Kalendarum Augusto, anno M. DC. II. Librum editum ab hocce usque tempore constat.

Liber autem de Cometa, seu de Mundi Ætherei recentioribus Phænomenis, Progymnasinatum secundus, non ante quintum Nonas Februarii anni insequentis M. DC. III. fuit in lucem editus: dicatione, uti est iam dictum, per Tengnagelium Barvvitio facta, idque cum Tycho appulsus Pragam, ac paullò ante obitum contexuisset Proæmium, & pagellas duas postremas, ut Typographica errata subnotarentur, recudisset. Adjecit verò Tengnagelius præfatiunculam ad Lectorem, in qua causam reddidit, cui Libri editio dilata fuissest tantoperè. Cogitārat scilicet Tycho secundo huic Libro subjicere Tertium, de Cometiis cæteris, post primum, ac præcipuum vîlis; cuius tamen conscriptio fuit aliis curis interpedita; adeo ut nunquam satis vacârit in hypothesis, numerosque observationes diducere. Et cogitārat quidem etiam emittere hunc solitarium, si maturè satis habuisset conscriptam à Longomontana adversus Kraigium Apologiam, qua facete adauctius volumen constituerat: verumtamen neque eam potuit ante obitum perfectam nancisci: neque aliunde Longomontano demandare curam perficiendi operis hujus Cometici; id nempe si bi denique in animum induxerat, tanquam sentiens se imparem tot



laboribus sustinendis. Innuimus superius fuisse illi in mente treis hōce Libros, videlicet, unum de Nova Stella, & duos de Cometi, pro uno Opere habere, quod inscriberetur, *De Recentioribus Ästhetri Mundi Phenomenis*, & Progymnasmata contineret ad Magnum Opus, quod de cœvis Mondo Sideribus agens præ se ferret titulum *Theatri Astronomici*, seu de Instauratione, *Redintegratione Astronomie*: atque ita quidem, ut posteriori de Cometi Libro attexeretur quidam generalis Epilogus, in quo fusè declararetur Materia, Causaque generationis hujusmodi recentiorum Phænomenon: verū fatis alter visum.

Circa Epistolas, testatur Kepplerus cœptum fuisse Librum secundum excludi, Tychone adhuc superstite: at ex ipso nihil prodit, solusque exstat Liber primus, cuius cum Tycho plura exempla quām cæterorum Librorum sparsissim, fuere residua postmodum unā cum aliorum Librorum exemplis superstibus divulgata Godefrido Tampachio, Francofurtensi Bibliopolæ, qui & Libri de Stella Nova, Librique item Epistolarum quaternioneum primum recudit, & Libri de Cometa etiam duos, ac apposuit insuper annum M. DC. x.

Quod ad Librum vero Mechanicorum spectat, dictum jam antè, ut ipse Tycho excludi primum illum curarit, Vandesburgum cum appulit. Cum vero antè obitum maximani exemplorum partem in Magnates, amicos, eruditos viros distribuisset (ita scilicet apparatus Organorum magnificus, & vix unquam ab ullo imitabilis inclarelere poterat) capropter dum obiit, superfuerē non multa. Illa autem coemit, ac una typos æreos, buxeosque tam Organorum, quām ædificiorum Levinus Hulsius Norimbergensis Bibliopola, qui, quoniam exempla fuere unox distracta, maximēque per Nundinas mortem proximè inseguatas; ideò Librum statim recudit, premissa in fronte Tychonis effigie ex cælato ectypo, de qua superius dictum est, idque ipsomet à morte Tychonis proximo anno M. DC. 11.

Superfunt Tabulae Rudolphinae, ex quibus iamdudum affectis, licet pars videri perfecta jam posset, præscriperat Tycho nihilominus revocanda omnia ad incudem fore, ut exquisitora quæque observata repræsentari numeris in Tabulas diductis possent. Itaque, cùm ipsi ad illas condendas fuisse Kepplerus à Cæfare calculi minister adjunctus, ac opus jam cœptum illius morte intercidisset; *Id mibi maneris*, inquit

Inquit Kepplerus, à sua Majestate fuit impositum, ut Tabulas Rudolphi de serua morte Braheis Authoris sui, ex ipsis observationibus, sub inspectione, & directione heredatum, si qui essent idonei, & vacui, perficerem. Ac alacriter quidem ille se accinxit; verum illæ brevi, ac aliæ deinceps, partim ex operis natura, partim ex tergiversatione Prælectorum ærarii, subortæ fuere difficultates, ut priusquam Tabulæ perfectæ, evulgateque fuerint, annus sæculi xxvij. adventârit. Conquestus est certè ab annis 11. ac 111. configi se limis Prælectorum oculis; & cùm anno ix. specimen laboris infligne, Commentaria de motibus Stellæ Martis edidisset, ac Rudolphus præter editionis impensas, persolvi illi confessiū mandasset, tum stipendiiorum residua, que, inquit, ad duo millia moneta argentea majoris excreverant, tuu alia insuper duo millia; expostulabat tamen adhuc biennio post, decreta Rudolphi in se munificentissima nullum eventuū consequi, ac se incassum facete suum pultareque jam Cameræ Silesiacæ, jam Imperialis ærarii fore. Sic, licet anno insequente Matthias Rudolphi successor, & continuari stipendia, & exsolvi residua jussisset; querebatur tamen anno xvj. exspectare se adhuc mandatorum exoptatissimum effectum, vel eo nomine, ut posset sibi habere adjutores treis, sicut, inquit, ad calendarias observationes Braheanas: alterum ad computandas reliquias Ephemeridas (Tabulas neinpe jam adumbrarat, ex iisque Ephemerida in annum consequentem deduxerat) tertium ad descriptiones necessarias, ad correctionem typorum, &c. Necque enim sibi satis esse, quod Cæsar etiam ante Imperium decrevisset idoneam, fixamque sedem Lincii; ac adjecisset exhibenda à Proceribus Austrizæ supræ Anisanæ stipendia, quibus, donec res pacatores evaderent, sustentaretur; uti & fuit illis reipspā per annos sexdecim sustentatus. Perseverârunt adhuc querela post exactum xix. quo Ferdinandus Matthiæ successit, etiamque post xxj. quo edidit partem doctrinæ Copernicanæ Theoricam, juxta quam deductio Tabularum foret; quo usque optimus Imperator, rebus licet nondum penitus compositis, etiam vetera; quæ Antecessores debebant, stipendia persolvit, ac ut necessarii ad maturationem, editionemque Operis sumptus suppeditarentur, mandavit.

Fecere interea hujusmodi moræ, ut opus non præcipitatum tanto glaboratiū, absoluūque prodierit. Nam de doctrina quædam Theoretica

rica ipsis Tabulis præmittenda, quod lucem, nisi quadriennio post sphæricam non viderit, elegantem hanc excusationem texuit Keplerus; Nostri mores mulierum, inquit Cornicus, dāns malūnatur; dum commununtur, amū est. Atqui, si cui nosti sunt mores Astronomie, dicere nō poterit nullam se unquam novisse, neque cunctantiorē, neque scrupulosiore farniam. Quod nō hoc temporis frūsset interpositum, quo consilia mea maturitatē suam consequita essent, in pericolo res versabatur, ne deliciatula illa fastidio omni mundo, novos sumptus, novum ornatum efflagitaret. Multa me momis computatio Ephemeridum; multa editio librorum Harranicorum, intermedīa tempori opera, ut quamvis pleraque, que ad sex Planeta: pertinent, jam ante annos duodecim in Commentariis Martiis, vel constituta, vel saltē affecta essent; quamvis iude transsumpta, inque formam Institutionis compoīta, jān à septem annis harerent in scrūtis meis, opera exspectauis curarorū, & Chalcographi: quotiescumque tamen illa relegebam, vel augmentationibus, vel dilucidationibus, vel transpositionibus textū necessitas imponeretur nove descriptiā. Ita factū, ut de primo exemplari, ne vestigium quidem supereſſet in eo, quod exhibitū est Chalcographo. Quod ad ipsas verò spēctat Tabulas, loquens de decennio, ex quo adumbratas ad computandum Ephemeridas dictum est: Mīhi quoque, inquit, ex illo tempore continentur ad finem Tabularum aspiranti, subinde alius ex alio nervis detectus est, elundisque, aut exscindendus fuit, & cicatrix obducenda. Viciām alud ex alio calculi solemnis compendium; alud ex alio pulcrum inventum incidi; quod nō opere toto ad incudem revocato, & transformato, consociari cum eo, committire, aut excoli non potuit.

Commendandus interē summoperè Vir, quod licet Hypothēbus, calculisque tandiu, tam variè, toties verlati; professus tamen ingenuè fuerit, latere adhuc aliquid in cœlestibus motibus, quod solertiam humanam fugiat, neque exhiberi penitus ad unguem ullis Tabulis valeat. Scilicet alio fuit candore, quām plerique alii Tabularum artifices, qui cūm eas condant, quæ selectis aliquot paucis observationibus respondent; jaſtant se taleis condere, quæ perpetue ſint, temporūmque omnium observatis planè consentiant: tametsi ipsa experientiā, explorationēque in variis observationibus refellantur. En verò proinde, quæ illius verba. Etenim, inquit, imperfectiones di- quas deprehensas in ipso motuum cœlestium ſubiecto, nec arte illa humana pre- ſtabileis, praesertim ante ſeculorum venturorum experientiam ſufficiem, &

cont.



continet ista Tabula, & satentur publicè. Ac rursus: Et de certitudine quidem calculi restabuntur observationes presentium temporum, imprimis Braheana: de futuri vero temporibus plura præsumere non possumus, quam vel observationes veterum, quibus uisu sum, vel ipsa motuum. Medicorum conditio nondum penitus explorata, concursusque causarum Physicarum præstare possunt: cum observationes Regionales, & VValteri testentur, omnino de equationibus secularibus nobis esse cogitandum, ut singulari libro reddam demonstratum suo tempore; que tamen equationes quales, & quanta sunt, ante plurimorum secularorum cursus observationesque eorum, qui futuri sunt, à genere humana definiri nequaquam possint.

Prætereo autem præclarum Vitum, cum Tabulas Ulmæ edidisset anno, ut in earum fronte præfertur x xij. vel, ut ipse alicubi memorat, xxvii. ac illas anno in sequente Cæsari Pragæ obtulisset; deinceps autem anno xxx. post editas Sagani Silesiorum (ubi Dux Meckelburgi Walsterius sedem illi tribuerat) Ephemeridas ad Comitia Ratisbonensia, ut stipendorum residua postularet, se contulisset, incidisse in ardentem febrim, ex eaque obiisse initio Novembris; ut certè ad Deodatum scriptit Beneggerus: cum & eximius Eichstadius ad me scripserit fuisse eum catharro extinctum (quem apostemata quedam cerebri ob nimiam equitationem præcesserant) & Schickardus, optimus ille, tempus quoque obitus hujusc in sua ad me, *de Mercurio in Sole viso Responione significârit*. Cum Mercurius enim fuisset nobis anno in sequente, & mense quoque Novembri observatus Parisiis excedere à limbo Solis occiduo, cum Borea latitudine minut. 6'. die viij. ac matutina hora 10. minut. 28. & attentum fecisset me, quæ publicè facta ante annum fuerat à Kepplerio Admonitio, idèo id excipiens Schickardus: *Vinum, inquit, à manu vivum filaretur nobis, qui hoc Phenomenon diu ante proclamavimusque universos ad invenendum exstimulavimus publicè*, ipse autem, ut inter divos spectaret comitatu, amo ferè prius ex mortali corpore illud evolavit. Prætereo quoque prolixam esse Liborum ab illo editorum seriem; prolixam & eorum, qui edendi adhuc penes Ludovicum Kepplerum eximium ejus filium, Regiomonti Prussiæ Medicum superfunt, existare autem Posthumum opus inscriptum *Sommum, Lunaremque Astronomiam* (qualis putè forsan degenti in Luna) cuius editionem Sagani aggressus Kepplerus interiit, prosequutus illius gener Jacobus Bartschius etiam obiit, exsecutus autem fœlicius Ludovícius filius Francofurti absolvit.



Posse ad Typhonem pertinere putas, quam Longomontanus scripsit, inscriptaque *Astronomiam Danicam*; quatenus quæ eâ continentur cœlestium motuum Tabulæ, partim cœptæ, adumbratæque apud ipsum Typhonem fuerunt; partim linatae, absolutæque ex synopsi quadam selectiorum observationum Tychonicarum, quas ille & ex-scriperat, & suos in usus asservarat. Nempe id poterat, cum Typhonio toto penè decennio calculi minister præcipius adesset, & adiutor etiam excogitandis variis motuum hypothesibus foret. Dicamus est autem Liber Christiano Regi anno sœculi xx. editusque Amsterodami à memorato Gulielmo Cœlio, ipsi Longomontano olim in Huenna conjunctissimo, anno xxiij. Fuerat porrò Longomontanus procurante Christiano Frisio Borrebyo, Regio Cancellario adscitus, & Mathematica professione ab annis usque septem donatus. Hoc autem præsertim fuit tempus, quo, ut Sphæricorum, ita Theoricorum Libros adornavit, apparatus pauculis quidem, sed congruis tamen organis, quibus necessaria ad opus perficiendum observitarer. Non memoro verò, ut deinceps in ea professione continuo, & semper quidem de Astronomia bene merendo perstiterit; quoisque annis plenus, migravit è vita, anno sœculi xlviij. die Octobris mensis viii. succedente illi Georgio Frommio (penes quem deposita manuit, cetera inter, Apologia illa, quam diximus fuisse adversus Craigium à Longomontano conscriptam) & functum nuper fatis Frommio excipiente Guillelmo Langio, qui magni illius Antecessoris munus egregiè sustineret.

De Observationibus ut dicamus, En primū, ut ipsemet Tycho è Dania discedens eas distinxerit in ea vitæ quasi synopsi, de qua dictum superiùs est. *Nam eas*, inquit, *quas Lipsie in pueritia, & usque ad annum etatū xxj. peregi, puerilem, & dubias appellare soleo. Quas* verò *postea usque in xxvij. annum adeptus sum, juvenilem, & mediocriter se habentem voc. Tertias autem, quas postmodum Uraniburgi exactissimis illis Instrumentis in maturiore aetate per xxj. fermè annos usque in aetatis completem quinquagesimum, maxima sedulitate demens sum, Virilem, ratam, & certissimas appello, & censeo. Deinde, cùm loquens de Puerilibus, dicat se illas peculiari libro denotatas consignasse, ac circa Juvenilēs egisse haud secus debet, tum agents de Virilibus, Uraniburgicisve, sic habet: Peracta, inquit, sunt hac ratione ibi x x j. autemq[ue] sedulae observationes, quas primū in magnis*

magnis Voluminibus conscriptas, postea seorsim in singulos Libros, pro quolibet nimirum anno, distribuis, & ad mundum describi curav; idque tali ordinatione peregit, ut Stellæ Fixæ seorsim, quotquot illo anno denotata fuere, suum haberent locum; Planetæ verò omnes proprium peculiariter, & distinctè, incipiendo à Sole, & Luna, ac per reliquos quinque Planetas, transeundo usque in Mercurium. Adhac Keplerius Procentium texens in sua ad Vitellionem Paralipomena, sermonem institutus de Observationibus, cuiusmodi, inquit, exquisissimum Observationum annos propemodum xl. prateritos complectentium Libros xxiv.

Lector scias à Tycho reliquos esse, quos opportuno tempore in lucem prodituros sfero. Quo loco tres illi supra xxj. Libri, complexi videntur non Observationes modò ab usque excessu è Dania peractas, sed fortassis quoque, tum Puerilcis, tum Juvenileis.

Taleis igitur, seu compactas in hunc Codicem numerum Observationes cùm reliquerit Tycho, Keplerius illas ad manus suas bona fide (ajunt hæredes) recepit: & quamvis ipsas, dum in Austria, Imperatore Matthia, transiit, reliquisse in Bohemia videatur; post-modum tamen Clatomontio respondens: *Libri ipsi*, inquit, *Observationum plerique in salvo, inque mea custodia sunt. Et statim; Atque ego, qui hactenus, inde ab excessu Tychonis per annos xxij. earum testis, & custos sui penè unicus, jadidum in id enitor, ut Casare sumptus faciente, libris Observationum, Thesaurus nimirum antiquitatis in arte nostra pretiosissimus, sub mea, aliorumque fide dignorum inspectione, & correctione multiplici, bono aliquo numero exemplarium excudantur, eaque ratione tutius, & minori interitus periculo, nec minori fide, quam sunt autographa ipsa, ad posteritatem transmittantur. Spectat hūc illud adversus eundem, Nec tu poscere aliquid amplius potes de demonstratione Cometa anni LXXXV. quām observationes, que in salvo sunt: videbit eas cum bono Ce-sare. Scilicet ante dixerat: Heic queritur Scipio non esse expressas à Tycho observationes ipsas; atqui reperierat eas in Tomo observationum, si quando prodierint. Quo eodem modo etiam prius, Loquuntur sua fide Observationum Libri, si quando prodierint; si modo iste priorum annorum ante M. D. LXXXII. adhuc supersunt. Quibus postremis verbis innueat videtur, quod mox antè dixit, Observationum Libros, nisi forte omneis, at plerosque in salvo esse. Denique autem; Et Tomum quidem tertium Progymnasmatum de Cometa reliquis non perfect; ac Observationes Cometa anni M. D. XC. ex-fiant, possemque eas heic inserere; sed praefat Clatomontium expellere editionem observationum omnium.*

Functo

Functo porrò fatis Kepplerio, ecquid fati evenit illis observationum Codicibus? En quid de illis mihi innotuerit. Æstas erat anni M. DC XLVII. cum accedens Parisios à Duce Neoburgi ad Danubium, qui à Confessionibus illi est, religiosus, ac reverendus è Societate Jesu, Vir (cujus mihi nomen è memoria, utpote quem semel optimus P. Caussinus ipsum deducens nominarit, meo dolore excidit) salvere me jussit à Reverendo Alberto Curtio Neoburgensis Collegii Societ. ejusdem Rectore, &, quantum opinor, optimi illius Procancellarii Cæfarei, qui tanto amore Tychonem prosequutus est, consanguineo. Quæslivi ex eo, ecquid-nam præclarri eximius Curtius jam moliretur. Ipse verò, In eo est, inquit, ut Tychonis Observationes edi procuret, quas ipsi in hunc finem Imperator concredit; unde & nuper Tubingi advenit, quò requisitum ierat, quas subdere posset Mœstlini, Schickardique observationes. Rogatus, quo usque progressa res foret, In eo hæret, inquit, ut pacta ineantur cùm Typographo. Nam Gulielmus quidem Cæsius Amsterdamaensis ad opus edendum comparatus est; Verùm numerare pecuniam recusat, Curtio alioquin necessaria, tum exemplo observationum, quod ad eum mittat, exscribendo; tum cælandis in ære l x. plus ininūs figuris Operi illustrando conducebuntibus; ac offert solum Operis, ubi editum fuerit, tot exempla, quæ sarcen-dæ huic impensæ sufficere valeant. Quo factum, ut ipse Lugduno iter faciens alio cum Librario egerim, quicum mihi tamen convenire non licuit; in eoque sim, ut hac-ne in urbe quispiam se Operi edendo accingere velit, disquiram. Interpellatus denique, quot, & qua mole Codices forent eximio viro præ manibus, Ii sunt numero octodecim, inquit, & in folio quidem, ac trium plus minus digitorum crassitudinis, ea que aliunde ratione conscripti, ut communiss typis, duo in folio confidere insignia volumina possint. Ac tantum est quidem, quod tum didici.

Succedente Martio insequentis anni, Mersennus noster, *et nuptiæ*, schediolo mislo consuluit me, ecquid responderet Samueli Hartlibio; abs quo, vir præclarus, nostrumque communis Ioannes Hevelius Dantiscanus requisierat, uti & postmodum requisit ex me, qui verisimilis esset fama, qua perhibebatur Religiosum quendaū è Jesu Societate esse, qui dono ab Imperatore ipsa Observationum Tycho-nis autographa dono accepisset? Certiorum enim certo se esse, existare ipsa

ipsa autographa penes Ludovicum Kepplerum Doctorem Medicum Regiomonti commorantem; relicta nimis à Parente Ioanne, qui ea Cæsari restituerit nunquam. Vidisse sc̄ illa suis oculis, una cum insigni Mathematico Alberto Linnemanno, apud ipsum unet Ludovicum, & distincta quidem, compactaque in Tomos, Codicēs octo in folio, continentiaque observationes ab anno M. D. LXIV. in M. DC. I. Adhiberi in testem posse virum celebrem Laurentium Eichstadium, quicum illa etiam viderit, pervoluntaritque: ac rem notam esse, voluisse Ludovicum ipsa oppignerare Dantiscano Senatui, una cum plerisque Parentis Manuscriptis operibus; tametsi, certas quasdam ob causas, res accepta non fuerit. Et tentatum quidem variis artibus, si qua illa possent ab eo extorqueri; verum nolle ipsum, nisi in fidas manus ea diuinittere, eaque conditione, ut typis edantur. Ipse porro, tum ad Mersenum, tuin ad Hevelium quoque rescripsi, quid perspectum mihi ea de re foret; ac demiratus suum interim, qui heret, ut Tycho compactas observationes suas dixisset in Codices xxij. & Kepplerus, tribus deinceps additis, in xxiv. ac jam dicerent se easdem habere compactas Reverendus quidem vir in xvij. Keppleri autem filius, hæresque in viii.

An fortè res ita conciliari possit, ut intelligamus eos Codices, qui Reverendo Curtio præ manibus sunt, ex iis esse, quos Tycho se ad mundum describi in singulos annos curasse narravit: Illos autem, qui asservantur penes Keppleri filium, ipsa esse, aut ex iis certè, quæ idem Tycho dixit Volumina magna conscripta; videlicet quasi diaria, & prout quidque fuerat, quovis tempore observatum? Certè nisi utriusque, sed alteri solùm remansere apud Cæsarem, par est eos fuisse compitiores illos, qui fuere ad mundum descripti; ac restituisse ceteros negligentes penes Kepplerum, qui aliunde ipsos minoris, ob primam manum, non duxerit. Ecce verò mihi non conjecturam modò, sed argumentum etiam, ut videtur, perspicuum, ex ipsissimis Keppleri verbis, cùm de illa Nova reputata Stella in Cygni Asterismo scribens, *Versatur, inquit, sub meis manibus Protocollum Observationum Tychonis* (sic appellavit chaos Observationum, ut illa singulis noctib⁹ conscripte fuere sine ordine.) *In eo ex professo quadam nocte, &c. Ac postea; Age vero, fidem aliquot superioribus argumentis faciemus ex ipsis Observationum libris, recensitis aliquot exemplis, quæ mihi Protocollum pervoluntur ubique occurrerunt. Vbi Observa-*

tiones olim prodierint in lucem, multò plura videre erit. Quòd si Codices aliqui Curio desunt, illi subtrahi facilè ex Imperatoris Musæo potuerunt; iisque fortè fuerunt, in quibus descriptæ illæ Observationes ante annum M. D. LXXXII. de quibus vidimus Keplerum, superessent, necne, dubitare; cum & probabile sit easdem in iis, quæ habebat, Protocollis non extitisse.

Utcumque verò se hæc res habeat, exceptandum saltem summopè est, ut ille, illæ Observationes brevi edantur: ne fortè lapsu temporis, ii casus, ut se hominum res ferè habent, incident, quibus eas perire jactura irreparabili contingat. Non est certè, quòd quispiam putet, post super extructas illis Rudolphinas Tabulas, nullum amplius fore earum usum: siquidem licet concedatur esse has Tabulas exactissimas omnium, quæ fuere hactenus conditæ; Primum tamen ipsarum Author non iis ita fidit, ut non ingenuè quidpiam deesse earum perfectioni fateatur. Ex hoc enim factum, v. c. est, ut illa non multò antè memorata Admonitione de Mercurii in Solem incursu, attendendum esse voluerit, non tantum die viij. Novembris, qua visum iiii in disco Solis Mercurium Tabulae spondebant; sed diebus etiam tribus tam antè, quam post circumstantibus; utque, tamen si hæc Tabulae non tantum à vero abfluerint, quantum Danicæ, seu Longomontani, quæ abfuere gradibus septem, aut Prutenicæ, Copernicive, qua 5. aut Ptolemaicæ, qua 4. ac min. 25. aut Landsbergianæ, qua 1. ac min. 8. adhuc nihilominus minutis 29. aberrarint, effectumque ex eo fuerit, ut cùm nos, quod jam diximus, exenteum è Sole Mercurium hora decima, ac penè semisse conspexerimus, id contigerit quinque penè horis, priusquam præscriptum ex Tabulis fuisse. Non contigit autem profectò ex Observationum Tychonis defectu, sed ex eo, quòd hypothesis, licet perfectior longè à Kepplerio, quam à Longomontano extructa, imperfecta tamen adhuc ideò fuerit, quod cùm ad construendum germanam necessariæ sint observationes antiquiorum temporum, quæ cùm recentioribus conferantur, ut varietates restitutionum, quæ non-nisi lapsu temporis produntur, cogi valeant in ordinem; ille ex antiquioribus, neque satis multas, neque satis exquisitas habuerit. Unde & intelligitur Tychonicas Observationes fore olim sumimè pretiosas apud posteros, quibus cœlestia curæ erunt; quatenus ubi ipsi quoquæ exquisitas peregerint, habebunt quibuscum conferre illas tutò valeant;

valeant; eritque, *cum* cœlestis motus exquisitiūs, quām nos definiant; ut & est nuper definire adnixus præclarus Iosuæ Bullialdus, cùm Tabulas condens Philolaicas, eam, cætera inter, Mercurii hypothesin adhibuit, quæ ut ad cæteras, sic maximè ad illam nostram observatiōnem quadraret.

Dicinde, quia ejusmodi condi Tabulæ non potuerit, quæ exquisitè ad alias observationes collineantes, non præterirent alias; idèò mediâ viâ incedendum fuit, totque idcirè annos impendere oportuit, ut Observations, quamplurimæ possent, proximè representarentur, quan-paucissimæ longiusculè abirent. Quamobrem ubi fuerint Observations editæ, erit unde illi, quibus tantum otii suppetierit, ut aut explorare vclint, quibus Observationibus Tabulæ præcisè consentiant, à quibus procul, propéve dissideant; aut ad alias, ac alias observationes respectando, varijsque eligendo, tentare etiam sustineant, nunquia quæpiam hypotheses, Tabulæque exquisitiores Rudolphinis texere possint; erit, inquam, unde ii sibi facere satis abunde valeant. Quin-etiam erit fortè quoque, ut si post longam saeculorum seriem observationes plurimæ his similes habitæ fuerint, dijudicare homines possint, num cœlestes motus nontam in se sint, quām reputantur, regulares. Tamen si enim nemo Platonī, Ptolemæoque non assentiatur, nefas esse putantibus suspicari, vel minimam in divinis illis corporibus irregularitatem; nihil tamen repugnat aliquam subesse, quæ forsan causa ex parte sit, cur nulla haçtenus obtineri cœlestium motuum notitia undique exquisita potuerit. Neque dicas, si homines semel deprehenderint aliquam subesse, factum iri illos segniores ad contemplanduin cœlestia: siquidem cùm illa futura penè insensibilis sit; nihilominus homines ad eam detegendam nitentur, quod nisi licet penitus germanum scopum assequi, quam-proximè tamen ad eum collineetur. Hæc certè maximè res est, in qua, ut ille ait, etiam cum multum actum erit, omnis tamen atas, quod agat, iuvenerit; nec ulli nato post milles facula precludent occasio aliquid adhuc adjacenti.

Addo verò, utcumque libri à Tychone editi quovis auro sint pretiosiores; esse tamen Observations pretiosissimas longè habendas; ac prestabilius omnino esse, ut, si ferenda quidem alterutra jactura sit, ipsæ Observations, quām Libri superessint. Nam Libri quidem instaurari (aut quæcumque certè ex ipsis ad cœlestium motuum limitationem

attinent) ex Observationibus poterunt, at nunquam tamen poterunt ex ipsis Libris Observationes; neque, si quis fortè error subit in praescriptis numeris, quorum calculus non deducitur, fas erit, ut ille unquam emendetur. Heinc suminè quidem laudandus Tycho, quod ex observationibus ratiocinatus plurima fuerit, quæ nobis non invidenter; at longè laudabilior, quod tòt præclaras Observationes & peregerit, & conscriperit, ex quibus possint alii, aut eadem, aut fortè etiam præclariora ratiocinari. Habent hoc nempe Observationes, ut licet eos tempore fiunt, non subjiciantur calculo, subjici tamen valeant etiam post mille saecula; & quantò vetustiores fuerint, tantò evadant desideratores. Videlicet ratiocinatio, & calculorum subductiores protrita est, potestque, & nullo non tempore, & à non-neamine intra Musæum confidente peragi; at Observatio rara res est, occasioque ejus semel præterlapsa non reddit: ac verò aliunde Trismegisto dictum illud tribuitur, paucissimi pura mente prædicti sortiti sunt Cœli sufficiens venerabilem curam.

Quod dixi interim posse alios ex Observationibus iisdem, eadem cum Tychone, aut etiam præclariora ratiocinari; id non negandum, quatenus ille, Philosophus licet, ac Geometra solers, aliquando tamen tot distractus curis, minus sibi adesse, ac dormitare adeò potuit, uti reipsa contigit, circa illam demonstrationem, quam ex observatione Cometae Uraniburgica, cum peracta Pragæ instituit, quamque & Galileus, & Claramontius reprehenderunt: excusante illam Keppeler, cum nominibus aliis, tum quod Tycho foret iis temporibus occupatus in apparatu Instrumentorum, in subtractionibus, in distillationibus, in Observationibus continuis, in regenda numerosa familia, multis officiis, plurimisque studiis, in excolenda Insula, in Typographia, officina papiraria, boreogaria instruendis, literis scribendis, &c. Potuit & ipsi hallucinatio aliquando obrepere ex calculatorum ministerio præpostero; ut, quod suo loco insinuavimus, voluisse eum quidem Martis Parallaxin ex observationibus computari; at illos à mente ejus aberranteis, computasse illam ex Copernicano diagrammate, & supponenteis quidem Parallaxin Solis minutorum 3. ex qua esse consequebatur Parallaxin Martis minutorum 6. cum Kepplerus tamen deinceps ex observationibus ipsiusmet Parallaxin Martis non majorem duobus minutis computaverit. Potuit ea demum deducere, quibus adstringi nihil sit necesse; qua ratione

tione Kepplerus quoque non habet, v. g. visibilem Solis Perigædiametrum nisi minutorum 31. horizontalem ejusdem Parallaxin, nisi unius solùm minuti: declinationem maximam, nisi graduum 23. minut. 30¹. ac distare Solem à Terra constituit, non modò terrenis Semidiamicetris 3470. sed quadruplo etiam majorem; atque ita de cæteris.

Diccrem aliquid de illis, qui voluere etiam Tychonis Observationibus detractum, ut fuere cum-primis duo illi alioquin eruditis viri Scipio Claromontius, & Martinus Hortensius (nam de Urso quidem Dithmarfo, déque Craigio, nihil ad ea quæ sunt suis locis relata, addendum) verū & res ipsa per se loquitur, & tam Kepplerus, quam Galileus nobis abunde prælaborarunt. Nam Claromontius quidem anno saeculi xxij. opus edidit, quod Antitychonem inscripsit, & in quo probate contendit esse Cometas, vel ex ipsis Tychonis observationibus, sublunareis: at Kepplerus anno xxv. suum, quem inscripsit Hyperaspisten, illi opposuit, ac cætera inter, asseruit, quam ille fuerat conatus fidem Observationum elevate. Edidit triennio post Claromontius de tribus novis Stellis opus, in quo Tychonem potissimum circa Stellam anni lxxij. impetravit; sed Galileus contra eum stetit in suis illis de Mundi systemate Dialogis; in quibus etiam nocat illum, quod Observations interdum aut ad rationes accommodet suas, aut instituto suo repugnanteis falsitatis nomine traducat. Cùm videri autem possit Claromontius præ nimio ardore tuenda Aristotelez, antiquaque de Cœli incorruptibilitate sententia invectus; ita & videtur Hortensius præ nimio studio evchendi præ cæteris Astronomiam Landsbergii, qui Tychonis fuit ænulus, dum anno xxx. edente illo commentationes in motum Terræ diurnum, & annum, Præfationem in qua Tychonem reprehenderet, prolixam præmisit. Videntur certè, quæ adversus fidem Observationum objiciuntur, vitilitigationes merita: veluti, quod Tycho Observationum seriem per aliquot dies contexens, alicujus diei intercepti non meminerit; & postea tamen proficerat ejusce diei observationes: Quasi, quia factis illo die, propter Cœlum dubium, dubiis observationibus, non licuerit illas, nisi tum dimittaxat, cùm non penitus exquisitæ exigerentur, commemorare? Itemque, quod allata interdum uno quopiam loco Observatio, alio loco alia habetur; Quasi vero non licet posterioreni eadem de re,

ut de altitudine Poli, observationem secus proferre, quam prolatum fuerit, cum foret minus exquisita; aut quasi perinde haberi observatio, & quod ex ipsa deducitur, debeat: ut dum momentum Aequinoctii, quasi ipsum per se observatum habetur; cum tamen non tam referatur altitudo observata Solis, quam deductus Solis per Aequatorem transitus, ex observatis circum momentis, & supposita parallaxi.

Hoc verò ipsum est, propter quod exceptandum dixi maximopè, ut observationes nudæ, & quales in dies perfectæ fuere, in lucem edantur; quod non tam deducta ex illis, quam ipsas habeamus; tunc enim, ut ait Kepplerus, loquentur sua fide Observationum Libri. Scilicet, ut postea habetur, *Divino monito Tycho sic eam munivit Instrumentorum varietate, vicium repetitione, dierum continuatione, copia denique ipsâ, us locus calamus hujusmodi relinquatur nullus; fidemque ille apud posteritatem mereantur omni humana majorem.* Et quia Adversarius inculcando illud de Observatione ad certos dies prætermissa, & alias tamen cominermorata, sic objecrat; *Quod si illud ex Iurisconsulto repetatur, semel malum, semper presumitur malum, in eodem genere mali; quam sibi fidem in reliquo ex hoc uno facto Tycho vindicet, ceteri considerent; observare sanè licet excedentem in ipso positionum suarum amorem, & acce præstissim studiam de Cœlesti Comete loco tuenda sententia. Eluet quoque non levis in Aristotelem acrimonia, qua sepe in bunc erupit: qui effectus pronum reddunt hominem ad omnia commiscendas, & communiscendas, ut opinionem semel suscepitam defendat, ceterisque vindicet: ideo Kepplerus, ita exceptat.* *Dni tibi dent, Scipio, quicquid solidus partus mortis, mortuus seipsum in hac Tychoni tributa persona vivis depinxit coloribus: uer posuisse. Apelles melius, nec totus reliquo Liber tus; quamvis undaqueaque plenus hujus eius ingenii. Dignum est, hercule, caput hoc, quod non calamo Mathematici, sed duello refutetur, more veteri Germanico. Quod quidem duellum, &c. ac cum singula capita ejusce accusationis perfirinxit.*

Ut unum verò, aut alterum praeterea locum attingamus; *Quia Claramontii objectio fuerat, Velle Tychonem (padere etiam aperte posse) ut concedamus solas ejus observationes restarendas, reliquias penitus explodendas;* ideo Keppleri exceptio fuit: *Audi, vipers ex Argo, digne & Græco nomine, quod sis. Nec Ptolemeum paduit: poscere, ut major suis observationibus haberetur fides, quam veteribus Chaldeorum, & Dionysiu; nec Tychonem obiit.*



in suis de Cometa hoc, potiusquam Wrinkleri, Nolthij, Sculteri, Hageci; nec hos duos ultimos vicissim puduit id Tychoni concedere: At solas suas Observationes quascunque resimendas, reliquorum omnium penitus explodendas; hoc verò tam non voluit Tycho, quām tu non vis imitari mores viri hujus aploegraphi, nō filosphaeris. Nihil ipsi magis erat in votis, quām ut suam in observando diligentiam, & sedulitatem omnes Mathematicum Professores imitarentur, & si quispiam ad eam aspirasset, illi & favit impensè, & predicavit industriam, uti & usus obseruatis, &c. ac statim: Sed nec illud hoc loco valde mirum, malos bonorum imitari verba. Adam est, inquis, de rebus Astronomicis, si unius solius viri observationibus sit standum: Imò tunc alcum erit de Astronomia, si Claramontii, eorumque, quos ille, quoties lubet, vel expedit, allegat, observationes pari cùm artificium observationibus jure degerint, nec solius ejus, qui diligentior est ceteris, & exercitator, obseruati sit standum. Prosequitur istud Galilæus fusius.

Affine est, quòd, cùm deinceps probasset Claramontius esse aliquos Cometas sub Luna, authoritate Regiomontani de Cometa anni M. CCCCLXXII. vel M. CCCCLXXV. & Vogelini de alio anni M. D. XXXII. ac litem Tychoni idcirco movisset; Kepplerus primūn sic fuit exorsus, Si controversia hæc non inter Mathematicos, sed inter Rhetoras agitur, nunquam metu sletit Claramontio, &c. & postea speciatim de Regiomontano loquens: Despat, inquit, Rhetorculus, quā Tychoni rhetoricum colorem objicit, importunam influtere comparationem inter Regiomontanum, & Tychonem. Evidem Regiomontano Tycho plurimam tribuit; multiplicem in eo eruditissimum passum predicasvit, ingenii palmarum ipsi cessit ultrò: Peritiam tamen Instrumentorum ad observationes maximè idoneorum, & dexteritatem in observando Tycho sibi preci quam vindicare, & jure potuit, & ob veritatis amorem omnino debuit. Rebus scilicet ipsis loquentibus inepta est, & vilis in confiendo, vel etiam in proficendo, & arroganda modestia. Nec enim viri est ingenui, & fortis, simulato moderationis amore, sic autam captare popularem, ut interim rerum gellarum, hoc est, Observationum veritas suo defluat patrocinio. Quid multis? Stat coram hoc iudicio totius Fixarum exercitus, Observationibus Tychonis perenne, & irrefragabile perhibens testimoniū, quod quoties serns accendit lumen Vesper, cognoscere possunt omnes, qui usum legitimum Instrumentorum habentemque in eo non aveſſantur. Sed hæc de Observationibus satis.

Restat,

Restat , ut paucis , quæ fata fuerint Instrumentorum percurramus . Dictum est suo loco , ut minora primum , ac deinde majora translatæ ex Dania in Bohemiam fuerint ; utque Pragâ Benaticam ; ac Benaticâ rursus Pragam , inque hortos Cœsariorum ; & ex hortis Cœsariorum , in ædeis Curtianas transducta . Mortuo Tychone , timens Rudolphus , ne eorum distractio quæpiam fieret , idè habere sibi jilla voluit , ipsaque adeò ab hazardibus duobus & viginti coronatorum millibus cœmit . Ita Joannes Baptista Laurus , quem superius citavimus , in Epistolis illis suis scripsit . Fuere ea deinde conclusa , ac ita asservata intra easdem Curtianas ædeis , ut quibus illorum custodia demandata à Cesare fuit , quasi thesaurum alta terra , caligineque mersum habuerint , nulliusque usui permiserint . Hoc est , quod queritur Keplerus , cum suum de Stella in Cycno tractatum Hoffmanno illi , abs quo deductus è Styria in Bohemiam fuerat , nuncupans , hisce verbis aggreditur . Quartus hic annus est , illustris , & generosus Baro , Mecenas inclite , ex quo primum ad nos Pragam fama Nove Stelle in Sidere Cycni exorte pervenit . Erat tunc recens nobis dolor ex acerbo funere summi viri Tychonis Brahe Astronomie inflaturoris celebratissimi , quem cum alia multa , tum hoc quoque reddebat acerbissimum , quod ab illo tempore pretiosissima illa supellex Instrumentorum Astronomicorum , que Brahem in Bohemiam insulerat , quodam inextricabili fate clausa , & obicibus postis delitescet in tenebris . Itaque , cum eorum usu esset interclusus , tua tamen liberalitate paullò antè provisum erat mea tropia . Nimisnam previderas jam ante diuina quadam instinctu , quorsum res Astronomiae hoc Magistro destituta olim vergerent ; itaque , vivo etiam nam Braheo , & vix annuin Bohemia versato , partem curarum ultrò in te translustisti : me in banc luctus non eventum prudentissimis verbis instruxisti ; denique Quadrantem azimuthalem , & Sextantem , ex ferro hunc , illum ex orichalco , tuis sumptibus ad imaginem Braheonion conformatos non nullo sumptu comparasti . Quæ Instrumenta , Brahe mortuo , paullò priusquam de Stella audiissemus , meū usibus abs Generositate tua permissa possidebam .

Delituere porrò Instrumenta intra eas ædeis , ad turbas usque , quæ post Matthiam Imperatorem , anno M. DC. xix. mortuum , excitata in Bohemia fuerunt . Quippe occupatæ à Palatinis Pragâ , fuere Instrumenta direpta , & partim variè labefactata , ac in alios usus conversa , partim ea ratione distracta , ut quod tandem evaluerint , si Globum illum magnum , æneumque exceperimus , latè ignoretur : adeò proin-

proinde, ut nisi Tycho eâ fuisset providentiâ, qua conscripsit Mechanicen, tanti apparatus idea periisset: uti & periisset instrumentorum Alexandriæ memoria, nisi Ptolemæus non multò ante eorum ruinam ipsa cum arte, velut thesauro, uno volumine inclusisset. Globum autem excipio, cuius fuit ejusmodi fatum, ut fuerit primùm translatus Niessam, quæ Episcopalis Silesiæ est urbs, Collegioque Religiosorum Societatis Jesu donatus, inque eo servatus; ac deinde cùm Udalricus Christiani Daniæ Regis filius, anno M. DC. XXXII. per illa Germaniæ bella Niessam cepisset, Globumque agnoverisset, ipsum inde educi, evehique in Daniam voluerit. Fuit autem in Regia Hafniæ Academia nou line pompa collocatus; & ludente quidem Longomontano, inter catervas, illo carmine,

*Augusta quondam ligno me cura Tychonis
Celeri iugisit, &c.*

idque cum verbis hisce subiunctis, *Qui Globum hunc olim in Huenna apud Nobilissimum Dominum Tychonem Brahe octennium manu diurna, nocturnaque versarit, Christianus S. Longomontanus F. Apposuit verò propterea Longomontanus inscriptionem, quæ hunc in modum legitur.*

Sive *Hospes*, sive *Inquiliinus* est, benè ad sis. Hoc Æneum Cœli simulacrum, quod vides, ingenio, & impendio *Tychonis Brahe*, ad Astronomicas observationes in Insula Huenna efformatum est. Nihil ad artis perfectionem ætas nostra illustrius contulit. Nomen Vraniburgo dedit, Daniæ famam. Cum plusculos annos Cœli motum felici apud nos successu monstrasset, moveri cœpit, & exteris cessit. Primò Benaticam, mox Pragam, inde Niessam defertur. Ita quas in Cœlo vices designat, in terra patitur. Tandem capta Niessa, virtute, duatu, & auspicio Principis divi Uldarici, Patriæ velut trophyum, ex

E e perc-

peregrino Matre vindicatur , & restituitur , Anno
M. DC. XXXIIII. Calend. Decemb.

Requiri heic posset , quid Insulæ Huennæ , ac Vraniburgo , Instru-
mentorū natali solo , & annorum ter-septenorum domicilio conti-
gerit ; verumtamen id statim subit ,

Iam seges eit , ubi Troja fuit.

Rogatus nempe optimus Wormius , quid id rei esset , paucis hisce
verbis rem complexus est ; Post Tychoniam abitum , Insula fuit semper nobilis di-
cui , seu viro , seu famina in feudum data . Obiit nec illam feudi titulo nobilis que-
dam vidua . In ea iam est campus , ubi Vraniburgum fuit . Quo sanè loco ec-
quidnam dicere aliud liceat , quām quòd odiosum eit , ut Cicero ait ,
cūm à prætereuntibus dicitur , *O domus antiqua , ben quam dissipari domum
dominari* ! Sed enim hæ rerum sunt vices .

Unum subjecere heic juvat , quod in serenissimi Regis Christiani
ut commendationem , ita excusationem cedat . Etenim , tametsi vi-
diimus Tychonem excusatum illum semper facere , quòd necessitas
sibi intubuerit exsulandi à patria , & quærendi sedeis apud exteris ;
visa est nihilominùs aliqua labes semper hærere , donec illam eluere
præclaro facinore est aggressus . Quippe agnoscens denique , quanta
nomini Danico , occasione excutæ à Tychone Astronomiæ , quæ sita
foret celebritas ; ac memor aliunde non modò Paternæ sed Avitæ eti-
am virtutis : idque hisce de rebus potissimum agens cum criminio
suo Cancellario Christiano Thomæo Schestadio , Tenderupio , Ma-
theseos (iñò omnis sapientiæ , virtutisque) impensè amante , artem
instaurare in Dania constituit . Quare & consulto Longomontano ,
Vraniburgum novum exstruere , non jam amplius in Insula , sed in-
tra ipsa Hafniæ mœnia , juxtaque ipsum Regium Collegium , ut es-
sent , qui continua serie curam illius gererent , cœpit . Constructa
verò Turris est alta pedes centum supra quinquaginta , cuius , quæ
in summo circularis eit , area diametro pedum sexaginta est . Aucta
illi circum cochlea ejusce amplitudinis , ac lenis adē clivitatis , ut
liceat curru ad ipsam usque aream summam ascendere . Liber ex hac
area horizon undequaque conspicitur , ipsaque adē locutus est , in
quem educta Instrumenta observando interviant . Educta , inquam ,
cūm opus fuerit , è cryptis circùm , infernèque exstructis , & revela-
tis

tis operculis ad ea condenda, conservandaque comparatis. Destinata autem fuere tria præcipue Organorum genera, Quadrans putà Azimuthalis, Sextans, & Armillæ Äquatoriaz: cùmque censuisset Longomontanus debere illa radio octo minimum esse pedum; fieri Rex decrevit ampliora, & quantum omnino usus pateretur.

Ac dolendum quidem generosum adeò, laudabileque institutum non potuisse ob turbatas, insequutumque obitum exsequutioni demandari:

Sed Te nimirūm, ô Regum decus, Serenissime FRANCICE, id honoris solidum manet, ut quod ille gloriosè capít, neque absolvere potis fuit, ipse porrò promoveras, gloriósissimèque perficias. Tam sunt certè illustres, Regaeque Virtutes, quibus Te præfulgere inaudimus, ut meritò nihil non grande de Te & concipere, & sperare liceat. Quippe post partam populis tuis beatissimam tranquilitatem, sic illi tuendæ incumbis, ut Te verè Regem, Patriaeque Parentem demonstres. Cùmque, & servantissimus equi, & eo animi scandore, ea morum, ac vitæ continentia, ut Te idcirco Populi tui suas ducant delicias, Te sibi in exemplum virtutis proponant, ac se fœlices reputent, quod Tu, ut Maximus, sic Optimus presis; tum id accedit cumulo, quod bonarum literarum, studiorumque Sapientiae amans, nullum abire diem finis, quo non aliquam in ius lineam ducas. Quò magis spes insignis est, ut quæsitam jam Regno tuo ex Cœlesti hoc studio laudem diffundas, & amplifices; ipsam scilicet quasi super-exstruens Ädificio magnifico, quod ubi destinatis illis ornamentiis instruxeris, usque animaveris, nulla Orbis miracula habi-

tura sint, quicquam comparandum. Age itaque, ô Rex verè Magne, & glorioſi illius tui Avi, cognominisque F R I D E R I C I ſic iſiſte veſtiuiſ, ut Te quoque eo dignum fingas, quem Tycho ob munificentiam in Sacrum Vraniæ cultum verè Regiam, ita effecit celebrem, ut Nomen ejus interire, niſi cum Cælo non valeat, ſed ſit perinde, ac Alphonſorum, Ptolemæorum, cæterorumque, quorum pectoribus iſedit celeſtium amor, perennaturum. Non patientur profeclò ii, quos veluti Mÿſtas in edito illo Vraniæ Templo iſtitueris, nomen tuum inglorium ad ferros nepotes tranſire; ſed totidem erunt quaſi buccinæ, que ex ſublimi famam ſpargentes, eas laudes concelebrent, que toto orbe exaudiantur.

An verò, ô Serenissime, ſiquando forſan bona mea forte aliquod bujufcē libelli exemplum in tuas illas Regias inciderit manus, aegrè habebis, ſuccenſebisque iſta Te abſ Tibi ignoto, ſortiſque adeò diſparis viro adhortatione interpellari? Melius profeclò & de tua incomparabili bonitate, & de mea fortuna, voluntatēque ominari, ſpondereque mihi ipſe audeo. Facio nempe, Rex Optime, totus, planè venerabundus in Sacram tuam Majestatem, in qua tot virtutes eximias revereor, cuique gloriam nunquam intermoritur amovo, apprecoque. Facio totus admirabundus in ſplendidam illam tuam Aulam, quam totam accipio virtutem, eruditioñemque ſpirare (Nempe & Auguſtissima Sophia tua Conjunx Te imitata, bonas arteis, Sapientiāmque ſic excollit, ut cognominis Avie tue inſtar, idipſum-met ſit, quod nomine prefert; & fælix

Puer



Puer sub utriusque cura ita crescit, educaturque, ut gemmans jam in eo virtus sit mox eruptura in florem: & magnus ille Aulae Magister, Senatoriique ordinis Antistes Ioachimus Gestrupius, adeo est omni genere literaturæ perpolitus, ut in eo rerum scientia cum animi magnitudine certent: & ille verè sapiens, ac bonus, de quo paullò antè dixi Scheftedius Cancellarius, sic studiis est, librisque addictus, ut quicquid temporis à tuis, Regnique negotiis superest, in ipsis impendat: &, ne longum faciam, sic ad Tui exemplum tota Aula componitur, ut tota, virtute efflorescat.) Facio denique totus gratulabundus in tuam illam & Regionem, & generosam Danicam Gentem, è qua in nos, Orbemque totum, illud tantum Jubar Sideralis Scientiæ, magnus nempe Tycho, affulsit, ut non ego, non cæteri, quibus cœlestia curæ sunt, non possumus eò oculos illius ergò habere conversos.

Verùm de Tychone, ipsiusque vita dictum mibi sit hactenus.

F I N I S.

APPENDIX.

Quo Numine effectum dicam, ut cùm jam extremum, hoc folium, prælo commissum, exprimendum foret; tam opportunè acceperim, quæ subjici illi continenter possent? Duo cum semisse sunt menses, ex quo literas dederam ad illum optimum virorum Olaum Wormium celebrem in Hafniensi Academiæ Medicæ artis Professorem, quibus significarem jam cœptam mandari typis

E c 3

Tycho-

Tychonis vitam, ad quam conscribendam ipse monumenta mihi contulisset non pauca. Et quia operæ procederent lentè (defectu putà operariorum, quos diuturnum bellum nobis abstulit) insinuâram, si dignaretur mihi mature procurare exemplum (& manu quidem exaratum, unici illius, quod illeic extare aliàs renunciasset) Orationis Funubris, Pragæ à Jessonio in ipso Tychonis funere habitez; evenerie posse, ut illud habereim satis temporis, quò vel excerpterem ex eo, quæ cùm me fugissent, possem ante operis lucem in ipsum textum inferere; vel, nisi ad hoc satis congrua supereffet occasio, totam Orationem ad calcem attexerem, quasi appendicem. En verò, cùm jam editione asequentे coronidem, ipse de exempli asequuione desperarem non profectò defectu prouin viro optimo voluntaris, sed quòd ista viarum anibages suspicionem deperditarum literarum injicerent) en, inquam, egregius è Dania Medicus Christianus Legardus literarum fasciculum attulit ab optimo viro. Cùm mox resoluimus, deprehendi in eo, non exscriptum, sed ipsummet typis excusum Orationis exemplum, quod, ille in mei gratiam, & ut majorem mihi tum rei, tum sui amoris fidem faceret, obtinuerat abs suo possessor. Deprehendi & unà quæ fuerant Orationi adjuncta, tum relatum antè Epitaphium, Chronologicumque distichon, tum funebria illa Keppeli, Coldingique carmina, quorum quia Wormius meminerat, feci & ipse pág. 198. mentionem.

Rogâram quoque illum, ut salutem dicens meo nomine illustri Petro Retzio, olim Legato apud Regem Christianissimum Regio, & nunc in patria Regni Thesaurario, (cujus, dum initio cognitionem Tychonis, ad quam pertinet, recensereim, commemini) Rogâram, inquam, ut ab eo peteret, quam, dum apud nos versaretur, receperat se ad me transmissuruin, descriptionem Elixiris, mirificive medicamenti à Tychone adversus morbos Epidemicos adinventi: cuius est etiā superiùs pág. 188. facta mentio. Id nempe, ut possem talem descriptionem, in Tychonis gloriam, & coimune bonum generis humani publici juris facere; cùm Elixir quidem consecutum communicaretur; sed illius tamen consecutio perhiberetur quasi arcanum, apud unicum, qui foret familiæ Pharmacopola, adservari. Cùm responsio autem Viri optimi fuerit, peregrè abesse illustrem Retzium; adjectit tamen se & habere, & describi mihi curasse Epistolam Tychonis quandam

dam ad Rudolphum Imperatorem, qua suum secretum adversus Pestem, morbosque malignos inventum detexit; quamque tametsi claus Vir Casparus Bartholinus ab aliquot annis evulgaverit, mittat nihilominus ad me, nescius an pervenerit ad nos usque. Fuit proinde exemplum quoque hujusmodi Epistolæ in fasciculo deprehensum.

Hilce ergo rebus instructus, misi illicò ad Librarium & Orationem, & carmina, cum pauculis hilce versibus præmittendis. Missurus deinde Epistolam quoque, descriptionēvve Elixiris; admoneo interīn (ne quicquam circumstantiarum prætermittatur) ita se Titulum, seu frontem paginām̄e primām habere.

De Vita, & Morte illistris, & genero Viri, Domini TYCHONIS BRAHEI, Equitis Dani, Domini in Knudstrup, Huenne Hellefponi Danici Insulae Prefecti, Astronomorum hoc seculo Principis, die 24. Octobris Ann̄o M. DC. I. Pragæ desiderati, 4. Novembris, in Templo Veteri Urbis primaria, ritu Equestris, honorificissimè tumulati, ORATIO FNEBRISSIMA Iohannis Lesseni à lesseni, PRAGÆ, Typis Georgii Nigrini, anno M. DC. I.

Interceptum est alterum duorum aliquoties memoratorum Emblematum, cum hac adscriptione, SUSPICIO. Paginā versā est Tychonis effigies deducta ex eadem iconē, quam exprimi ipsi curaviinus. Continet verò insequens hujusmodi Nuncupationem.

RUDOLPHII, Imperatori invictissimo, augustinissimaque, Domino nostro Clementissimo. JAMDUDUM, Clementissime Cesar, patriam defernimus Daniam, consanguineos, & quos charos habuimus, & à quibus amatis sumus, omnes. Peregrinationem hanc lubenter tulimus, & sustinuimus fortiter. Nam illorum in star orationum nobis erat patens noster TYCHO BRAEUS. Sed cum nunc ē etiam, ita jubente Deo, vitam hanc mortalem cum immortalis altera commutariet, quod felicior, eò nos, tanto solatio, & præsidio maximo defitutus, longè reddidit infeliores. Nusquam igitur, post Deum, quam in Te, nobis orphanis, spes unica, summiisque relitia cum sit, in Tuam nos tutelam, & protectionem recipi, clementia erigi, aequa servari, subiectissimi supplicamus. Ty-
ebonis Brabæ Heredes.

Hujus autem versa, & in sequentes paginæ sic habent.

DE VITA, ET MORTE
 D^N. TYCHONIS BRAHEI, &c.
 O R A T I O
 D. JOHAN. JESSENII.

Vix quemquam ego, Illustres, Generosi, Nobiles, Amplissimum omnium ordinum Viri, tam duri cor-dis esse existimo, quem inexpectatum amici, etiam vulga-ris, mortis nunciu[m] non commoveat. Certè quos necessa-rioru[m], eorūmve, qui vitæ authores ipsi exstitere, aut quibus iu[er]i etiam lucis hujus causa fuerunt, vel à quibus beneficio affecti aliquo sunt, oc-cubitus vehementer non conturbet, hos ego laxa potius, quam homi-nes, pronunciâr[im]. Et quidem luctus hujusmodi, cùm inter paucos sit, unam, vel alteram domum non egreditur, aut salte in extra unicam se[n]e nou exerit civitatem; quandoquidem privati alicujus commodi jactura singulos non attingat. Communis verò boni privatio, quo-niam cunctis vim inferat, omnibus dainnum adfert, indeq[ue] profectus dolor meritò quoque omnes exercet; & tantò gravior ejus amissio, cuius usus fuerat in vita maximus. Quem verò vestrum, per Deum immortalem, ingens illud Naturæ bonum, Generosum dico, & Nobilissimum Virum, Dn. Tychonem Braheum, Equitem Danum, cuius nomen per totam Europam diu jam exauditum est, celeberrimum, la-tere potest? Et profectò, ne in hominum quidem censu, nedum literatorum ordine, reputandus is, qui ignoret, quantis beneficiis literas, & literatos is auxerit, divinis planè, & nullo unquam ævo intermor-turis ingenii sui monumentis: quibus, quæ in cœlestiū motuum ra-tione priscos fugerant plurima, indefesso labore, felicique opera, nos, & posteros nostros dexterimè instituit. Unde, si, qui vivimus, vel invidiæ tabe affecti, vel ignorantia febre ægri, ingrati istud diffiteri, & scientes, videntesque, ignorare velimur: posteritas tamen, si quæ modò ulla futura est, eaque erudita, æstiu[n]atura, maximoperèque istud est

est depraedatura. Hunc vos virum tantum, Astronomiz restaurarem, ceterorumque illius artificum hoc seculo facilè Principem, ante oculos vestros videtis depositum; videtis mortuum, quem fatu funerum passim nunc inaudient exteri, famâ certè omnibus ingratissimam, qui certatim paullò post condolentiaz suz, atque luctus publicum edituri sunt testimoniun; quibus etiam, dubium citra ullum, istud in votis nunc est unicum, ut, alia cum re ipsum prosequi amplius nequeant, saltem funerationis postremo officio nobiscum præsentes afficiant. Quantò igitur magis nobis, qui adsumus, & quorum oculus triste hoc spectaculum obversatur, istud velle, & præstare maximè convenit? Quod etiam, & frequentes, & lubentes agimus, unaque tristis hoc vultu, gestuque afflictissimos ipsius heredes erigimus, nec parum consolamur. At me, ut verum fatear, haec magis magisque ad luctum invitant, imprimis, cum apud animum repeto meum, inopinatum, & subitum occubitus Tychonis nuncium, primum in funeris ædes ingressum, ubi conjugem honestissimam, præ dolore sibi fermè exemptam, & semimortuam, lecto affixam, educatissimam sobolem, obvoluta facie, in tenebris, humi jacentem, & gementem, parietes pullatos, turbataq; familiam totam; denique TYCHO NEM meum feretro impositum, prius mortuum aspexisse, quam ægrotantein percepisse: eundemque adhuc intueor, eo planè affectu, qui solatiu exspectare verius, quam id præstare aliis debeat, vel possit. Sed in tanta animi mei consternatione, quod me, & vos omnes fortassis reficiam, illud hoc tempore, quod passim usurpari solet, mihi occurrit; impatiens eos solum plorando, quorum turpem vitam inhonestâ mors infecuta sit; haud verò mori, quos virtus ipsa præstet immortales. Id si sic habet, veluti verissimum est, TYCHO noslter mortuis haud erit accensendus, quod omnium sese faciebus offerat virtus conspicua; ad cuius lucis clarissimos radios excæcari necesse sit mendaces noctuas. Nam, si quis clarâ patriâ natus, celebris judicandus; si generosis ortus parentibus, primani virtutis sementem accepisse putandus; si liberalitet educatus, liberalis & ipse habendus; si excelsi ingenio præditus, sublimum disciplinarum ardore incensus, iisque occupatus, excelsus & ipse existimandus; si ex fortunæ bonorum affluentia felix censendus; si ingenii editis in publicum inventis, & monumentis, planè divitis in tantò excellentior aliis, quantò sese alii infe-

inferiores ; si Regibus, virisque Principibus ob hæc charus, fortunatus exclamandus ; si clarorum, & magnorum hominum applausus, & collaudatio, laudatum & ipsum efficit ; si commodus usus thalami ; si morigera soboles ; si denique placida mors, etiam atque etiam beatum præstare possunt : profectò *T Y C H O N E M* nostrum omne hic tulisse punctum, pro virili mea ostensurus sum. Et quinq̄am optarim alteri cuiquam, cui major dicendi vis, minor autem ex luctu animi perturbatio, hasce partes injunctas esse : tanen, cùm de eo viro verba mihi facienda sint, qui seipsum, etiam me tacente, cùm in viris esset, bonis omnibus prolixè probavit ; ea etiam suppetat rerum copia, ut quid è tanto dicendorum numero, pro temporis angustia, potius omitendum, quām commemorandum, cogitare necesse sit ; onus hoc mihi imponi tantò faciliùs passus sum. Quò etiam perduxit plurimi temporis liberalis, & suavissimi nostri convictus, amoris mutui, mutui officii recordatio, & denique hospitii nunc mei destinatio, paullò ante mortem, amicissima, & insuper in ipso desiderium mei hoc postremum. Veritatis igitur simplex cùm sit oratio ; non est, quòd à me verborum ampullas, aut ullum insolentein sermonis habitum hīc exspectetis ; quandoquidem deformia fucos desiderent, & glaucomata, nullā cerulā indigeat per se decora facies : parque sit, ut orationis nostræ indumentum respondeat formæ vestitus. Proinde multa me paucis, illustria humilibus, læta tristibus proferre, patienter admittite. Patriam ergo quod attinet, ea *T Y C H O N I* nostro Dania est, quæ aliquot iam, ante Christum natum, sœculis, Regia dignitate clara, plures semper sagatos, quām togatos genuit. Julii Cæsaris minas amissè contempnit, impetus illatos viriliter depulit, & cum vicinis populis frequentia bella gessit. Incolæ, quibus Rex imperat, in equestrem, & plebeium statum distincti. Inter equestris ordinis homines, qui inibi sanè amplissimus est, primario loco Brahei reputantur, qui, ex Suecia iam olim Reges comitati, splendidissimis feudis, ob virtutem, fidemque in militia constanter præstata, in Dania ditati sunt. Ante sexcentos annos unum, atque alterum ex hac familia ad Regis dignitatis fastigium evectum, in Annalibus Danicis legitur : Non pauci quoque Monasterienseni Episcopatum, illum aureum, superioribus temporibus administrarunt. Quin & hodie in Succæ Regno Nobilissimo ex Braheis orti supersunt, qui Regi proximi Comites salutantur.

tantur. Et corām aspicitis Incytum, & Generosum Dominum Du. Ericum, Comitem in Welsingeburgk, Libcrum Baronem in Rhedeb-hollen, Dominum in Lindtholm, qui, ut domesticum infelicem ab-sens dolet patriæ statum, sic funeris agnati sui præsens spectator est tristissimus. Braheos genus suum ad Augustos Suecias Reges, non in-juste referre, vel nummus quidam argenteus, juncorum manipulo no-tatus, à Regéque Iohanne III. signatus, confirmat. Nam eo insigni ad stemma deducendum, comprobandumque suum omnes utuntur. Natus est T y c h o noster, anno Christi 1546. decimoquinto De-cembri, intra nonam, & decimam horam matutinam, Knudstrupi in Scania siti, patri Ottoni, viro militari, & inagnanimo primogenitus: matre Beata, ex vetustima Bildorum familia orta, quæ septuageneria haecenū superstes audita est, per plurimos annos vidua, foemina gravis, pietatis, & pudicitia toti sexui exemplum. Hæc filium suum follicite admodum educavit, ad sanctitatem, & virtutem cohortata sedulò, cui is vicissim omnē præstit obsequium. Quæ indoles e-gregia in prima succrescente ætate, patruo suo Georgio Braeo ad-modum grata, ipsum impulit, ut cum liberis carceret propriis, hunc adoptatum sibi alciverit, domi, parentis loco, pædagogi operâ, in-formarit; donec decimum & sextum ætatis annum prætergressum, Lipsiam emitteret, ubi summa alacritate literarum bonarum viam in-gressus altiore, in iis pauxillo tempore ita progressus est, ut excelsi ingenii signa ediderit manifesta. Naturā propensus erat ad Cœli stu-dium, cui tam diligenter incumbebat, ut invito præceptore doméstico (cui juris studium cum discipulo tractandum injunctum fuerat) li-bellos Astronomicos passim coëmiceret, sinéque intermissione perle-geret; Bartholomæo Sculteto, tum studiorum causâ Lipsia degente, clavis in consilium adhibito. Noctu sereno cœlo, pædagogo inscio, lecto seſe subducens, sidera oīnnia ē globo exiguo, absque magistro etiam, addidicit; velut etiam Radio Astronomico Planetarum motus diligenter observavit, atque sic integrum triennium Lipsia exegit; id quod & postea Wittebergæ & Rostochii, sedulò, & conſtanter con-tinuavit. Postmodum, cùm peregrinandi ipsum invalidiset deside-rium, Augustam Vindelicorum prolectus. inibi, in Consulis Iohan. Baptista Henzelli horto maximum Quadrantem lignicum erexit, ve-luti & aliud, quod Sextantem dicunt, Instrumentum, quibus creber-

rimè siderum motus exploravit. Inde in Italiam properans, maximum illius partem perlungavit, atque de hisce disciplinis cum viris harum peritis avidè, inultumque contulit; unde in dies magnam Astronomia notitiam indeptus est. In patriam per Helvetiam regressus, Basileam Rauracorum, aut vicinum aliquem locum, sed etiam vita delegat; non solum ob loci celebritatem, virorumque doctorum illic commorantium complurium convictum; sed etiam, quod regio isthac in trium amplissimorum regnum concursu, Italiam, Galliam, & Germaniam jungeret, è quo per crebriores literas cum eruditis agere commodius posset. Quod dum serio secum constituissest Tycho, Rex Daniae FREDERICUS II. Princeps literatorum amantissimus, de hoc ipsius proposito certior factus, accersitum pluribus dehortatus est rationibus, utque in patriæ potius gloriam domus studia hæc urgeret, & perficeret, adhortatus: Et, ne aulicis strepitibus, aliisque impedimentis turbaretur, Huennam, Helleponi Insulam, Latinis Venusiam dictam, ultrò obtulit: Ex Camera item annos certos exsolvi jussit. Hanc Tycho acceptans conditionem, Insulam ingressus est desolatam, quam brevi tempore splendidissimis quibusdam ædificiis habitabilem, veluti & egregiis hortis, agris, piscinis amoenam & secundam, cultissimamque effecit. Instrumenta motibus cœlestibus accuratissimè observandis idonea, quæ jam Pragæ in Curtiano Palatio viva aspicitis ommnia, magnæ molis, aut majoris artificii machinas fabricavit quam-plurimas. Ex Academiis studiosos, pictores, sculptores, chartopœos, typographos, omnisque generis artifices alios accersivit, ipsis virtu, & amictu liberaliter prospexit, salario item distribuit. Illic dies, noctesque visum, lectum, auditum, scriptum, pictum, sculptum, & fabricatum. Summatim; laboratum, unicèque Cœlum spectatum est. Horum operum fama mare trajecit ipsum, universam Europam penetravit, eoque ex omni parte invitati, catervatim, quotidie, spectatum accurrerunt plurimi, quos hospitaliter exceptit omnes, & pro dignitatis ratione singulos, Reges, Principes, horum Oratores, Legatos, Comites, Barones, Nobiles, Studiosos, inqtabellarios; quæ quanti suuptus res fuerit, cuivis æstimare facilius est, quam imitari. Nam, quod ipse scriptis suis publicis testatur de peculio proprio, ultra centena millia Joachimorum, laudabili ædepol prodigalitate, in Astronomica impendit. In hac

hac-Insula per hosce labores nata **T Y C H O N I** est **N O V A I L L A M U N D A N I S Y S T E M A T I S H Y P O T H E S I S**, quā hanc, hanc, quam inhabitamus, Terram, totius quidein universi medium statuit, motus tamen oīnis, secus quām Copernicus voluit, expertum: nec etiam juxta hanc orbium omnium secundi mobilis centra versari, quod Ptolemaeo visum est, permisit: sed anib[us] solummodo mundi lumina, & unā remotissimam omnium aliarum contentricem Octavam Sphæram, in circumvolutionibus suis, Terram tanquam centrum, spectare indulxit: reliquos verò quinque Planetas circa Solem, veluti Regem suum, gyros ducere, ipso in omnibus illorū revolutionibus, in medio constituto, affirmavit. Hoc ingeniosissimo Invento coelestium apparentiarum omnium exactissimas rationes reddidit; hoc obscura illustravit, dubia explicavit. Stellas fixas mille multities, & diversis Instrumentis, non mechanicè, sed per triangulorum rationes, viginti & unius anni labore pertinaci, & indefesso accuratissimè restituit; absque quarum rectificatione haud ullus constaret verus cujusque Planetar[um] locus. Solis quoque, & Lunæ motus quām emendatos hic reddiderit, censere artificum est, & laudare. Parem quoque diligentiani circa Planetas reliquos adhibuit: neque quicquam, quod ad divinæ Astronomiæ instaurationem, perfectionemque facere noverat, unquam vel segnis intermisit, vel invidus dissimulavit, occultavitque, id quod partim jam editi ipsius in lucem libri, partim excudendi prolixè demonstrant. Astronomiæ mechanicâ, quām Wandenburgi, arce Ranzoviana ad Hamburgum sitâ, propriis typis, & ichnographiis elegantibus, primo egressus sui ex Dania anno, puplici juris fecit, Instrumentorum fabricam, & eorumdem usum fideliter commonstrat: sine quorum ope, & subsidio vix illa observationum constaret certitudo. Stellarum autem fixarum abs se perfecta restitutio, reliquarum inerrantium meritò principium habet necssarium, & fundamentum: quod reliquorum Planetarum rectè demùm sequitur instauramentum. Postremum opus, citra quod frustà suscipiuntur alia, prædictionum formas ingeniosè explicat. Atque hæc, ni fallor, universa Astronomiæ forma est, ad quam mihi **T Y C H O** quoque noster scriptiones suas direxisse viderur. Et jam profectò ex triginta sexanrōrum certissimis observationibus absolutissimum, quod ab eō unicè, & diu expectatum, in publicum emis-
sisset

sisset Astronomiaꝝ Theatrum ; nisi migratio ipsius ē patria , & inde usque loci aliquoties mutatio operꝝ morari injecisset perniciosaꝝ : cuius mutationis , & discessus ipsius causas , quas perhibuit graves , & necessarias , alios malo recensere . Verū hanc temporis jacturam facile resarcisset commodissimum otium , quod ipsi ante annos tres Augustissimus Cæsar R U D O L P H U S , Imperator secundissimus , fecerat clementissima in Bohemiam evocatione , & sustentatione liberali ; nisi , proh fatum implacabile ! hunc dira mors , divino Principi , & nobis omnibus , insperatō ademisset . Nihilominus , ne quis fristrā ipsum vixisse , & cœptum tantum , non verò absolutum , ipsius opus existimet , sciat , ex tot annorum luculentis observationibus , quas thesauri loco , sibi semper proximas , & custoditissimas habuit , quasque Daniā excedens , nave expositas (eo modo quo aliquando Julianum Cæsareum , magna pugna , & clade elapsum , suos ferunt commentarios) allocutus , & excolculatus est ; habet hæredes , quibus etiam hæc , jam aniuinam agens , serio commendavit , ædificii Astronomici sufficientem materiam , cui formam inducere possent Viri tres egregii , & T Y C H O N I Mathematicarum disciplinarum peritiā noti , & chari , & aliquandiu domestici , Doctor Melchior Joëstelius , Magister Christianus Longimontanus , & Magister Joannes Keplerus , inter cujus manus hæc oīnnia nunc versantur . Et quanquam Dn . T Y C H O B R A H E U S , ut ad juvandum commune bonum unicè natus , sic ad præstandum non tantum per totam vitam propensus , sed sollicitissimus fuerit adēd , ut nullum labore in subterfugerit , nullis sumptibus pepercere : nihilominus , uti mos mundi hujus est , aliquot hominum (si etiam tales homines sint) reprehensiones evadere non potuit . Aliis enim ab avita degenerare virtute visus est , quòd equestris ordinis , & gravissimæ authoritatis homo , literas , & ex hisce Mathematicas disciplinas tractaret ; nec privatim tantum iis deliciaretur (quo fortassis apud hosce veniam impetrasset aliquam) sed inde etiam publicam expectare laudem , atque gloriam , dignus reputatus , cui nobilitatis ademptum resignaretur privilegium . Hujusmodi domini , & foris sustinenda compluria ipsi fuerunt judicia ; solo risu , veluti & solebat , refutanda simplicitas , & rudis ignorantia . Quòd si enim inficiā stemma ineretur , quis agrestibus futurus nobilior ? Sin scientia insignis efficit , quenam Mathematicā potest nominari præstantior ? id quod do-

et

Et intelligunt. Verum tolerabilis isthac quodammodo fuerat judicij infirmitas hominum, errore potius, quam studio, eò dementiaz pro-lapsorum. At ab iis, qui eruditionis titulis infolescant, quilateratum, & inorum bonorum professiones sibi vendicant, immò ab iis, de quibus optimè semper, suomet ipsorum etiam testimonio, meritus fuerat, falsas criminationes, infameisque calumnias, expectare, & perferre; res mihi videtur longè impatientissima. Hoc pacto, ante annos pauculos, quidam ingeniosus, & doctus, sed absque religione, & virtute homo, tertium, & famosum contra præstantissimum hunc virum divulgavit scriptum, quale in hoc genere non vidi antiquitas, nec fortassis spectatura est unquam posteritas. Non sat fuerat infamatori illi plagium comittere literarum, & T H C O N I S Hypothesin, Vrani-burgi repertam, falsariè pro proprio invento venditare; nisi etiam Virum aviti generis, summa eruditionis, inculpatissima vita, cum rotâ ipsius honestissima familia, sexcentis contumeliis, & totidem mendaciis, apud alios, si non deformatum, suspectum saltem reddidisset. Et profectò jure actum cum hoc fuisse, velut etiam jam agi cœptum fuerat, nisi mors seram illam singulari beneficio affecisset, & pœnæ subduxisset connumeritissimæ. Sed quemadmodum T Y C H O ipse sese, dum viveret, contra ejusmodi calumnias, conscientiæ innocentia, plurimorum item Illustrium, & doctorum Vitorum judicio consolatus est: sic etiam cuilibet recte sentienti eadem hæc non abundè non possunt satisfacere. Ob ingenii, & doctrinæ excellentiæ, non inisque celebritatem, Invictissimus Cæsar R U D O L P H U S, Princeps sapientissimus (quem merito primò loco nomino) in aulam suam accersitum voluit. F R I D E R I C O verò II. Danicæ Regi, tam charus, tam magnus, tamenque bonus habitus, ut nihil, quod majoris momenti fuerat, absque hujus scitu susciperet. J A C O B U S I V. modernus Scotia Rex, carmine T Y C H O N E M laudavit. E R N E S T U S, Elector Coloniensis, plurimum huic semper favit. G U I L E L M U S, Hæfiz Land-gravius, per multos annos, literis derebus ad Astronomiam spectantibus, cum ipso certavit: quæ primo Epistolarum ipsius libro editæ continentur. U DAL RIC U S, Dux Megapolitanus, quò in Dania ipsum retineret, nihil non tentavit. Longum foret omnes per Europam ex Imperio sua familia natos, defunctos, & superflites, quorum ad T Y C H O N E M clementissimæ exstant literæ, & spe-
ctantur

stantur munera , hūc accensere. Sed eruditorum , Dii boni , quo^e exaratarum ad ipsum epistolarum volumina , abstrusis questionibus plenissima ! Nec ullum hoc s^{ecundu}m opus eruditum , & in Philosophia egregium divulgatum , in quo T Y C H O N I S nomen aliquoties legatur , in quo non ad ipsius autoritatem provocetur. Et , vt est plurimis paucos nominem , Franciscus Patritius , Clavius , Scaliger Josephus , Ulmus , Maginus , Roëlinus , honorificè hunc , & frequenter , scriptis suis compellant. Quis igitur tam exmens erit , aut sensus reprobi , qui non tot illustrium , & doctorum virorum candidis de DN. T Y C H O N E censuris ipse etiam subscripturus sit , veritatique calculum adjecturus suum ? Non Deum T Y C H O N E N facio , sed hominem fuisse , & scio , & affirmo , cui nobiscum omnibus errare , atque labi fuit commune. Non diffiteor quoque , aut pernego , & suos ipsum habuisse n^{ost}ros , quibus mortalium haud expers ullus est. Istud tamen , coram quocumque , erecta cervice testari possum , & testor quoque , totis illis novem mensibus , quibus triennium ante , Wittebergæ cum familia mihi convixit hospes , eum sese gessisse erga Deum , & Homines , quoad Christianum , & literarum hominem apprime decuit : cum conjuge honestissima , sive obseruantissima femina , maxima vixit concordia : liberos , ex octo adhuc sex superstites , ad pietatem , & modestiam assuefecit : filios , qui ipsi duo , studiis : acu , & colo filias occupavit : nec ocio , peccatorum seminario , infensis simus , difluere ceteram quoque familiam passus est. Conforti suz facilis : severitate vero reliquos continebat in officio : erga peregrinos , comis , hospitalis , liberalissimus in pauperes . Verbis ipsius veritas , & brevitas : gestui , & vultui gravitas : consilio prudentia : saevis felicitas inerat. Nihil fictum , nihil simulatum in ipso , sed scapham scapham appellabat : unde omne , quod sustinuit , odium. Nihil in ipso humile , nihil dejectum : sed sublimem ferebat supra omnes fortuninas animum. Nulla in ipso , præterquam temporis , animadversa avaritia : ipsi vita studia erant : deliciae vero meditatio : divitiae scientie : virtus nobilitas : religio , dilectio . Fastu detestabatur omnem , omnem inanem steinmatis jactantiam. Non ira tenax , & offensio nuni , sed ad condonandum facilimus , utque uno dicam verbo , quod ab aliis expectabat , idem promitissime præstebat singulis. Pro desse cunctis studebat , nocere vero nemini. Haberem , qua^e plurade ipso

ipso verissimè prædicarem , si is , qui me graviter exerceat , luctus sit
teret , nec noslēm vobis aliàs hæc omnia satiè , superque cognita , &
perspecta . His animi dotibus T Y C H O noster præditus , cùm vive-
ret ; quibus etiam nunc in animis bonorum vivit , & victurus perpetuò
est . Has exornârunt fortunæ bona , quæ hæreditate consecus fuerat
amplissima , veluti insuper sperare poterat olim majora . Neque etiam
corporis hunc destituit honor , atque deus : erecta statura ; firma ,
& virilialatera ; facies decora , & aperta , quam ante annos triginta
Rostochii quidam noctu , ausu proflus siccario , læsit , vestigio ad mor-
tem usque semper conspicuo . Valetudine antehac usus fuit prosper-
riina , & inoffensa , quam deinceps loci mutatio , & ipsam paulatim
immutavit , nutantemque reddidit ; unde & ipse brevioris vitæ con-
jecturam desumpit . Estate præterita deterius longè habere cœpit ,
quod tamen , quantum potuit , apud suos dissimulavit . Crebriores
cum amicis lætias abrumpens , de morte sermones instituit : quin &
domi à familia interè temporis plurima animadversa prodigiosa , ve-
luti & meus aliquid Genius præsenst . Nam eo ipso , quo ægrotare
hic cœpit die , ego historiæ Anatomiaæ Pragensis finei imponens
Wittebergæ , atque ad Lectorem præfationem amanuensi meo dicti-
ans , plurimorumque fautorum , & amicorum nomina recitans , de
repente hæc iussi scribere : Tu verò , Generose Dñ . T Y C H O , fer-
mè mihi excideras . Nam ignoro haec tenus cœlum , an terram potius
habites : num suspicias , an despicias . Salve tamen mihi cum T Y P O-
T I O nstro (quem similiter ignorabam mortuum) ubicumque sis ,
plurimum . Dies , quo in mordum incidit , 13. Octobris erat , quèm
ipsi intempestiva invitavit verecundia . Ad illustrissimi enim Viri cœ-
nam cum aliis vocatus hospes , urinam suppressit , quæ confessi pro-
tracto aucta , vesicam ita distendit , ut quasi luxata , postmodum ex-
cernere volenti , amplius non obedierit . Hinc subsecuta ischuria , &
doloris vehementia , quâ , cucurbitæ istar , attractus sanguis , vesicæ
phlegmonem induxit , quam illiqd , ut solet , febris comitata conti-
nua , & ab hac leviusculum exortum delirium . Qui affectus eò à me
designatur deduciūs , ne veritati forsan vis fiat commento alienissimo .
Nocte , quæ ipsius mortem præcessit ultima , obtinuit eas à morbo in-
ducias , ut magna facilitate , & consideratè plurima ordinariit . Et quem-
admodum Poëticæ à pueris usque favens studiosius , expeditum , & ele-
gans

gans fudit carmen : ita morti vicinus verè cygnazam canere prolixè auditus est , quam etiam hæleories suos jussit excipere : ardentissimos ad Deum' , pro concessâ vitæ usura , pro exhibitis ionuineris beneficiis , pro publica concessâ pace , pro tributa toties Cæsari lata victoria , proque bonis abundè in commune collatis omnibus , hymnos modulatus est ; pro placida animæ emigratione , pro cœlesti diversatio , profundis suspiriis supplicavit ; Ecclesiam , Rempublicam , suorum que omnes divina protectioni commendavit ; curam egenorum habere sine respectu omnium suis severè injunxit ; piè , & honestè vivere , divinumque sperare auxilium jussit . Atque sic inter preces , & cohortationes , nobis omnibus , & vitæ huic valedixit , tam tranquillè , ut deficere nec visus sit , nec auditus . Sic itaque die abhinc duodecimo , qui erat 24. Octobris , cum annos vixisset 54. menses 9. dies exactè 14. humanis exemptus est Vir illustris , & generosissimus Dn. T Y C H O B R A H E U S , singulare Naturæ beneficium , & literaturæ ornamentiū ; quem non tam clara patria , nobiles genitores , corporis , fortunæque bona alia , quam exelta mens , & divinum ingenium , carum , amabilemque Principibus , doctisque viris , adeoque universis , præstitere ; cuius mors , quam pia , & honesta vita præcessit , haud mala esse potuit , ejus nunc exuvias , & quicquid in ipso mortale fuit , terra committitus , officio , humanitatis ut postremo , sic maximo : pars ipsius verò melior , hoc est anima , J E S U C H R I S T I Servatoris nostri sanguine preciosissimo redempta , Cœlum , quod antea suscepit , & meditatus est , cum beatis omnibus inhabitat , cunctaque hæc inconstantia despiciens , vitam jam vivit verè immortalem .

Orationis Finiebris finis.

NE quispiam moretur , quòd sub Orationis superioris finem , legitur Tycho supra annos LIV. vixisse menseis IX. & dies exactè XIV. cum ipse p. 179. scripsit eum , præter annos illos , vixisse menseis præcisè X. adnotandum est , cum ipse Tychonem habuerim natum die Decembrii XIV. & mortuum deinceps die Octobris XXIV. supputari omnino , præter annos integros , menseis X. ac dies X. Et quia tamen tempus Nativitatis designatum est Stylo Veteri , tempus verò Mortis Stylo Novo ; idè me , habita ratione detractionis dierum intermedio

termedio tempore factæ , detraxisse eos decem dies , quibus profectò Tycho non vixit : quare & superesse menseis præcisè x . Parem rationem habui , cùm vitæ Peireskii tempus supputavi . Excusandus porro Jessenius , quòd præfostinanter Orationem conscripscerit ; neque idcirco adverterit , Nato Tychone , ut statuit , die Decembri x . aut superesse novem dies , supra x . menseis , si ad Stylum quidem veterem respexit ; aut superesse xxix . supra ix . menseis , si respexit ad novum . Quanquam hoc parvi momenti est . Gratè interim habeo , quòd docuit Tychonem ex eo esse stemmate , è quo fuere pridein duo Reges assumpti , & nonnulla item alia , quæ mihi fuerant incompta ; ut quòd preter sex liberos , quibuscum migravit Tycho in Germaniam . etiam duos alios habuisset .

Subsequuntur tum *Epitaphium* , tum *Chronologicum Distichon* , quod utrumque , ut jam monui , intertextum superius est : ac ista quæ sequuntur , subinde .

E L E G I A

I N O B I T V M E I V S D E M

D N . T Y C H O N I S B R A H E .

TV^{er} queque funebri pars haud incognita pompa,
Appositus lacrymus funde Elegia modos.
Terrigenas animis potuit quis sitere calo :
Terrigenum tumulto conditur ecce manu.
Affuetosque oculos celestem pandere lucem
Fusa super tenebras invida claudit humus.
Gratuler ambiguum est , an laxem fræna dolori ?
Dum meditor , lacrymas utraque causa ciet.
Infelix mundi soboles , homo deditus mundo :
E mundo reliquum quid tibi Parca facit ?
Quando etiam letibz Sapientia mergitur undas ,
Divinaque animi mors populatur opes :
Nec iam fideria frigencia pectora cura
Demulcent solitis vita abeunse modis .

G g z

51

Si pars est homini melior, mens edita caro;
 Vilia si terra pondera corpus habet;
 Si probat ipse Deus, pecudum contemnere vitam,
 Pinguis non ventri thura adolete deo:
 Sed memorem esse sui, celerisque patrare per amos.
 Dignum aliquod tanta nobilitate decus;
 Si potior mentis, quam corporis illa voluptas,
 Pudicior illius si, meliorque labor;
 Si patria animo prestat decartre sedes,
 Et Laudem authoris commemorare Dei:
 Debuerant equidem pulchra molitima mentis
 Occidui fato corporis esse super.
 Nunc veluti nigris fulgens in rubibus arcus,
 Has simul ac venti dissoluere, perit:
 Non secus Astrorum tot jam quiescit a per amos
 Notitia, & celeris mobile mentis opus.
 Quod visum Uranio seruit mirata sub Astris,
 Exemplo sensus obstopefacta sui:
 Heu mihi, non posuit motu superesse cerebri,
 Nec nisi progressu sensibus ire comes!
 Scilicet ipsa etiam quondam pulchra Astra peribant,
 Et res instabiles fluxa sigilla decent.
 Scilicet exiguum est, & vasto ex equore gutta.
 Quicquid sideria de ratione tenet.
 Vtque bibit floris lux irradiata colorem,
 Ipsa sibi nullus de Phaeonte color:
 Non aliter viles sensu monstrante figuris
 Mens hominis, crasso corpore mensa, vider.
 Aut tenue, aut nihil est, species aut proxima vero,
 Aut pars in promptu est, pars adoperta latet:
 Divinos puro donec de fonte liquores
 Corporis è vinculis, morte soluta caput.
 Non igites miser est, lacrymis non aptus acerbis,
 Solatur Domini quem modò blanda manus,
 Oblicum levium, capit quid maxima, terum,
 Iam vacuum curis, improba vita mis.

Non

Non poteras lethum pulchram prævestire palmam,
 Aitè triumphata ; fidemibusque venis.
 Non poteras penitus doctrinam extinguere mentis ;
 Quam spargit zoto plurimus orbo liber.
 Auduit hunc virus magnas Peana per urbæ,
 Posterioris omnis quæcum beùt grata canet.
 Gratulor hanc meritò sortem : sed causa doloris
 Non levius à nostra nunc nubis parte venit.
 Non mea tam longe iungam suspitia pompe ?
 Mense bilareni jubest publicus esse dolor ?
 Nam veluti si quid flagrantibus incidis ipsius
 Scrupulus , & fluctum motio prima dedit ;
 Addit se in spacium , viresque acquirit eundo
 Circulus , atque omni littora parte ferit :
 Non aliter , qui jam Pragensi maior ab urbe
 Nascerit , Eoù , occiduisque plagiis,
 Regna per , & gentes , magis ac magis austriq , errans
 Comurbat vestras Auster , & Eure domos.
 Dania cum primis Brabecum patria plorat ,
 Iamque suum Alaniem non abiisse velit.
 Illustrisque domus , columnen , Brabem , regni ,
 Occubuit Solus , lumine cassa sui ,
 Lugeat , & ad luctum socios vocat ordine Billos ,
 Rudros , Rantzovios , pulchraque ferræ Rose .
 Stemma viri fulgens , regnum sibi vindicat unum :
 Doctrinam censem omnia regna suam .
 Fama Caledonium longè tranquili in orbem ,
 Signaque majoris Rex Iacobus dabis ,
 Musatum cultor celebris , tecumque per orbem
 Musarum quotquas mystica sacra colunt ,
 Seu Princeps ditione potens , seu Flamen honore ,
 Quos loquitur propriâ pagina scripta manu ;
 Seu quocumque loco Stellarum consciu artis ,
 Cui fuit in voti parte , Tychoonis amor .
 Nem ita fatidicas ibant crebra agmina Delphos ,
 Sollertia ambiquis ante notare sonos ;

Gg 3

Quæm

*Quād super arcā calorū plurimā motu
Brahēas adiūtā literā missā manu.
Conticuit yates, migrant oracula terras,
I, quere hinc alios Delphica turba deos.*

TV verò ante alios, Cæsar tèr maxime, Reges
Non aliquem motum cōrde latente capis?
Venerat immitti Phenix dilapsus ab Arcto,
Arque in Teutonia nidificabas humo.
Phœnicem propriā voluissi cernere in aula:
Non alia imperio dignior ales erat.
Venit summa dies, properarunt fata receptum
Phœnicem flammis, Phœbe, adolere suis.
Quò minus brac flocci credam Te pendere casum,
Impedit officium, dñe Rudolphe, tuum,
Armatum impérii depellere finibus hostem,
Tutari pacem, iustitiāmq; domi,
Et studia, atque artes validas plantare per urbēs,
Vnde hominum capiat commoda multa genus;
Percipiatque Dei justas sapientia laudes:
Hec sunt imperii munia summa sui.
O utram nuncquam tua sceptra fatiget Erimosys,
Arma domi nemō conciter, arma foris,
Nulla intemperies languentia corpora tenter,
Quod fasū est, fundat terra, peransque manus.
Non idē nulli cingant tua lumina fasces,
Non minor hinc Regi retribuantur honos.
Te duce certatim speculentur fidera cives,
Quantaq; divine sint monumenta manus.
Scilicet hac una ēst divini meta laboris,
Hec dominum decuit vita boata genus.
Hanc equidem Eoū vitam vixisse in hortis,
Si posset veritis abstinuisse bonis.
Nunc immorigeros Nemesis divina, magisque
Trux hominem duro pectore plectis homē.
Terra homines plectit, tribulos communat arisit,
Torrida nunc astu, nunc adoperta nive.

Hinc genus Adamidum duras dammatur ad artes ;
 Siderei cunctis non vacat arte frui.
 Hanc tanien esse tuam voluerunt. Numima curiam,
 (Par immortalis regia turba Deo.)
 Haec etiam ingenuas in scipira reponere curas,
 Quoque potes, artcas amplificare, modo.
 Tempora nobilium condam pereunia signis ;
 Etasem mundi pectora bruta docent.
 Quanta sit, expeditus, calorum condita moles,
 Quamque sit humanae commoda forma domus.
 Ne velut ignota vivat peregrinus in urbe
 Terrigena, bospiii neficiis ipse sui.
 Incipe, mortalis, stolidos deponere fastus :
 Quantula de mundo portis, que so, tua est ?
 Quin etiam humanos adjulant graviter usus
 (O res ingratis sepe iteranda viris :)
 Vranien secunda Ceres, Bacchusque loquuntur,
 Fauni Capripedes, Arcadiisque Deus.
 Vranie instabilem constrinxit Nerea nautis,
 Eolia, Vranie sub juga, castra dedit.
 Hac avis Hispanos alium deduxit in orbem,
 Huic cespit clausas gens tremefacta fortes.
 Vranie Batavos sava ferravit ab Arcto,
 Quos fugit multo tempore clausa dies,
 Tanta dedit quondam cultori premia dives ;
 Non equidem cunctas, credite, fudit opes.
 Claudit inexhaustam gremio pradivite gazam,
 Das nova non pigris numeris, culta viris.
 Vim Celi reserata viri, venit agnita ad usum :
 Ignota videas commoda nulla rei.
 Clavis aperire labor : sed apertis non labor uici ;
 Naturae ingenio, vim reserata viri.
 Mi quoque, Diva potens, proprius perculta dedisti,
 Ne cruciet mentem vana supersticio.
 Dulcia non poteras compescere somnia Moses :
 Sufficio magnas fecerat Astra Deos :

Fozie

Torè etiam magicas venijsem promptius ad artem,
 Eliciens Orco, quon regere Astra putant.
 Intima quantifor non ad penetralia veni,
 Explorans vites lux animosa tuas.
 Consulat Astrarum vites, quicunque laborat
 Cum fructu vetustis obviam ire libris.
 Tuque adeò immunes ioris avertire pestes
 Si (quod Sacra jubent) dire Radolphe, cupis;
 Si tibi sunt cordi misera novia commoda vita,
 Gloria si summi, culris, amorque Dei:
 Mane etiam clemens studiorum amplectere partem,
 Consciam & Astrarum perge fovere Deam.
 Stratisti Scythicum non una clade tyrannum:
 Imbellom exsuperata tandem etiam invidiam.
 Millia militibus, venient modò fungula Musis:
 Neutra gravant rediūs invida lingua suos.
 Si tamen usque adeò multos rapit omnia miles;
 Si cunctas adeò Mors populatur opes;
 Servanda est inopi sanitilla pecunia fisca;
 Et nihil est studiis, sordide Rhetor, opus.
 Deme catenato preciosa monilia collo,
 Sit simplex vestis, mensaque parca tibi.
 Luxurias inopi famuletur publica fisca,
 Nam nihil est illis, sordide Rhetor, opus.
 Tunc etiam lova fisca cedemus honores;
 Astra locum castris, ingenuisque dabunt.

JOHANNES KEPPLERUS mæstus
 posuit.

IN

INCOMPARABILIS VIRI
T Y C H O N - B R A H E
 ATLANTIS CYMBRICI,
 ET EQUITIS TORQUATI
 E L O G I U M .

Eduxit, perhibent, immanni mole Gigantes
Simplicibus tellus denud culta viris.
 Hi tentare quidem Cælos ascendere quondam,
Quo tam in terram, Dii repulere statim.
 At nostris alium videas genuisse diebus,
Ipsum cui Cælum sarcina parva fuit.
 Hic, cui non totus terrarum quā patet, orbis
Sufficere, eventu judice non potuit.
 Hic dico, ille Gigas, quem fama reclamat harmonis
Astriferos cælos imposuisse fatus.
 Hic voluit Stellas flammantes inter Olympi
Vivere, sic serutans intima claustra Poli.
 Vnde resers nobis vicit Mysteria cæk,
Quicquid & occulti magnus Olympus habet.
 Hinc videas monumenta viri, qua Cœlitus ipse
Edocitus, nobis conspicienda dedit.
 Hac, Diadore, oculis si vidisses, Miraclis
Dixisses septem connumeranda tuis.
 Cedite jam Primi Inventores, cedite tandem:
Viribus hic cerebri vos facit arte rudes.
 Hei mihi! Quid video? rumpit mea verba quid inter?
O mea quid subitus occupat ossa tremor!
 Occidit! hei vobis Cælum, fulgentiaque Astra!
Occidit ipse Tycho summus & alter Atlas!
 Quid vestrum T Y C H O N misissis abire Tychonem,
Cui semper vestri maxima cura fuit?
 Anteā quem nobis, ecce, Astra dedere benignè,
Invidia nunc oculis surripere meis.

Hh

Non

Elixir Tychonis

*Non ego macresco : Neque, si mibi vera fatendum,
Terra suis tantum digna tenere virum.*

*Nunc Tycho ipse suo speculum spatiatur Olympo,
Atque ipsi specula est, quod fuit ante scopis.*

Ergo si voti compos jam despicias alio

Oforem, dicens : Nil tua dira moror.

Nil tua dira moror, Fortuna victor & ipse,

In terru posthac degere non cupio.

P A U L U S J A N U S Colding
Cimber.

Superest, ut liberem fidem circa memoratain Tychonis Epistolam de Confectione Elixiris ad Rudolphum Imperatorem. Tantò verò lubentius ipsam publicis juris facio, quantò optimus Wormius rectè divinavit, nullum fuisse ad nos exemplum delatum egregii illius de ære pestilenti corrigendo Tractatus, in quem præclarus Bartholinus ipsam inferuerit. Quandò certè nullum reperire licuit in instructissimis Bibliothecis eximiorum Medicorum Riolani, Morei, Patini, Mentelii, ne quid de Thuana, & cæteris dicam; credere omnino par est nusquam apud nos aliquod existare. Tacere interim non decet, quod ille in suis ad me literis habet, duin, *Crēdo*, inquit, *hoc ipsum Medicamentum, de quo tecum egit nobilissimus Dominus Reitzius: Nam hoc nobis familiare, & in Pharmacopoli nostris titulo ELIXIRIS TYCHONIS vendetur. Egò creverim in morbis malignis usi sum, magno successu. Sudores potenter movet, malignitatē resistit, &c.* En verò quid id rei sit.

*Elixiris Tychonis Descriptio.**Ad RUDOLPHUM IMPERATOREM.*

*Augustissime, & Potentissime Imperator RUDOLPHE,
Domine clementissime.*

Descriptio Medicamenti, quod contra morbos Epidemicos pa-
sim nunc grassantes, Dei dono, efficax est, quale sacra Cæsarea
Majestas tua clementissime per suum Capitaneum Brandeisensem à
me

me expetiit, in hunc modum, prout ipsem et adinveni, & comprobavi, se habet.

Accipiatur primùm pro corpore, & fundamento, Theriacæ Venetæ optimæ, & veteris, aut potius Alexandrinæ, lib. una, cui in vitro oblongo, satisque capaci, superfundatur spiritus vini, è generoso vino, terna distillatione, & rectificatione moderato calore elicitus, ut exstet supra Theriacam ad quantitatem palmæ; posteaque bene obturato vitro, ne spiritus exhalet, fiat digestio in tepido balneo per septimanam. È peractâ, materia omnis, quæ in vitro est, filtretur per bibulam papyrum, ut separetur purum ab impuro, liquórumque admodum rubicundus, & perlucidus, qui hac filtratione provenit, indatur cucurbitæ vitrea, & suprà posito alembico, cum suo recipiente, atque utrobique bene clausis de more vitris, fiat lenta distillatio in balneo mediocriter calido, nec æstuante; donec spiritus vini in receptaculo guttatum evocatus materiam, sive essentiam Theriacæ in fundo cucurbitæ, vitrea instar mellis liquidi, colorem tamen ad subrufam nigredinem tendentem obtainentis, reliquerit. Spiritus autem ille vini Theriacalis per se in vitro bene clauso conservari poterit, & parum manè, ubi lubuerit, de eo sumi, instar alterius aquæ vita: habet enim in se aliquid de volatili essentia Theriacæ, ideoque præservativi loco est, præsertim si ex oleo juniperi sulphurato, de quo mox dicimus, bis, vel ter ulterius in balneo exaltatus fuerit. Porro essentia illa Theriacæ, quæ in fundo remansit, sic efficacior reddenda. Sumatur Sulphuris è Cholcotare puro ter sublimati, & quarto ex Aloë, Myrrha, & Croco seintel, leviter, sine adustione elevati, quarta pars libræ; huic superfundatur in cucurbita vitrea oblonga de oleo baccarum Juniperi, quod purum, & in balneo rectificatum est, tantum, ut superemineat quatuor digitis. Poteſt etiam addi oleum Succini in balneo ter rursus distillatum, & ab odoris veheſtia liberatum, ut sit ejus quarta pars, respectu olei juniperini, eſtque ſic melius: ponaturque bene clauso vitro, in fornace cinerum; ibi ſtet in tepida digestio ne per quatriduum. Eliciet interim oleum juniperi è floribus illis sulphuris rubicundissimam tinturam, & optimam eorum essentiam in ſe attrahet. Fiat & hic separatio filtratione, prout anteā. De puro autem, & rubicundo liquore, qui papyrum bibulam transivit, addatur duodecima pars essentia Theriacæ prius confeſta, ita ut hæc duode-

cim vicibus oleum illud juniperi sulphurisatum excedat: mox simul digerantur in tepenti balneo, violâ oblongâ benè obturatâ. Potest tamen iis priùs aliquid addi de extracto radicis Angelicæ, sale Absinthii puro, & essentia Carabis albi. His tribus simul mixtis, & pro decima sexta parte priori liquori junctis, posteāque, uti dictum, simul in digestione collocatis, idque per octiduum.

Superaddere etiam oonducit ante digestionem, de prius reservato spiritu vini Theriacali, tantum, ut tribus digitis superfluet. Digestione hac peracta, fiet denuò separatio impuritatum intrinsecarum per filtrationem supradictam, & spiritus additus separetur in balneo, lentissimo igne, donec materia in fundo remaneat, instar picis liquidæ, quæ ex Dei benignitate, præsens est reïnedium contra luein Epidemicam, octo, decem, vel duodecim guttis, pro ratione patientis, in aqua aliqua competenti; utpote Prunellæ, Angelicæ, aut Cardobenedictæ, cochleari uno intrò assumpta; idque statim, ac morbus sentitur, antequam per soinnum virus cor occupârit, & poste à sudore per aliquot horas, quò diutius, è melius elicito. Si manè quolibet, jejuno stomacho de hac Medicina duz, vel tres guttae in vino Absinthiaco, vel quovis alio appropriato liquore assumantur, Præservativi eximi loco est.

Potest verò hæc ipsa Medicina, per se omni auro præstantior, adhuc magis exaltari, per additionem tinturæ corallorum, sapphiri, & hyacinthi, & margaritarum materiae resolutæ, tum quoque auri potabilis, si modò veruin, & genuinum, ac corrosivis rebus non inquinatum, & corruptum haberi possit; ita ut de singulis hisce scrupulus unus prius confecto Medicamento adjungatur, milceaturque.

Quin & universalius ut hoc reddatur Medicamentum ad omnes morbos, qui per sudorem curari possunt, qualis fermè est tertia pars omnium eorum, qui humanum corpus infestant, sic procedendum.

Antimonium selectum in regulum purum, ter, vel quater reiterata fecum abjectione, redigatur; posteāque contuso, & pulverisato regulo, per cucurbitam terrream, ignem fortè sustinentem, ad latus dispositam, impellatur forti igne, & successivè adaucto, alchol Antimoniale, in aliam cucurbitam terrream recipientis loco appositam, donec totus fermè regulus Antimonii instar pulveris subtilissimi vas antepossum subierit. Hoc Antimonii Alchol posteā in vasculis quibusdam rever-

reverberationi idoneis, & ignis vim perferentibus, benēque argillā munitis, imponatur in reverberatorium clausum, ita ut flamma infra, ac suprà transeat, ipsa autem vascula conclusa non attingat; fiat reverberatio successivè adaucta, per sex hebdomadas, donec Antimonium in pulverem album, vel subflavum redactum quodammodo fixum evadat.

Hic pulvis Antimonii, etiam in aliqua copia assumptus, non purgat, nec quidpiam corpus molestat; sed solummodo sudorem moderatum, nec debilitatem ciet.

De quo si priùs præparata Medicinæ parum immisceatur, multò adhuc præstantior, & efficacior ad omnes morbos Epidemicos redditur: & insuper Febres quascumque ritè administrata curat, obstrunctionesque aperit.

Atque hæc de Medicina Epidemica, quam Cæsarez tuæ Majestati, prout clementissimè voluit, humillimè, & fideliter consignavi, & ut secretam habeat, sibique soli reservet, deinceps peto. Mitto verò non-nihil de eadem, quatenus hanc juxta priorem descriptionis partem absolvere licuit, quæ etiam valida est, atque, Deo dante, in talibus morbis præsens remedium exhibet.

• Estque hæc purior, & præstantior eâ, quam Cæs. Majestas tua à suo Capitaneo per me etiam paratam habuit.

Hanc ut Cæs. Majestas tua clementi animo accipere, donec plura ejusmodi, & majora in ejus gratiam parare oportunitas dederit, non dedignetur, subiectissimè oro. Deus Optimus Maximus Cæs. tuam Majestatem ab omni malo tueatur. Data ex Arce Cæsarez tuæ Majestatis Benachia, die 7. Septembbris anni 99.

T Y C H O B R A H E.

Cæterum, isthæc ad Rudolph. Imperatorem Epistola admonet me, ut atroxiam aliam, quam ad eundem Tycho Wandesburgum dedit, sub initium anni 1598. ut esset Præfationis loco ad Catalogum mille Affixarum, quem tunc ipsi, ac unà alia quædam adjuncta nuncupavit. Ipsa est, cuius pagina 149. facta mentio est, cuiusque est etiam, cum argumento tum ipsius, tum Catalogi, tum Tabularum, explicationisque ipsi adjunctarum relata conclusio. Dixi quoque il-

leic eam me defumplisse , cum cæteris , ex ipissimo Manu-scripto exemplo , quod Tycho ad Principem illustrem Wolfgangum Theodorum Salisburgensem Archiepiscopum misit ; nunc autem , ut eam heic adjiciam , dua potissimum faciunt causæ . Una est , quod , tametsi varia illius exempla missa hūc illūc fuerint (& meminit sanè Maginus exempli ad se inissi , ut superius attigimus) nemo tamen hacenus fuerit , qui publīci juris ipsam fecerit ; cùm interficit nihilominus , ne ex tanto viro ullum monumentum consimile pereat . Altero , quod hac occasione præoccupare , & subjicere valeam , quod desiderari ex me posset , ob scrupulum ad paginam 152 . & sequentem injectum , de discriminibus aliquot abs me adnotatis circa Longitudines , Latitudinesque Affixarum , inter Catalogum Præfationi adnexum , & Kepplerium illum infertum in Rudolphinas Tabulas , ac alium à Tycho infertum in Progymnastatum librum primum . Ac ederem quidem , ut Kepplerus fecit , Catalogum integrum ; verū , quia ille prælaboravit , interseruitque etiam , si quam deprehendit inter suum , & , non Progymnastaticum modò , sed alios etiam , qui Longomontani , & Piferi fuere , discrepantiam ; idcirco non est , cur actum agatur . Operæ-pretium solum est , quā iste ab illis discrepet , diligenter notare ; cùm esse profectū , aut haberī deterioris notæ , quā illi non debeat : utpote qui ex eadem Tychois officina prodierit , cuique ipse sua subscripterit manu . Operæ , inquam , pretium ; ut possint , qui retinūt hujusmodi studiosi sunt , Tabularum marginibus adscribere discriminā , quibus deinceps , dum aliquam designatarum Stellarum usurpabunt ad calculum , admoneantur expendere ecquis ejus locus sit verior habendus .

Quanquam , juxta ea , quæ loco jam citato , præmonui , prætermittam Stellas circiter viginti , in quibus differentia non est dimidio minutū major ; ac proferam solum triginta , aut triginta tres , in quibus quæ occurrit , est notatu dignior . Admonui illeic obiter , esse in hoc Catalogo Stellas nonnullas , quæ alia ratione indigitentur , quā in cæteris . Nam in Kepplerino , v.c. circa Cassiopejæ constellationem legitur , *Infra scabellum trium præced . Septentr . in hoc verò , Prima supra Cathedram Cassiopeja .* Circa constellationem Cycni ; in illo , *Ad volum ale parvula* ; in hoc , *Trium in superiorē ale Cycni inferior* , atquæ ita de cæteris : sed res facile conciliatur . Admonui quoque nomina duarum , quæ

in

in constellatione Cycni apud Keplerum defunt , Stellarum , ex hoc suppleri Catalogo . Prior eniā dicitur , *Prima in inferiore aīa Cycni ; Posterior verò , Quæ in inferiore semore .* Adnotavi præterea , quas duodecim Stellas ex constellatione Ophiuchi Kepplerus aī suo defuisse , reperi illas in hoc ; cūm & una prætereā adsit , ea nempe , *Quæ in inferiori tibis ; & duæ item alia , quæ in illo defunt , una , Ultima , sive Quinta informum circa Geminos ; altera , quæ in Eridano , Quartæ sequens contiguous Cete .* Adnotari etiam heic potest , Stellam secundam in Coma Berenices , de qua Kepplerus dubitat , esse illam , quam ipsemet , & Progymnasmatata ultimo loco habent . Nihil subjiciam de Tabulis , deque explicatione , & usu illarum , Catalogo à Tychone subiunctis : quandò , ut superius quoque innui , vix est in ipsis aliquid à Progymnasmatibus diversum ; aut si quid ejusmodi est , ut quod ad illarum triginta sex Stellarum comparationem attinet , id suppleri ex Alphon- finis , Prutenicisque Tabulis potest . Ad Epistolam igitur , Praefatio- némve ut accedamus , en ut se res in autographo habeat .

S T E L L A R U M OCTAVI ORBIS INERRANTIIUM ACCURRATA RESTITUTIO.

Ad Augustissimum Imperatorem RUDOLPHUM II.

De Inerrantium Stellarum verificatione , Tycho-

Brahei Prefatio.



N E R R A N T E S Stellæ quod uniformiter semper distan-
tes , uniformi etiam cicantur motu , Fixæ quoque appellantur , Imperator Augustissime , R U D O L P H E II . Domini-
ne clementissime , quas supra omnium Planetarum circui-
tus exaltatas in Octava quadam (uti vocant) Sphæra simul omnes con-
tineri , atque ibidem circa Polos Eclipticæ lentissimo motu convolvi
receptum est . Hæ licet innumeræ sint , tamen à vetustissimis Astro-
nomis , qui in Ægypto , aut consumili plaga habitârunt , mille viginti
duæ

duz solummodo denotatae recensentur. Quem pereximum laborem primus omnium Hipparchus Rhodius, quantum literis proditum est, subivit, forsitan antecessorum aliquot animadversonibus, præsertim Timocharis, qui 200. circiter annis anteà talibus invigilavit, non parùm adiutus. Ipsum verò, de quo loquor, Hipparchum ex occasione Novæ cujusdam Stellæ, cæteras ownes enumerasse, atque sidera ad normam expandere certis organis, ingentique labore sustinuisse, magnificè deprædicat Plinius. Floruit verò ingens ille Hipparchus circa finem Monarchiæ Græcorum, annis circiter ducentis ab obitu Alexandri Magni, ante natum Christum Redemptorem annis proxime centum viginti; quando bellum ab harum Regionum populis, quod Cimbricum dicebatur, in Italia gestum est, Coss. C. Cæilio, Cn. Papyrio Carbone: adeò ut plures quam mille septingenti anni effluxerint, ex quo Fixarum loca ab ipso in normam redacta, numeris convenientiæ Abaco exposita sunt.

Interea nemo tam sublimi curæ operam sedulani navavit. Nam Ptolemæus Hipparchi successor, & Astronomiæ Princeps appellatus, hac tamen præcipua in parte, & sine qua cætera ritè constare nequeunt; requisitam non adhibuit diligentiam. Notavit is quidem paucas qualidam Stellas, ut innoscere posset, quantum intervallo temporis Hipparchum, & ipsum, quosdamque alios intercedente, promotæ fuerint: at ad singulas uti ab Hipparcho factitatum, non attendit; præsupponens fortè, ipsius de his traditiones omnis ambiguitatis expertes esse. Quia in re nimis credulus fuisse videtur. Aut enim errores non contemnendi subindè obrepserunt Hipparcho in Stellis quam-plurimis; aut transcriptorum effectum est, quod Abacus ille in nobis, quasi per manus traditus non paucis scateat mendis. Adde quod, solummodo in sexta gradus parte, intra dena nimirūn minuta, se ubique continuerit in Fixarum locis consignandis; sive quod d majorem præcisionem minus necessariam duxerit; sive quod instrumentis, quibus usus est, subtilius hæc rimari non licuerit. At sanè adhuc subtiliori opus fuit commensuratione, si negotium pro usu, & dignitate ritè tractandum, & Planetarum motus, qui è fixarum locis sumuntur, ad amissim extricandi forent. Sed condonari Hipparcho aliquatenus posset hæc lato modo accepta designatio, si & ipsa in denis illis, quæ pollicetur, minutis omnino modè cælo congrua esset: à quo tamen s-

penu-

penumerò semisse gradus, interdùm integro, & eò amplius deviat, seu observatoris incuria, sive utraque de causa, non dixerim. Quin & Ptolemæus qui earundem progressus suis temporibus conciliare voluit, illas centenis annis singulos efficere gradus nimis lato modo assumendo, vix terminos in iis, quas huic usui adaptavit, rectè præfinivit; nedum ut cæteras competenter disposuerit. Incendens enim lubricâ illâ viâ, & ad fallendum pronâ, quæ à Sole per Lunam Stellarum loca monstraret, facile quartæ partis unius gradus, si non di-dimidiæ, errorem incautè admittere potuit; veluti alibi à nobis expressius pandet. Imò, cùm Refractiones Solis juxta horizontem (circa quem, cùm hanc pragmaticam exercebat, constituebatur) positi, ut de Parallaxibus non dicam, neglexerit, præcisionem ipsissimam non attigit; uti & sèpiùs his, aliisque de causis tam in Sole, quam reliquis Planetis, & Stellis fixis, deviationem aliqualem commisisse videtur. Verùm hoc non ob id refero, quod tanti Artificis, & de tota re Astronomica ad eò præclarè meriti viri, sine cuius operibus vix pateret ad hanc artem accessus, traditiones ele-vare præsumam: sed solummodò, ut negotii subtilitatem, & labyrinthos, ubi summa requiritur præcilio, maxiinis etiam Artificibus obrepentes aliquatenus indicem. Quæ verò ab ipso Ptolemaeo circa hæc factitata, & tradita sunt, juxta annum Domini 140. proximè evenerunt.

Albategnius, quem & Mahometem Aræctensem vocant, annis se-
ptingentis quadraginta postea, hanc etiam arduam curam aliquatenus
fuscipliens, paucarum quarundam Fixarum in longitudine loca emen-
davit; idq; potissimum ex transitu earum cum Luna per meridianum,
ratione equidem non satis accurata: siquidem Lunæ locus vix ipsi tam
certò, uti existimat, constaret: tuin quoque ob alia coincidentia
impedimenta suo tempore referanda. Dūi verò is quasdam Stellas à
se, uti opinabatur rectificatas cum Ptolemaïcis locis conferret, de-
prehendit in 66. annis unicum conficere gradum, nimis rām earum
motum præcipitando, quem Ptolemæus ante à justò tardiorē reddi-
derat. In latitudinibus earum nihil discriminis se reperisse putavit.
Quod tamen verosimile non est: quandoquidem sensibiliter mutata
fuit ejus tempore Eclipticæ obliquatio ab ea, quæ Ptolemai ævo ex-
stisit: unde latitudines fixarum alterari à nobis evidenter demonstra-

tum est. In cæteris Stellis ubique Hipparchianum Abacum à Ptolemao etiam usurpavit; nisi quod prænitionem earum interea ipsius opinione factam, ubique singulis addiderit.

Postea circa annum Domini 1250. trecentis septuaginta annis ab Albategnio, Serenissimus ille Alphonsus X. Electus Romanorum Imperator, Rex Castillæ, & Legionis, à quo descendendo originem trahis, Imperator Augustissime, memorabili liberalitate Astronomia redintegrationem procurans, Tabulis à se denominatis Alphon-sinis, in quarum confectionem quater centena ducatorum milia munificè erogasse prædicatur, etiam *Affixarum Stellarum Canonicam* expositionem ab Hipparcho inchoatam, atque per Ptolemaeum, & Albategnium eò usque derivatam retinuit; apponendo solummodo quantum fixæ tunc ulteriùs progressæ credebantur. Videntur autem ii, qui huic negotio præfuerunt, non satis accuratè metas illas præfiguisse: unde fit, ut quasi integer gradus nunc ut plurimum deficiat in longitudinibus Stellarum juxta Alphon-sinas rationes numeratis: latitudines incorrectas reliquerunt; eas omnino immutabiles esse sibi frustrè persuadentes. Sunimâ nihilominus, quædiu Cœlum, & sidera durabunt, memoriâ dignissimus est inclitus ille Alphonsus; quod tam sublimem curam Regio Patrocinio dignissimam suscepit. Et dolendum est ipsum ejusmodi non obtinuisse Artifices, qui rem omnem debito modo exsequendo, è cœlestibus observationibus cœlestes etiam motus accuratè deducerent. Quod si evenisset, tanti Heros tamen eximia liberalitate minus abususissent, & numeros Cœlo magis congruos, in iisdem tantis sumptibus comparatis Tabulis nunc inveniremus.

Tandem superiore ævo incomparabilis vir Nicolaus Copernicus Canonicus Warmiensis juxta Fruemburgum Prussæ circa annum Domini 1520. & aliquot ante, ac post, Astronomiæ reformationem aggressus, in Stellis tamen Fixis, quibus potissima pars instauracionis hujus artis fundatur, nihil solidum, aut sufficiens præstiterit. Solius enim Spicæ Virginis declinatione observata, & latitudine veterum (quæ ambiguitate non caret) assumpta, ulteriorem Fixarum progressionem constituit: nec tamen ea, qua opus fuerat, præcisione rem tam subtilem peregit. Et hinc Äquinoctiorum anticipationem (ut is vocat) extraxit, redigens suam animadversionem ad priuam illam Stellam

Iam in cornu Arietis , cuius intervallum Longitudinis à Spica secundum Hipparchianum , & Ptolemaicum Abacum nimis confidenter inutuatus est : cùm eam præbeat graduum centum septuaginta , min. o. in Cælo verò sint ad amissim centum septuaginta grad. min. 39. ita ut bessis ferinè gradus apud ipsum deficiat : indéque factum , ut ne eam quidem Stellam , quam omnibus cæteris fundamentalem esse voluit , & ex qua omnium Planetarum curricula , tanquam certo , & fixo principio deponere satagebat , suo genuino loco , & ipsi Cælo ad amissim correspondenti adaptârit. Idem etiam reliquas omnes Stellas incendatas prætermisit , tantummodo Äquinoctiorum præcessionei propria quadam speculatione excogitata singulis temporibus longitudini earum à prima Arietis secundum Canone in illum veterem Hipparchi , & Ptolemæi apponendum censuit : sive multiplices errores in earum Abaco commissos non repurgavit , sed potius stabilivit ; quamvis proculdubio non ignarus earum numeros non undequaque rite se habere. Ideoque conquestus est , referente Rhoetico , ipsius præcipuo discipulo , Fixarum restitutionem accuratam ad Planetarum loca rectius cognoscenda magis artis incommodo desiderari. Præcessionem quidem illam Äquinoctiorum , qua Fixarum apparentem motus inæqualitatem à prædecessoribus deductam salvare nixus est , solertis ingenii acumine imaginabatur , qua etiam antecedentes enormitates quām proximè exculare licuit : at quod hæc in ipsis cælestibus apparentiis ubique , & perpetuò locum habeat , vix obtinuerit. Siquidem (ut alia nunc præterea) vel hoc tantillo tempore , quod eum , & nos intercessit , annorum circiter sexaginta , vel septuaginta , Äquinoctia multò celerius sese anticipaverunt , quām ejus fert hypothesis ; atque hinc derivati numeri. Unde fit , ut cùm instantiæculo Stellarum unum gradum in centenis proximè annis juxta illum absolvere debeant , id potius in 70¹. expediant. Sic quoque Anni quantitatem , cùm hæc duo juxta ipsius speculationem à se invicem quasi dependeant , nunc nimis tardam reddidit , efficiens eam ultra dies suos , & horas , minutorum 55¹. proximè , cùm tamen quadragesimum nonum non asequatur ; sive septem penè minut. debito plus ampliet. Quod per multiplicem aggregationem Äquinoctialia puncta plurimum à cælesti tramite diuovet : ita ut circa annum 1700. Äquinoctium verum juxta Copernici calculum , & Tabu-



las Prutenicas, Solis ingressum, qui cœlitus provenit, integro die, & penè tribus insuper horis necessariò excessurus sit, ut tunc viventium Astronomorum accurata testabitur observatio. Circa hæc verò tempora, est ferè 14^h. horarum differentia, quibus ejus numeri abundant. In vanum itaque laborant, qui ex Copernicis, & Prutenicis numeris anni restitutionem eruere laborant, fructuaque Neotericae illam Gregorianam reformationem inde oppugnant, cum hæc longè propius cœlesti norinæ accedat: nec summa in his præcisio (præsertim inconsulto ipso Cœlo) facilè datur, aut etiam admodum necessaria est. Sed hæc fortè nunc citra rem: nisi quatenus juxta Copernicum Fixarum motiones Solis revolutionibus quodam modò sunt analogæ. Alibi dabitur, favente Numine, commodior occasio hac de re differendi, & anni metas accuratiùs examinandi, Gregorianamque noviter introductam, & latè stabilitam rationem (cum non adeò, ut à quibusdam, qui affectibus nimium indulgere videntur, insimulatur, devia sit) confirmandi; quemadmodum & hoc ex primo capite nostrorum Progymnasmatum; & motu Solis isthac accuratè ex observationibus restituto colligi poterit: ubi quoque ea, quæ de Affixis sideribus jam præmonuimus, ex secundo ejus capite uberiùs, & particuliariùs, una cum plerisque aliis huc facientibus, constabunt.

Cum itaque satis superque in proposito sit Inerrantium Stellarum locis, neque à veteribus Altronoinis, neque etiam recentioribus ea, qua opus fuit, accuratione hactenus provisum esse, nimia sancte Astronomicæ certitudinis jactura (quod tamen antecessorum placita extenuandi causâ nequaquam dico, sed solummodò ut veritati ipsi, quæ non tutò hic præteritur, testimonium ingenuè præbeam) idcirco ante multos annos hanc eximiam, ut ut laboriosam, in nos receperimus provinciam, quo omnes Stellæ Fixæ, quotquot in nostro climate visui utcumque paterent, quam exactissimè in debita loca secundum longum, & latum restituerentur. Res equidem (si liceat id, quod verum est, dicere) ardua, & multis scæculis incassum desiderata: sine qua etiam divina illa Astrorum Scientia in integrum restitui omnino nequit. Laborandum ergo erat ab initio enixè, & circumspectè, ut aliqua, saltem circa Zodiacum præfertim innotesceret Stella, cuius exquisita ab Äquinoctiali pùnto, ubi Äquator, & Ecliptica se se mutuò interfecant, daretur remotio; unde ceterarum deducerentur

cerentur longitudines : ex quo id haec tenus nequaquam requisita circumspectione praeslitum sit. Ideoque summa diligentia operam dedimus, ut Lucida illa, quæ tertia est numero in Capite Arietis, ad annus primus innotesceret, tam per ipsam, quam alias huc convenienter reductas; omnia multisatiā, & subtiliter examinando. Quod non et Luna fluxivaga, & observationi huic minus idonea, intermediantē Sole, uti factūrunt veteres, dubio exemplo, efficere lubuit: sed potius per Veneris Stellam, unā cum Sole sapientius nobis tam matutinam, quam vespertinam apparentem, interdūm etiam circa Meridianam discretè satis conspectam exsequi consultius duximus; idipsum attestante multiplici experientia, in modo ritè præcaveantur, tam Refractionum, quam Parallaxium insinuationes. Omnia enī hūc pertinentia ex utraque consideratione Eoā, ac Vespertinā multimodè explorata prorsus in idem punctum revocavi, quemadmodum hæc capite secundo dictorum Progymnasiatum instauratiōnis Astronomicæ lūculenter à nobis exponuntur, & demonstrantur. Postea ex hac ipsa Stella aliarum juxta Zodiacum, & Äquatorem fulgentium per totum Cœli ambitum conveniens facta est circumductio, aliquoties, & variè repetitā, ut totus absolute clauderetur Circulus.

Ex iis verò sic fundamenti loco exactè dispositis, reliquas omnes tam versus Boream, quam Austrum, quotquot aliquatenus cernere licuit, in normam ipsi Cœlo congruam expanximus: idque per accuratissimas observations magnis, & metalliscis, solidèque elaboratis Instrumentis conquisitas; & deinde Triangulorum Sphericorum ratio-
ciniis in numeros exactos reductas. Neque enim Mechanicæ tractationi in tam arduo, & subili negotio satis confisi sumus, ut ut Globus erichalcicus diligenter elaboratus nobis in promptu sit, sc̄x in diametro habens proximè pedes; ita ut gradus singulorum minutiorum capaces sua vastitate exhibeat (ubique enim certiora sunt Geometrica in numeros resoluta, Mechanica quavis, & quantumvis diligenti applicatione) sicutque millenas Stellas exquisitissimè restituimus, singulas tam in longitudine, quam latitudine, adeoque in ipso minuto, immo nonnunquam, ubi opus videbatur, ejusdem semisse. Quia verò multæ erant, quæ à veteribus notatae nostro in horizonte non orientur; alias quasdam, licet admodum aspergū parvas, & ob id ab iis omissas, hinc inde applicuimus, ut numerus, de quo dixi, completeretur, quem anti-

quitùs solummodo 22. excesserunt. Quas verò nos addidimus à veteribus haud observatas, ex stellulâ quadam in hunc modum * insignitè sunt. Reduximus autem consultò omnia ad annum Salvatoris nostri 1600. compleatum, juxta usū receptam numerationem; idque, ut à singulari, & evidenti quadam Epochā centenariis annorum inclusa, à qua etiam nonnisi bienprio absimus, deducta earum motiones antrorsum, ac rrorsum alijs; atque aliis annis eò commodiùs applicarentur. Quàd autem præcisione omnia exseverat sim, ex iis constare poterit, quæ circa finem hicti capitij in Cassiopeiae Asterismo, ob Novam illam, & miraculosam Stellam anni 1572. addidimus: in cuius constellatione duplò plures recensemus Stellas, quam olim factum est; singuláque per Triangulos Geometricè demonstramus, accuratestima, qualēm etiam ubique in ceteris omnibus adhibuiimus; licet varia ratione, prout commoditas alia, atque alia exigebat. Ideo quæ polliceri possumus singula in his tanta diligentia, & subtilitate elaborata esse, ut vix major à quoquam requiri, aut præstari possit. Latitudines insuper Stellarum, de quibus loquor, Inerrantium ad rationem mutata obliquitatis Zodiaci nonnihil alteraras esse simul deprehendimus; quod à nemire antecedentium Astronomorum, ut vel ex suprà recensitis patet, animadversum. Cujus etiam rei per varia exempla sufficientem demonstrationem antedicto capite attulimus, & nostra cùm veterum inventis sedulò contulimus; atque deviationes, ubi necesse fuit, indicavimus.

Ipsam verò Canonicam expositionem millenarum, quas pollicemur, Stellarum hic exhibemus, præmissa, & subseqüente earundem omnium motione per sæcula proxima quatuor sæcula, in quibus æquilitatem ratam obliterare lubuit; siquidem eam interea sensibiliter non alterari persuasum habeamus: ut neque alijs tanta his subest inæqualitas, quantam vitio observationum minus accuratarum suspiciati sunt prædecessores nostri. Subjunxi quoque postea 100. præcipuarum Stellarum Declinationes, & Ascensiones rectas, ex præmissa restituzione demonstrativè subductas, & duobus sæculis per intercedentes differentias ita accommodatas, ut singulis etiam intermediis annis, tum quoque aliquot præcedentibus, & sequentibus satis commodè conservare queant. Si quis plures voluerit, non difficulter eas ex præmonstratis longitudinibus, & latitudinibus ratiocinabitur. Refractiōnibus

nibus insuper Stellarum in decliviore altitudine, intra vigesimum minimū gradum, Tabella quadam ab ipsa experientia multipliciter concinnata ita prospexit, ut hæc, velut anteā, observationem ratam, ejusque usum non interturbent. Demonstrationem, & rationes horum omnium Caput illud secundum Tomi priui Progymnasmatum Astronomicorum, de quo aliquoties dixi, quatenus necessum fuerit, suppeditabit.

Quod verò eximius ille Regiomontanus in illustri Imperatorie tue Majestatis Academia Viennensi (quæ excellentissimos semper fovit Mathematicos) Astronomus imprimis celebris, & magni illius Peurbachii ibidem discipulus, ante 126. circiter annos de Canonica Fixarum descriptione à Ptolemyo successivè, inde ab Hipparcho tradita gravissimè eloquitur; *Esse videlicet divino magis, quam humano instinctu posterrati sacrum, & si Pythagore auscultamus, plebeia turba haud quicquam profanandum, caelestis numeri Abacum, quem nostra etiam tempestate per supplementa quadam ex alto tempori debita instauratum, ad varios, & dictu incredibilis usus accommodare solemus; quamvis creduli magis ea in re, & ignari, ac segnes dici mereamur, quam vigilantes, & strenui majorum sectatores; quippe qui Astronomiani in tugurio, non in Carlo exercentur, confisi plurimam scripturam, jam etate nimis, & situ confectis, que, cum humanis Authoribus orta, & edita sunt, eadem quoque lege cadant necesse est, nisi per secula furtim Labentia industrias quibusdam viris resulcentur;* Idem sanè ego de meis in hoc negotio exantlati laboribus, si pro meipso absque invidia, & sinistra aliorum interpretatione testimonium ferre, & quod res est dicere liceret, affirmare auderem, quod non prouincio vulgo coinunicanda sint ea, quæ circa Inerrantium Stellarum redintegrationem numeris tecensemus; præsternim cum longè majore tam præcisione, quam certitudine content, quam ea, quæ à veteribus in hoc ipso negotio factitata acceptimus. Quin & id appositè admonet, nimisque verè socordiam Astronomorum hujus saeculi arguit, dum eos cœlestibus non debita attendere accuratione, sed artem soluminodò in libris exercere afferit. Quod nou saltem ab ipso, sed & aliis diu, multumque licet deploratum sit: tamen nec ipse Regiomontanus, nec quisquam alius hæc intelligens, quod scitur, manum, uti decuit, operi adhibere voluit (excepto solo illustrissimo, & laudatissimæ memoriz Principe Gulielmo Hassæ Land-gravio; est enī facilius semper dicere, quam facere)

ante-

256 In Restitut. 1000. Inerrantium Tychonis Praefatio.

antequam nos proximè elapsis aliquot annis hoc onus, licet non leve, sed multis anfractibus, & difficultatibus obnoxium, in nos receperimus. Quid verò in eo præstiterimus, judicet futuris sæculis subsequentia Posterioritas; quæ ubi certitudinem adeò exactam in iis, præter aliorum rationes, patefactam esse cœlitùs perspexerit, ea, uti spero, grata mente recolet, atque magni, & pretiosi thesauri instar conservabit.

Tibi verò, Augustissime Imperator, hanc à nobis multis annis extalatam, & tandem canonice descriptam Stellarum Inerrantium expositionem submissem, & reverenter omnium primo offerendam censuimus; ut tua clementissima voluntate hæc ipsa suscipiens, me, & ea, quæ tracto, cœlestia, & sublimia exercitia in posterum Cæsareo favore, atque clementia complecti non dedigneris. Hanc igitur ipsam instantis hujus anni strenuam, ut tua Imperatoria Majestas clementi vultu accipiat, & excipiat, summa demissione rogo. Cui me, meaque studia omnia ad obsequia quævis pro virili præstanta paratissima, quam humillimè voveo. Dabantur propè Hamburgum, in Arce Rantzoviana Wandelburgo, circa terminos Germaniaz, & Cimbricæ Cœrnonei, anno 1598. postridie Calendarum Januarii.

Subjiciendus jam est

LENCHUS Stellarum, quarum aut Longitudo, aut Latitudo, aut interduni utraque aliter habetur in Catalogo 1000. Affixum, à Tychone misso ad Wolfgangum Theodoricum Salisburgense Archiepiscopum, quam in inserto à Tychone 800. Stellarum in Librum primum Progymnasiatum; aut in Keplerino (alióve) Stellarum itidem millenarum, inserto in Tabulas Rudolphinas.

Vocula autem Prog. vel Progymn. indicabit lectionem ejus Catalogi, qui exstat in primo Progymnasiatum libro. Rud. vel Rudolph. lectionem ejus, qui in Tabulis Rudolphinis. Th. vel Theodor. lectionem ejus, cuius ad Theodoricum Salisburg. misi exemplum penes me est. Al. vel Al. Catal. lectionem alius, ut Longomontani, vel Piféri, qualis attingitur, inseritur in Rudolphino. Vbi verò Progymnasticæ nulla fiet mensio, signum erit Stellam ab illo abesse: ubi neque illius, neque Rudolphini, abesse ab utroque; ac in Theodoricano solo repertius.

Coh-

**CONSTELLATIONUM,
ET STELLARUM
NOMINA.**

	IN TAURO. Occi- dent. Lucidior. trium in Pleiadibus.	Progymn. Rad. Th.	Longi- tudo.	Latitu- do.	Magnit.
			gr. min.	gr. min.	/
IN GEMINIS. Infor- mum s. infra Gemin.ul- tima, & parva.	Theodor.	23. 54. 55	I. 18 ¹ . B	6	
IN LEONE. Sequens duarum in sin. pede po- steriore.	Rudolph. Theodor.	18. 5. 17 18. 50.		5	
IN LIBRA. Informis duar. infra Lancem Au- stralem.	Rudolph. Theodor.	22. 11. m 24. 11.		4	
IN EADEM. Sequens sub Bor. Lance in sin. Brachio.	Rudolph. Theodor.	15. 17. m 15. 27.		3	
IN URSA MIN. In- formium circa Polarem Tertia.	Rudolph. Theodor.		69. 3. B 69. 8.	6	
IN URSA MAI. Se- quens Austral. inter ex- trem. ped. & Caput ♂.	Rudolph. Theodor.		24. 50. B 24. 59.	3	
IN EADEM. Präce- dens duar. in base Oxy- gonii.	Rudolph. Theodor.		21. 28. B 21. 38.	3	
IN EADEM. Prima inter caudam, & corpus.	Rudolph. Theodor.		58. 8. B 53. 8.	6	
IN BOOTE Superior in Colorobo.	Rudolph. Theodor.		53. 27 ¹ . B 53. 37 ¹ .	4	
IN CYCNO. Quæ in inferiore femore.	Rudolph. Theodor.		35. 35. B 25. 35.	6	

Kk



**CONSTELLATIONUM,
& Stellarum Nomina.**

		Longi- tudo.	Latitu- do.	Magnit.
IN CASSIOPEIA.	Par- vula ad crineis.	Rudolph. Theodor.	45. 38. B 45. 28.	6
IN EADEM.	Quæ su- pra, treis, infra Icabel- lum, versus Polum.	Rudolph. Theodor.	59. 8. B 49. 8.	6
IN EADEM.	Inter Caf- siopeian, & Erichthon. Quarta.	Rudolph. Theodor.	30. 22. B 38. 22.	6
IN EADEM.	Trium in Boream Secunda.	Rudolph. Theodor.	0. 57. S 0. 47.	6
IN EADEM.	Earun- dem Tertia.	Rudolph. Theodor.	45. 32. B 45. 53.	6
IN PERSEO.	Infor- mum Präced. Caput Me- duſæ,	Prog. Rud. Theodor.	20. 53. B 24. 53.	4
IN EODEM.	Secunda in recta lin. cum Polo, & Lucida Persei.	Al. Catal. Rud. Th.	4. 12. II 4. 2.	6
IN EODEM.	Quarta earundem.	Al. Catal. Rud. Th.	6. 25. II 6. 15.	6
IN ERICHTHONIO.	Lucida in dextro hume- ro.	Rudolph. Prog. Th.	24. 28. II 25. 52.	2
IN EODEM.	In dextro braccio.	Rudolph. Prog. Th.	23. 58. II 23. 59.	4
IN EODEM.	Sequens duar. in dextro braccio.	Al. Catal. Rud. Th.	22. 24. II 22. 44.	5
IN COMA BEREN.	In- fima sequens trium con- tiguarum.	Rudolph. Prog. Th.	21. 52. II 22. 52.	
IN OPHIUCHO.	In dextro genu.	Rudolph. Prog. Th.	12. 20 ¹ . + 12. 24.	3

CON-



CONSTELLATIONUM,
& Stellarum Nomina.

		Theodor.	Longi-	Latitu-	Magnit.
			gr.	min.	
IN EODEM. Quæ in sinistra tibia.	Theodor.	12.	24.	22.	7. 18. B 3
IN ANTINOÖ. In dextro braccio,	Rudolph.			24.	56. B
IN EQUULEO. Prä- cedens oris.	Theodor.			24.	28.
Eadem.	Progymn.	17.	45.	22.	45. 4
	Rud. Th.			17.	54.
IN PEGASO. In collo Pegasī.	Prog. Rud. Theodor.			25.	16. B
IN ERIDANO. Quarta sequ. contiguarum Cete.	Rudolph.	6.	28.	30.	41. 4
IN EODEM. Sequens eam, quæ supra præced. & inferiorem.	Theodor.	10.	56.		
IN EODEM. Præce- dens duarum inter Eri- dan. & Taurum.	Rudolph. Theodor.	15.	23.	3.	19. A 3
IN CRATERE. Quæ est in vase.	Prog. Rud. Theodor.			18.	26. A 4
IN EODEM. Præce- dens duarum inferiorum.	Rudolph.			16.	26.
IN EODEM. In medio Crateris.	Theodor.				

Sunt quidem etiam præ manibus exempla Epistolarum aliquot, squas heic attexere cogitaram, sed res deinceps vila est futura nimis importuna; quod quicquid in iis continetur argumenti præcipui, id fuerit in vita seriem jam insertum. Tale nimurum est, quod ad Paschalium Mulæum scribens Tycho, de causis sua ex Dania demigrationis edidisset: quod ad Iosephum Scaligerum, de se ad Cæsarem evocato, déque grata mente ob officia erga Hollandos præstata: quod ad Longomontanum, de desiderata illius præsentia: occasionibus; aliisque ejusmodi. Superest proinde dimittaxat, ut subjiciam heic paucula, quæ ad manum sunt quoque, nondum edita ejus carnina: ac ut feligam ex variis Elogiis in Tychonis laudem conditis, unum Prosa, aliud Carmine, quæ coronidis vice adhibeantur. Prius desumetur ex Vini illustris lac. Aug. Thuani historiis: posterius ex jis versibus, quos M. Laubanus ad Hebrì Salices conscripsit. Adnoto interim circa prius, illustrem Virum, cùm propriè accedat, quam Lesseni, ad x. mensis, quibus supra annos LIV. Tycho vixit, abesse adhuc nihilominus ab illis, diebus XI. Nec verò idcirco quidpiam circa mensium, dierumque numerum movebo: id tantum libertatis sumam, ut suum Kepplerio Ioannis, pro Iacobø nomen restituam, quod Vir illustris, si vivet, esse restituendum censeret. Sed Carmina ex Tychone ecce.

Fundamentali Uraniburgi lapidi hæc fuere insculpta.

TEMPORE, QUO REGNUM, QUI NOMINE, REQUE SECUNDUS
DANORUM IMPERIO REX FRIDERICUS HABET:
CAROLI AD DANOS GALLI LEGATIO REGIS
DANÆUS, PATRIA CUI EST AQUITANE SOLUM:
HUC DOMUI URANIAE, ET SOPHIE, QUAM TYCHO BRA-
HORUM
CLARA STIRPE SATUS, REGE IUBENTE, STRUIT:
HUNC LAPIDEM AUSPICIO FELICI, UTQUE OMNE PER AETUM
AUGUSTI, ID MEMORET LUX MODÒ SEXTA, LOCAT.

AD

A D

H. G Y L L U N F I N V M
 Bahusia arcis Praefectum, hospitem suum
 amantissimum.

Tanta suit virtus, Majoris, & splendor avorum
 Aurea quidem luna est micuisse, ut sidera: major,
 Magna quidem luna est micuisse, ut sidera: major,
 Ut Phœbus Patribus premicuisse tuam.
 Tot Patria insignes peperisti Marte triumphos,
 Clarique tot vicitrix dextra trophya tulit.
 Vtique micans radius rutilantibus aquora Phœbi,
 Cimbrica sic palmis fulget, ovatque tuis.
 Aurea Stella aptè, tunc tamen impare gestis
 Aureus, & melius Sol tibi nomen erit.

T. B.

Doctissimo, & humanissimo viro, Domino
 IOANNI FRANCISCO
 R I P E N S I,
 Medicinæ Galenicæ Doctori, Poëta, & Musico
 eximio, omnibusque bonis caro.

Si mortale nihil deceat perfette Camanas,
 Sique Poëtarum fama perennis erit,
 Arte Machaonia, docuit qui primus Apollo,
 Si Libitina tuum jus inhibere licet:
 Musica, latitiae, genitus, convictus amicus,
 Si cùa Parcarum sistere fila que ante:

K k 3

Queris,

*Queris, in hoc tumulo cur condidit ossa Iohannes
 Franciscus? curque is concidit ante diem?*
*Quem Musa, & Chariges ad eō coluere: quod inter
 Principios ratis nomen habere darent:*
Et cui contribuit facundi cura Galeni,
Conspicuus Medica Doctor ut arte foret:
Musica mentem bilarem, facilis convictus amicos,
Egregium mores attribuere decus.
Ille severa tamen poterat nec flectere fata,
Et multò lustri plus superesse decem.
Scilicet est certi p̄fixus terminus avi,
Quem superare nequit; stat sua cuique dies.
Nec mors seva ulli parcer, licet ipse Machaon
Arte fuit Medica; carminibusque Mato:
Orpheus seu canto supererat, seu Thesea amore;
Est adeo claris mors imitata viris.
Ergo nihil mirum est, quod fatis cessit inquis
Vit, qui perpetuo vivere dignus erat.
Forfitan & mores hominum, terraque perosus
Optabat superis civis adesse Diis.
Nec frustratus in hoc, Christo duce, gaudet Olympo:
Heic sine fine quies, vita, salisque datur.
Obiit Anno 1584. ætatis suæ 52.
Amico post fata, quod vivo, addixit.

TYCHO BRAHE F.

*De Classe Hispanie,
 Interpretatio Carminis à Serenissimo Rege Scotiz
 conscripti.*

*I*n solo tumida gentes coiere tumultu,
Ausa, insigne nefas, bello ultrò ciere Tonantem,
Mars seſe accinxit: metuenda tot agmina numquam
Visa ferunt: properata truces nubo ordine turme,

Nōſque

Nōsque mari , & terra , & sevo clausere duello ,
 Exitum , dirāque minantes cade rumam :
 Irrita sed tristi lugenti comamine sine :
 Nam laceras jecis venus ludibria puppes ,
 Et sparsit rapidis turgescens montibus Aequor .
 Felix communis qui evasit clade superstes ,
 Dum reliquos misero degluit abyssum biam .
 Cui vis tanta cadit ? quis totque stupenda peregis ?
 Vanos lova sacro conatus riste Olympo .

T. B.

Ix Jac. Aug. Thuani historiar. lib. 126. & ad
 annum 1601.

TYCHONIS ELOGIUM.

Post Pinellum , commemorandus venit Tycho Brahe , Eques Danus , Astrorum vera scientia , & observationibus longo tempore in sua Vranopoli , & magno sumptu factis , omnium concordibus suffragiis Principis Astronomorum nomen promeritus . Qui , Chersoneso Cimbrica relicta , cùm in Germaniam proximam se receperisset , in Aula Rudolphi Cæsaris aliquantiū floruit . Cum Willermo Hesso , qui & in eadem scientia excellebat , arcta studiorum necessitudine conjunctus : & Pragę hoc anno ix. Kal. IXbr. decessit : cùm vitę annos liiii. menseis ix. dies xix. tantum exegisset : vir & scriptis à se editis , secundum Ptolemaeum , Joannem Regiomontanum , & Nicolaum Copernicum , imprimis clarus ; & postea à Joanne Kepplerio , cui præclaras ingenii sui reliquias , ne perirent , quæsi testamento legavit , publicatis , illustrior .

Ex

**Ex M. Laubani Sylvis, postquam Tycho è Dania
excessit,**

T Y C H O N I S E L O G I U M .

Sol Amphitrites Cimbria cluet Baltica :
 Sol haec tenus cluet alma Huemna Cimbria :
 Cluetque Huemna Sol Tycho Braheus,
 Natalium, virtutis, & scientiae
 Splendore raro : quo nec eruditior
 Saclo recenti, nec laboriosior
 Quisquam, Minerva praecunte, Atlanticae
 Tentavit artes : sive veteris orbitas,
 Vrania opus, calcare : sive pristino
 Nova aggerate foret reperta calculo.
 At grande litor, eheu ! Stygia insolens
 Frater Megara, è patria Braheum
 Egit furens, totam & Herois domum
 Extorrem avitis expulit Penatibus.
 Quis, hoc fugato Sole, Huemnam Cimbria ?
 Quis Cimbriam ? quis Amphitriten Balticam
 Solis vel bilum possidere dixerit ?

IN TYCHONIS BRAHEI
V I T A M ,
I N D E X .

A.

- A** Quationes dienum naturalium. 87.
Albategnis paucarum Fixarum loca emendavit. 249.
Earum motum æquo celeriter, ut Ptolemæus æquo tardiorum, fecit. *Ibid.*
Albertus Curtius S. I. conceditas haber ab Imperatore Observationes Tychois in 18. Codices compactas, ut eas edat. 208.
Alces ex Norvegia à Land-gravio ope Tychois requisitæ. Qua cura Tycho circa id sagerit. 118.
119. 124. 125.
Alexandrinam Poli altitudinem observatam per Venetos mitti postulat Tycho. 147.
Alphonsinæ Tabulæ non exquisitè cum cœlo congruentes. 81.
Quando conditæ; quantæ Alphonsi Regis magnificètia. Quam non boni earum Artifices. 250.
Andreas Tychois famulos Wittembergæ Wandesburgum mislus. 158.
Annus Sidereus quantus. 86. Vertens quantus. *Ibid.*
- Apogæi Solis constitutio ex obser- vato ejus transitu, non modò per puncta Äquinocialia; sed etiam per medias Tauri, & Leonis par- teis. 53. 54. 85. Ejus locus anno 1583. 55. Anno 1588. 85. Motus mediæ tam Apogæi, quam Longitudinis Solis Tabulis expositus, ab anno 1400. in annum 1800. 86.
Apogeum Solis promotum uno Signo ab usque Hipparcho. 85.
Ptolemaeus illud quasi immotum habuit. *Ibid.*
Aritotelem de Galaxiæ natura non esse audiendum. 128.
Artifices varii, quibus Tycho usus ad exstruendum, decorandumque Vraniburgum, & apparandum Organa. 37.
Ascensiones rectæ Eclipticæ. 87.
Astrologia quatenus probata, qua- tenus improbata Tychoni. 183. & sequentibus.
Astroomnæ antiquitas, & progres- sus, ab usque fabulosis, heroicis- que temporibus, per historica Babyloniæ, Ägyptiorum, Gra- corum, Romanorum, Arabum, L 1 Ger-

Germanorum, ad Tychonem Braheum usque. *Prefatione tota.*

Astronomiae restitutio quantum temporis ad minimum exigat. 137.
Ut ex ipso celo, non ex Musæis aut libris petenda, ex Tychonis Metellinum, & Regiomontanum ad hoc citantis, sententia. 183, 184, 255. An sine Hypothesibus confutare possit, ut fuit Kami votum; Tychonis, & Keppleri sententia. 15, 16.

Altronomorum celebriorum icones tam Uraniburgi, quam Stellæburgi. 37.

Axillus Guldensternus Norvegicus Protes, Tychonis consanguineus. 118, 125.

B.

Berneveldius officium Tychoni erga Hollandiæ ordines pollicetur. 156.

Bartholomæus Scultetus Astronomicum Radium Tychoni jam adolescenti ad observandum apparat. 7. Idem de Cometa anni. 1577. expensis. 73.

Beata Billea, seu Bilde, Tychonis mater. 2. Magna Aulæ Magistra. 192. Quanta Tychonis in illam veneratio. *Ibid.* Superstes Tychoni, septuagenaria. 227.

Benachia, seu Benaticæ Poli altitudo. 167. Longitudinis differentia ab Uraniburgo, *Ibid.* Cur à Tychone prælata. 163. Ejus amicitias, *Ibid.* & 167. Quantum Pragâdiftet. 163.

Braha, Braheorum ve familia oriunda ex Suecia. 1. fix Sueciæ Regum stirpe. 226. Ex eaduo

Reges ante annos. 600. assumpti, *Ibid.* Florens adhuc in Suecia Ramus Braheorum Comitum. 1.227, Braheanæ familiæ affinitates. 1.2.

C.

Cæsarius Regni Danicæ Cancellarius, & Quatuor-vitorum primarius, qui sub Christiano IV. adhuc pupillo, fætre Regni Administratores. 81, 117. Carmina varia à Tychone in iconas Ptolemai, Copernici, &c. condita. 58.

Carolus Danæus Aquitanus, Regis Christianissimi apud Danum Legatus, Stellam novam spectat, monstrante Tychone. 19, Lapidem Uraniburgo fundamentalem auspicio ponit. 34.

Castellana Poli altitudo ex circum-polaribus Stellis. 67, 70.

Chasmata, seu Aurora boreales Tychoni unde. 101, crebra. 130.

Christiani IV. Danicæ Regis inaugratio. 138. Uxorem ducit Katharinam Brandenburgicam. 140. Eo inscio, Tycho indignè vescitur. 16, 140. Tycho eum excusat, 145, 170, 218. Invitat Tychonem; iuistrat omnia; sciscicatur multa; suspicit automatum Solis, & Lunæ motus imitans; offert, instatque Tycho, ut accipiat; accipit, & Tychonem vicissim eo, quem gettabat, torque donat. 116. Donec minor est 18. annis, omnia se in regno pacificè habent, statu existente quasi Aristocratico sub quatuor Senatoribus primariis. 116. Praeclarum aggre-ditur facinus; extrut nempe Turrim.



Turris observandis Sideribus, altam pedibus 150. diametri in summo 60. cum cochlide circum, qua curru ad summum usque emergitur. 218. Cujusmodi Organa peragendis illeic observationibus destinata. 219.

Christiaues Frisius Borrebyus, Regis Danie Cancellarius. Longomontanum accersit ad Mathematicam Professionem Hafniæ. 206.

Christianus Longomontanus ad Tychonem accedit. Ipsijs ortus, educatio, studia; Apud Tychonem toto octennio in Hueona fuit. 202. Quantu ab illo factus. 203. Post Tychonis è Dania excelsum, quām ardenter ab eo expeditus 158. 159. 160. 167. Alolvit Pragæ Theoriam Lunæ. 170. Discedit in Daniam, cum commendatitiis à Tychone literis. 174. Aliæ prius datæ. 140. Mathematica Professione in Hafniensi Academia donatur. 206. Tabulas Danicas edit. 205. Moritur mense Octobri, ann. 1647. 206.

Christianus Thomæ Scheftedius, Danie Cancellarius, Sapientiae que examinæ vir, suadet Regi exædificationem magnificæ Turris, quæ observandis sideribus destinatur. 218.

Christina Tychonis uxor, sorte plebeja 25. Honestissima tamen formina, & cum qua Tycho summa vixit concordia. 232. Ejus in mptre conjugis luctus. 225. Quæ post Tychonis obitus illius fara fuerint, incertum. 198. & deinceps.

Christophora Clavina dæc. Solis E-

cipes totales insignes observata. 4. 11. Scriptis ad eum Tycho, 10. 174.

Christophorus Rothmannus Landgravii Hassæ Mathematicus agere per literas cum Tychone ceperit, occasione Cometæ anni 1585. 65. Ejus de eo Cometalibrum Snellijs edidit 67. Quām varia cum Tychone differuerit, pag. 67. & deinceps. Præter confectionem circa discriumen aeris, & ætheris; circa opinionem Copernici, &c. non concedit longitudines Fixarum Landgravianas se malè habere; tamē 5. minutus à Tychonicis differant. 79. Licet res edatur; tam exiguum discrimen, quæsturum potius, quām detracturum utrque fidem. ibid. Tycho idem ad Land-gravium. 80. Sed instat, cur cælum à sua restitutione ster. 96. Invicit Rothmannus Tychonem. 110. Podagræ, & calculo obnoxios remedia spagyrica à Tychone, plura pollicito, accipit. 114. Non multum contestatus cum Tychone circa motum Terræ, visus est illi dare manus. 112. Mira ad Land-gravium de his, quæ apud Tychonem videbat, scripti. 111. Ad Land-gravium deinceps, invitatus licet, non redit. 118. Post quadrienne silentium literas ad Tychonem dat, & Tycho fusè ad illum, occasione libri Craigii, responderet. 142. Solpitem Tycho accipiens, accersitum in Bohemiam voluit. 166.

Christophorus Walchendorpius, Magnus Aulae Magister Tychoni insensus, 139. Variè illi, no-
112. cct.

- cet 138. & sequ. Notatur. pag.
143.
Chymica Tychonis studia. 17. 68.
114. 146. 147. itemque 187.
**Chymicorum, seu Metallicorum
Planetarum cum coelestibus ana-**
logia. 188.
Cometa, qui sub finem anni. 1577.
& initium 1578. apparuit, de-
scriptio. 42. 43. Oblversationes,
semita 43. 44. Locus in æthere, seu
supra Lunam. 45. Distantia à
Terra. 46. Magnitudo. *Ibid.* Cauda
eius ductus in oppositum Ve-
neris, potius quam Solis. *Ibid.*
Eius recursatio. 47. Cura naturæ
non ignæ. *Ibid.* De hoc Cometa
Liber à Tychone scriptus, ab-
solvitur anno 1587. 71. Prodit è
prælo anno sequente, & varia
exempla ad amicos mittuntur. 81.
Non evulgatur tamen, nisi anno
1603. 201. Ultimo ejus capite ex-
penduntur Authores, ex quibus
quatuor Cometam supra Lunam
evenerunt; quatuordecim infra
deduxerunt. 72. 73. Omnia
nomina ibi *Vide*. De Cometerum
Materia, & præfagiis Tychonem
nil, ut receperat, scriptis: & ci-
tantur tamen varia ejus loca, ut
quid senserit, liceat expiscari.
74. Cometa Secundus à Tychone
observatus, ifque barba potius
prædictus, quam caudâ. 48. 49.
Cometa Tertius, barbatus quoque,
& unde hoc. 53. 54. Cometa IV.
ifque comatus. 63. 64. Cometa V.
103. Cauda ejus directè in oppo-
situm Solis. 104. Cometa VI.
non à Tychone in Huenna, sed à
studio Servetæ Anhaldinorum
observatus. 130. Cometa VII. ul-
timusque Tychoni observatus,
138. Tycho primus demonstra-
vit Cometas esse supra Lunam ex
parallaxibus diurnis. 73. Omnes
esse suprà defendit. 74. Quid pro-
inde de Cometa à Regiona-
no, & Vogelino obseruatissense-
rit. *Ibid.* Cometarum Caudas in
averiam à Sole partem tendere
primus Appianus obseruavit. 46.
Cometa Caudam iefractione
creari, ut opinatur Tycho, non
probat Rothmannus 84. 99. con-
tra Tycho 98. 104.
Conradius Alascus edit orationem à
Tychone habitam in Hafniensi A-
cademia. 26. Deducit Ottomem
Tychonis ex fratre nepotem per
Academias exteras. *Ibid.*
Copernico, ejus-ve sententiae quid
objicit Tycho, & signillatim qü-
dem circa quemlibet ex tribus
motibus Terræ attributis. 102.
Responsio ad objecta ex Roth-
manno 111. Tycho inflat. 112.
Copernicus à Tychone commen-
datus. 57. 71. Illius apud Tychonem
effigies. 37. 57. Carmen E-
legiacum in eam conditum. 57.
Cornelius Gemma, circa Stellam
novam expensus 93. Circa Co-
metam anni 1577. 73.
Craigius Medicus Anglus librum
scriptis adversus Tychonem, cui
titulus *Capnurania refutatio*, seu
Cometarum in æthera sublimationis
refutatio; plenum scommatibus,
cavillis, &c. 133. Tycho breviter
illum refutavit in Epistola ad
Rothmannum. *Ibid.* Longomon-
tanus Apologiam pro Tychone
adversus eum scripsit. 206.
Crepusculo incipiente, aut definito,
quæ Solis infra horizon-
tem depresso, ex Tychone, ex
Nonio,



Nonio, ex Rothmanno. 83, 84,
97, 99, 100.

Cyprianus Leovitius Astrologus, E-
phemeridum suppator, non ob-
servator Siderum. 12.

D.

Daniz Regnam, ut sub Rege
pupillo regatur. 8t. 127.

Daniz Tychonis Patria. 1.

Nulla in ea Ducum, Marchionum,
Comitum distinc^{tio}. *ibid.* Ejus im-
cole^z aut Equestris, aut Plebeii.
226.

Danii nobiles non solum armorum
periti, sed juris etiam pruden-
ti, ad summa munera evolu-
ntur. 4. **D**aniz Aula quanta virtute
eruditioneque sub Friderico III.
infignis. 221.

David Fabricius Friesius, ut Tychon-
em inviserit, coluerit, ac se illi
probaverit. 153.

David Origanus, quam insignem de-
prehenderit errorem Ephemeridi-
dam ex Tabulis Protenicis circa
Eclipticam Solis ann. 1598. suppu-
taturum. 154.

Declinacionem maximam Solis, seu
Eclipticæ obliquitatem deduxit
Tychon non ex Meridiana Solis
altitudine in utroque Solstitio;
sed ex observata solum in æstivo,
& habita simul vera altitudine
Poli. 55.

Diameter Lunæ plenæ vicies bis una
nocte observata, qua varietate ap-
paruerit. 115.

Dianhani discrimen inter ærem,
& ætherem, Rothmanno nul-
lum. 67. Contradicit Tychon. 70.
Perdit ille. 79. Stat contraria-

huc Tycho. 83. Rothmannus
pluſculum infilit. 84. Tycho pe-
nè subiratus pluſcula reponit; pro-
fitetur tamen nolle se amplius
de hoc argumento contestari. 96.
Rothmannus quoque. 99. Tycho
adhuc. 100. & sequ.

E.

Eccentricitas Solis, quæ, 85.
Eclipses Lunæ Tychoni observa-
tae, Anno 1573. 25. Ann.

1577. 42. An. 1578. 48. An.
1580. *ibid.* An. 1581. 50. Ann.
1584. 59. An. 1587. 78. An.
1588. 80. An. 1590. 109. An.
1594. 132. An. 1595. 133. An.
1598. 153. An. 1599. Januario.
159. Quantum hæc laboris Ty-
choni crearit. *ibid.* Eclipsis ob-
servata An. 1601. Decembri, post
mortem Tychonis. 172. Eclipsis
Lunæ observata à Mæstino O-
riente Sole, & Luna simul cum
ipso supra Horizontem exstante.
109.

Eclipsis Solis à Tychone primùm
visi Ann. 1560. 4. Quantas Co-
nimbricæ in Lusitania tenebras cre-
arit ex Clavio. *ibid.* Eclipsis Solis
ab eodem observata Anno 1567.
10. Ann. 1579. 48. Ann. 1584.
59. Ann. 1588. 80. Ann. 1590.
109. Ann. 1591. 116. Ann. 1595.
133. Ann. 1598. Februario. 153.
Quid Origano circa hanc contige-
rit. *ibid.* Ann. 1599. 162. Ann.
1600. Junio. 170. Quid laboris
hæc fecerit Tychoni. *ibid.* Ann.
1601. 172. Quod hæc in Norve-
gia, cum circulo lucis circum su-
perfluite apparuerit, ut & illa Clavii

Romæ, anno 1567, crux edis-
sitor, 173. Eclipsis Solis digit. 2.
Servetus Anhaldisorum, nulla in
Huenna ann. 1593, 130. Eclipsis
Solis totalis à Tychone nulla ob-
servata, cum id vehementer expe-
tierit. 11.

Eclipticæ obliquitas Rothmanno ha-
bita grad. 23, min. 30, cum ta-
men Tycho eam deduxerit ex
Land-gravianis observationibus
grad. 23, min. 31 1. 79. 70. Ecli-
pticæ obliquitas, seu declinatio
maxima. 87. Cur Regiomonta-
nus, Vernerus, Copernicus sequo
minorem tribus minutis habue-
rint. 55.

Elias Olai missus à Tychone Fruem-
burgum, ubi observaret Coperni-
cus, ut ibi observaret veram alti-
tudinem Poli. 56. Deprehendit il-
lam tribus minutis majorem, quām
Copernicus, qui non cavisset re-
fractiones. *ibid.*

Elixiris Tychonis adversus morbos
Epidemicos, imò & adversus
omneis febreis, descriptio, 242.
& sequ.

Emblema Lunæ ad canis latratum
respondentis, *nihil moror nugas.*
119.

Ephemerides Solares annorum 1589,
& 1590, ex nova restitutione. 96.
Ephemeris Solaris motus pro an-
nis 1572, 1573, seu eo tempore,
qua Nova Stella in Cassiopeia ful-
lit. 51.

Epistolarum librum mandare typis
coepit Tycho à Land-gravio mor-
te, juxta adhortationem Rantzo-
vii. 127. Cur illum Mauritius Has-
siae Land-graviodicavit. 136. Hor-
tatur illum ut Parentis vestigis cir-
ca curam terutum coelestium insi-

stat. *ibid.* Tres Epistolarum libros
edere constituerat. 137. Solus pri-
mus editus. 202.

Erasmus Reinholdus supputandi,
quām observandi studiorum. Ip-
sius Quadrans. Non exactè ab eo
observata Vitreberga Poli altitu-
do. 31. Erasmus ejus filium
Saltfeldiæ transiens invisit Tycho.
ibid.

Exicus Brahe, Comes Succus, Ty-
choni moribundo adstet. 179. In-
terest ejus funeri. 227.

Ernestus Coloniensis Elector, Ty-
choni in Aula Imperatoris fa-
vit. 146. Rescribit ad Rantzo-
vium, ut de accessu Tychonis ad
Cœlarem quam-optima speret;
& ad quid præstandum ipse para-
tus sit. 157.

F.

Ferdinandus Imperator Rudol-
pho, & Matthiæ succedit in
curam Tabularum Rudolphini-
narum perficiendarum, sed effica-
ciore liberalitate. 203.

Fixarum aliquot præcipuarum circa
Zodiacum loca, ita designata, ut
initio semper facta à Lucida
Arctis acceptæ distantiae, inter
quatuor, inter sex, inter 8. cir-
cuitum expletentes, adhibito cal-
culo exhibentur semper æqua-
toris circulum adeò præcisè, ut
vix pauculis secundis ab eo distin-
tiant. 60, 61. Fixarum latitudi-
nes variationem subire, observa-
runt à Land-gravio, Rothman-
nique, 67. Multa in eandem
sententiam Tycho. 62. 88. U-
num penè Canem majorum non
posse

posse in eundem ordinem cogi.
 70. Fixarum à Terra distantia,
 visibiles Diametri , & quot vici-
 bus Terram mole superent, quæ
 sunt, 1. 2. 3. 4. 5. Magnitudi-
 nis ; quo superentur, quæ sunt
 sextæ. 91, 92. Fixarum loca se-
 cundum longitudinem, & lati-
 tudinem ex ascensione recta, &
 declinatione observatis, copta re-
 stitui, non interventu Lunæ, aut
 alia fallaci ratione ; sed ex Ve-
 nere interdiu conspicua, compa-
 rataque cum Sole ; & noctu de-
 incepit comparata cum ipsis Stel-
 lis. 43. 51. 52. 60. Fixas Stel-
 las cuius antiqui non plures nume-
 raverint, quam 1022. cum de-
 berent plures, quam Tycho. 89.
 Is duplicavit numerum eorum,
 quæ adnotatae in Cassiopeia con-
 stellatione fuerant. *ibid.* Circiter
 ducentas ad veteres adjecit. 254.
 Illarum restitutio propter novam
 Stellam speciatim conscripta. 90.
 Fixarum 1000. Catalogus MS.
 ad Cesarem, & alios missus. 149.
 Qui is consentiat, aut discrepet
 cum Catalogo. 800, quæ in Pro-
 gymnastatum Libro primo. Qui
 etiam cum aliis exemplis ejusdem
 met Catalogi. 152. 153. 154.
 246. Elenchum vide 257. & sequ.
 In Fixarum 1000. restitutum
 Catalogum Tychonis ad Rudol-
 phum Prefatio. 217. & sequ. Fixa-
 rum restitutio quantum temporis
 exigat. 137. Fixarum viginti-
 unius Tabula exhibens cujusque
 Ascensionem, declinationem, lon-
 gitudinem, latitudinem, ad finem
 Anni 1585. 62. Fixarum resti-
 tutum 800. Catalogum, seu
 Canonicas descriptionem inse-

ruit Tycho in primum Librum
 Progymnastatum, loca longitu-
 dinis, latitudinisque referens ad
 annum completem 1600. 88.
 Fixarum distantiam inter se in-
 variatam ex Hipparcho, & Pto-
 lemæo usque. *ibid.* Motus in con-
 sequentia quatuor, *ibid.* Quid uni-
 versè circa Fixas potissimum præ-
 filterit Tycho. 60. & sequ. 252.
 & sequ.

Franciscus Gasneb Tengnagel unus
 ex Tychonis studiis, qui illum
 sequuti in Germaniam sunt. 140.
 Discedit in Hollandiam. 156. In
 Italiam. 159. Quæsirum it Ty-
 chonis familiam. 166. Gener Ty-
 chonis, & post ipsius obitum Cæ-
 saris Confiliarius. 199. Legatus
 Bruxellas, *ibid.* Carus Barwito,
 cui dies secundum Progymnastatum
 Tychonis librum. 201.
 Condit carmina de Tychonicis or-
 ganis. 199.

Fridericus II. Danie Rex Tycho-
 nem alio discellorum sub mundi
 centia moratur; concedit illi In-
 sulam Huennam; recipit in se o-
 mnes impensas ad ædificia, ad or-
 gana, &cetera. 33. Quid an-
 nuatim, quid aliunde feudotum,
 aut beneficiorum in Tychonem
 contulerit. 41. Moritur. 81. ubi
 sepultus. *Ibid.*

Fridericus III. Danie Rex virtu-
 tibus omnibus Rege dignis com-
 mendatissimus. 219. Tota ejus
 Aula virtute, ac eruditione, ejus
 imitatione, efforescens. 221.
 Submisæ interpellatur, ut gene-
 rosum Parentis institutum circa
 exædificatam jam Turrim ad ob-
 servationem Siderum perficiat.
 219.

Fri-

Fridericus Hofmannus Kepplerum in suo comitatu ex Styria versus Tychonem dedit. 168. Confici curat Instrumenta Tychonicorum instar, quæ & Kepplerio in usum concedit, & opportune quidem, Tychone defuncto. 216. Dicat ipsi Kepplerus Tractatum de Nova Stella in Cycno. *ibid.*

G.

GAlaxias novæ Stellæ materia; fortè & Cometarum; sententia Tychonis. 128.

Galileus Matheleos Professor Patavii; orationem ille inci inauguralem habet, anno 1592. Decembri: in Tychonis amicitiam à Pinello insinuatur. 126.

Gellius Saecerides unus ex Tychonis studiosis. 121. Magino adest, & cum eo observationem circa Martem peragit. *ibid.* In Hassiam discedit. 81.

Georgii Buchanani effigies in Museo Tychonis à Iacobo Rege agnita. 105.

Georgius Frommius Longomontanus successor in Mathematica Professione, Hafniae. 206.

Georgius Peurbachius Tychoni vir magnus. 255.

Georgius Tychonis patruus, & Ingenua Oxonia uxor, quantam educationis illius suscepit curam. 3. Ejus mors. 8. Quam Tychoni cara utriusque memoria. 192.

Globi variis in inferiore Germania juxta restitutionem Tychonis confecti, præcipueque à Iacobo Flo-

rentio Amsterdameri, ab anno 1595. 135. Globus coelestis diametri orgyialis, seu pedum 6. artificiosè compactus, & à Tychone relictus Augustæ. 16. Resarcitus, & ad transvectionem comparatus. 35. Quo progressu perfectus, & stellis 1000. cum Imaginibus insignitus, cumque inscriptione relata ad annum 1584. & quare. 120. 134. & sequ. Conficit Daleris 5000. 135. Translatas Pragam, & Pragæ direptam, Niessam; qua occasione relatus in Daniam, & in Hafniensi Academia constitutus, nova inscriptio ne. 217.

Graduum divisio in singula minuta, & aliquando minutorum in dena secunda, ope linearum transversalium, à Tychone usurpata in Organis Uraniburgicis. 39. 40.

Guillelmus Jansonius biennio cum Tychone moratus, 10. Varia de eo fando retulit. *ibid.* & 25. 199. 196.

Guillelmus Langius Longomontanus, post Frommium, successor in Mathematica Professione Hafniae. 206.

Guillelmus Hassiae Landgravius: videlicet Wilhelmus.

H.

HAinzelii fratres, Ioannes Baptista, & Paulus, Augustani, viri insignes, & parati Tychoni amici. 12.

Heliseus Roëlinus Tychonis Hypothesin (suo modo deformatam) sibi usurpavit. 77.

Hen.

Henricus Ialias *Dux Brunswicensis*, qui *Elisam Regis Christiani* fortem duxerat, *Tychonem* invisit, & ab eo obtinet elegantem Mercurii stamnam, 119, 120. *Car. Tycho in eum indigozus.* 196.

Henricus Ranzovius intercessit primū, contulique ad literatum commercium *Tychonem* inter, & *Land-gravium Hainse.* 65. *Ejus filius Gerardus, ibid.* Discedentem ex *Dania* *Tychonem* invitat, excipitque *Vandelburgi.* 142. *Corat*, ut *Coloniensis Elektor* literas de meliore nota det ad *Cæsarem*, & *Secretarium ejus Barwitiūm*, in *Tychonis commendationem.* 146. *Tychonem* hortatur ad editionem Epistolarum. 78.

Hieroglyphicæ figuræ duorum Philosophorum, quorum unus suspicio despicit, alijs despiciendo suspicit. 58.

Hieronymus Treutlerus, que carmina in gratiam *Tychonis Pragam appulsi condiderit.* 161.

Hieronymus Wolphius Petrum Ramam ad invisendum *Tychonem Augultæ morantem deducit.* 14. *Omnes ab Hainzelio invitati.* ibid.

Hipparchi effigies penes *Tychonem.* 37. *Hipparchus Rhodius* occasione *Nova Stellæ*, *Fixas omneis enumeravit*, & *dimentus est.* 24, 248. *Hipparchica Stella inclinationem Monachia Graecorum, & Romanæ incrementum,* ex *Tychone præsignificavit.* 128. 129.

Horariae *Sciothericorum* lineaæ se-
gnius attinguntur, Sole prope

Horizontem versante, ob refrac-
tiones; *Land-gravii observatio.* 29.

Huennae Insulae descriptio, 33. *Quod à Tychonis abitu, obituque ejus satum fuerit.* 218.

Hypothoſis Mundani Systematis à Tychone inferta in librum de Co-
meta Anni 1577. 75. *Quando excoxitata.* 53. 59. 71. *Quibus rationibus Hypothœſis suam Pro-
lemaicæ, & Copernicanæ præ-
tulerit.* 75. *Ejus representatio* (nisi quod * Martis dilitat à Ter-
ra mindis, quam triente dilitan-
tia inter Solis orbitam, & Ter-
ram.) 76. *Brevis ipsius descri-
ptio.* 77. *Quæfus est Tycho Ray-
marum Urtsum illam sibi suffu-
ratum pro sua venditasse.* 59. 77.
13. *Quid de ea sentiat Roth-
mannus, petit.* 83. *Ille ipsi Co-
pernicam præfert.* 84. *Tycho
in stat contrâ, succenferque.* 98.
102.

I.

J Acobi Augusti Thuani in *Tycho-*
nam Elogium. 263.

Jacobus Bartschius *Keppleri ge-
ner*, dum *Soceri librum Somnium*
inscriptum pergit edere, moritur.
205.

Jacobus Curtius *Procancellarius Cæ-
sareus* dicit, mitirique ad *Ty-
chonem Privilegium Cæsareum*
ad librorum editionem. 108. *Quanti* *Tychonem* faceret, *vide fusæ*
ibid. & 109. *Illijs in Mathematicis*
peritia. *ibid.* *Tychonem* invi-
serat, *recepitque* se *asylum* *ipſi*
M m apud

- apud Cæsarem paraturum. 131.
Moritur. *ibid.*
- Iacobus Christmannus reformare quid in Tychonica Solis, ac Lunæ Theoria conatus, à Tychone contemnitur. 119.
- Iacobus Florentius Artifex Globorum Amsterodamensis mittit filium ad Tychonem, ut descripitionem Stellarum petat, juxta quam Globum dictum Tychonicum, Braheanumque conficiat. Tycho ad editionem Catalogi in librum 1. Progymnasmatum inferendi remittit. 120. Globos denique conficit. 135.
- Iacobus Monzvins, ut Tychonem susperxit. 81. Literas ad Tychonem de Longomontano Lipsiæ difcessuro dat. 154. Librum Tychonis de Cometa mirè commendat. 81.
- Iacobus Rex Scotie uxorem ducit filiam Friderici II. Regis Danicæ: Tychonem invisit; eruditè cum eo disserit: de Organis, & ceteris varia rogitat: de Copernici opinione agit. 105. Muneribus Tychonem donat. *ibid.* Carmina in laudem ipsius componit: Diploma Privilegii pro Librorum editione cum Elogio ad ipsum mittit. *ibid.* & 106. Ipsius quoque Cancellarius carmina in Tychonis commendationem condit. 106, 107.
- Joachimus Geffrupsius, Magnus in Daniæ aula Magister, ut magnitudine animi, sic omni doctrinæ genere perpolitus. 221.
- Ioannes Antonius Maginus ad Tychonem scribit. 114. Conficit Theoreticas Copernici observatis,
- non opinioni congruas: Mirè Tychonem suspicit; postulatque ab eo observata, quibus utatur, & quæ deprendit. 115. A Tychone expetitus, ut Tabulas condederit; ejusque excusatio. 175. Dicat Tychoni suam Tetragrammatonam Tabulam cum insigni Elogio. 121. *O/sequ.* Quæ Instrumenta Tychonicorum instar apparârit. *ibid.*
- Ioannes Argolus Systema Tychonis sibi ipsi attribuit. 77.
- Ioannes Barwitius Cæsaris Rudolphi Secretarius, nihil non apud ipsum potens. 146. Diplomatici Privilegii pro Tychonis libris subscriptiis. *ibidem.* Summo benevolentiae affectu ipsum excipit. 161. Dicat ipsi Tengnagelius Tychonis librum de Comitis. 199.
- Ioannes Eriksen studiosorum Tychonis unus. 200.
- Ioannes Georgius Herwartus Astronomia amans. 164. Cum Tychone per literas agit, ac influat se habere suppeditandi compendium, quales posse à fuere Neperi Logarithmi: Offert ex Bibliotheca Ducis Bavariae libros. 165.
- Ioannes Hevelius inquirit de Observationibus Tychonis. 208. Videlice se illas penes Ludovicum Kepplerum Ioannis filium testatur. 209.
- Ioannes Homelinus in fabricandis, tradendisque Organis Mathematicis diligentissimus. 7.
- Ioannes Lessenius Tychonis amicus, & Wittebergæ hospes. 157. Adest Pragæ mox ab illius obitu. 225.

225. Orationem habet in illius fure. 198. Ejus Orationis te-
nor. 224. & sequ.

Ioannes Keplerus ubi, & quando
natus: Ejus studia: Mathematicum
cum sub Mæstino: Ubi prima
eius professio. 155. 156. Ad Ty-
choum scribit occasione missi ad
illum Mysterii Cosmographici
à se conscripti. 156. Variis literis
à Tychone invitatus, ad illum
ex Styria Benaticum acce-
dit. 168. Pachis conditionibus dis-
cedit, familiam quæstiturus. ibid.
Ut reperto illic Longomontano
circa Theoriam Martis occu-
patu occasionem cepiter medi-
tandi hypothesin, juxta quam
novennio post commentarios e-
didit de motibus Stellæ Martis.
169. Cùm discississet, & cau-
sa perscripta, cur non rediret,
invitatur denuò nomine Caesari-
ris, ut cuius esset Mathematicus
destinatus; acceditque de-
mù; sed quartana laborans;
unde nihil arduum per plures
mensis moliri potuit. 175. Que-
rir Tychonem sibi parè nimi-
mis sua inventa promere. 176.
Regreditur denuò ex Styria, quò
hæreditatis causâ discesserat.
177. Rudolphum salutat, qui
ipsum in suum Mathematicum
destinat; sed ita tamen, ut sit
Tychoni à calculis minister ad-
dictus, ibid. Tabularum opus ag-
gresso mors Tychonis superver-
nit, ibid. Que postrema ab illo
verba accepit. 179. Accingit se
Rudolphi iussu ad Rudolphinas
Tabulas condendas, 203. Quan-
tum, & quoties conquestrus de-

frustra pulsat̄ ærarii foribus
sub Imperatorib⁹ Rudolpho,
Matthia, Ferdinando, ibid. Ut
tandem Ferdinandi iussu omnia
stipendiorum residua, & necel-
laria ad editionem Tabularum
obtinuerit, ibid. Quid interius
ex remora tam diuturna obvene-
rit. 204. Quām laudandus vir,
ob candorem, quòd desideretur
ad huc aliquid ad Tabularum
perfectionem. 204. 210. Obser-
vationum Tychonis post illius
mortem custos. 207. Scribit Hy-
perapilsten, illasque tuerit adver-
sus Claramontium, & Horten-
sium. 213. & sequ. Ad Comitia
Ratisponensis anni. 1630. Stipen-
diorum causā proficisciatur. 205.
Illic moritur initio Novembris.
ibid.

Ioannes Mollerus Mathematicus
Brandenburgicus, ut Tychonem
coluerit, seseque illi probaverit.
153.

Ioannes Pena Gallus, defendit pri-
mus eandem per spatiæ cœlestia,
æræaque substantiam futam. 87.
Idem Cometas Lunæ superiores
statuit. ibid.

Ioannes Prutenis, Hafniensis Aca-
demia Lector, editionem libelli
Tychonis de Nova Stella suadet,
& curat. 19. 20. Præfationem
adlit. ibid.

Ioannes Regiomontanus, demon-
strat ne Cometam anni. 1475.
esse sublunarem. 74. Non ex tu-
guris, aut libris, sed ex ipso
Cælo requirendam esse Astro-
nomiam censuit. 183. 255. Idem
Tycho, unde & ipsius querelæ.
ibid.

M m 2 Ioan-

- Ioannes Stephanus Annalium Danie
scriptor, Tychoni familiaris. 3.
Ioannes Wernerus librum de mou
octavae Sphærae edidit, cuius ex
emplum, nisi à Magino Tycho non
habuit. 115.
Josephus Scaliger recipit se omne
officium erga Hollantie Ordines
in Tychonis gratiam præflitum.
156.
Jovis Stella à Marte occultata.
110.
Justus Byrgius Land-gravii Auto
matarius, & ab ipso quasi alter
Archimedes habitus. 67. Ratio
nem facilissimam contextendarum
sinuum Tabularum excogitavit.
124. A Rudolpho Cæsare evoca
tus. *ibid.*

K.

K Alendarii Gregoriani refor
mationem melius se habe
re, quam aliqui objiciant.
252.

L.

L Aurentius Eichstadius Medicus,
& Mathematicus Dantiscan
nas communicavit Thema Ty
chonis natalitium ab ipsomet Ty
chone erectum. 3.
Lep Tychonis satius, ut aliquando
vera præfenserit. 197, 198.
Libros Tychonis quæ manferint fa
ta. 200. *et sequ.* Quos-nam de
finârat, & quo titulo condere.
ibid.
Lipiensis Poli altitudo. 7.

Lucidae Arietis locus exquisitissi
mè obtentus, & ad finem Anni
1585. determinatus. 60. Ea po
tuis delecta, quām quæ fuit prima
Copernico, ut quasi ceterarum
omnium fundamentum stabiliſſi
tur. 51.

Ludovicus Keplerus Ioannis filius
Medicus coptam libri Parentis, cui
titulus *Somium*, editionem absolv
vit. 205. Observationum Tychonis
post Patrem custos. 208. Itemque
plurium Operum Paternorum in
editorum. 205.

Lunæ à Terra distantia, visibilis
Diameter, & maginitudo. 91.
Lunæ latitudo maxima observa
ta Anno 1587. grad. 5. min. 15.
cum eatenus functe habita gra
duum præcise. 578. Causam di
cit Tycho, quod ab usque Pro
lemae Solaris initia mutata fue
rit. *ibid.* Luna motuum resti
tutio quantum temporis exigat.
137. 88. Lunæ Theoria quanta
sollicitudine, & ob quas novas
causas retractata. 154. 158. 87.
167. 170. Hujus totius Theorie
summa ex Longomontano, iphus
elaboratore. *ibid.* *et sequ.*

M.

M Ars non in ipsa oppositione,
sed antè, vel post, latitu
dine maxima. 130. Quo
ties in Perigeo tam Eccentrici,
quām Epicycli est, tantus appa
ret, ut pro Noya Stella haben ab
ignorantibus causam possit. 131.
Mars triente penè Terræ propri
quam

- quām Sol à Tychone observatus.
69. 115. Martis eccentricitatem
aliam, quām Copernicus, depre-
hendit. Tycho. 133. Martis Stel-
la à Venere occultata. 120. Mar-
tis parallaxis studiosè inquisita
ad determinandum, Copernici-
nè, an Ptolemai Systema proba-
bilius. 53. Ministris à calculis se,
& Tychonem ea occasione delu-
sisse. 53. 212.
Martinus Hortensius aduersus Ty-
chonem scriptis. 213. Respon-
sum illi à Kepplerō. *ibid.*
Matthias Imperator succedit Ru-
dolpho in curam Tabularum Ru-
dolphinarum perciendarum 203.
Mauritius Nassavius Auracius mul-
lum non officium Tychoni erga
Hollandie Ordines pollicetur.
156.
Mauritius Willemi Hassiae Land-
gravi filius condit, mitisque ad
Tychonem carmina in illius com-
mendationem. 123. 124. Parente
mortuo, eandem sovet cœlestium
curam. 126.
Mechanica Tychonis edita. 146.
Eorum argumentum. *ibid.* &
sequ. Ipsorum exempla ad Cesa-
rem, aliosque mīda. 149. &
sequ.
Melchior Joëstelius Tychonis con-
silio Eclipsin Luna anni. 1599.
observatam evulgar. 159. Quanti
eum moriens Tycho fecerit. 230.
Mercurii motuum restitutio quant-
um temporis exigat. 137. Mer-
curii Stella in disco Solis visa,
observataque ex limbo Solis oc-
ciduo, cum latitudine Boreæ. min.
et. exceedere, Parisiis ann. 1631.
die 7. Novembris manè, hora 20.
min. 28. 205.
Meridianorum differentiam rectè
observari, petique ex Eclipsibus
Lunæ. 70. Quæ Eclipseos mo-
menta melius discernantur. *Ibid.*
Michaëlis Mæstlini liber de Come-
ta anni 1572. à Tychone expen-
sus, cum commendatione Astho-
ris. 72. Item liber de Nova Stel-
la. 93. Keppleri Magister fuit.
156. Tychonem apud illum ma-
gnificat, *Ibid.* Quanti ipsum fie-
ri à Principiis desideret Ty-
cho. 194.

N.

Nicolaus Copernicus incompara-
bilibus Tychoni vir. Quid
circa Stellas Fixas infectum
reliquerit: quid circa anni quan-
titatem, & pandæquinoctialis
non rectè confituerit. 1250. 251.
Ejus Regulas Parallacticas dono
acceptas quanti Tycho fecerit.
57. 58. Ejus hypothēsia, cur non
probatur. 86. 102. &c.

Nicolaus Raymarus Ursus. Dith-
marus visam Uraniburgi Hypo-
thēsos Tychonis delineatio-
nem, vendicavit ut proprium in-
venitum. 59. 98. Librum male-
dicentissimum adversus Tycho-
nem scriptum. 155. Queritur de
eo Tycho. *Ibid.* Pragensem ejus
Professionem Longomontano
spondet. 159. Non expectavit
Tychonem Prague 192. Mortuus
memoratur. 166.
Norvegi quidam levibus afferibus
ad pedes fuligatis ea velocitate
supra rupēs nube cooperata cur-
rit, tunc,

Mm 3



rent, ut etiam cervos assequantur. 119.

O.

Observationes Siderum quam
antique, & quo progressu
ad Tychonem usque. *Prae-*
fatione tota. Observationes à Ty-
chone peractae. *passim.* Quæ ab
eo dictæ Pueriles, Juveniles, Vi-
tiles. 147. Locus obseruando i-
doneus describitur. 147. 148. Bo-
realē Regionē sua habere ad
celestium obsevationem com-
moda. *ibid.* Habitatum tam Pra-
gæ, quam Benaticæ spicilegium
editum à Snellio. 167. 168. Ob-
servationes Tychonis in quo
compactæ volumina relicta ab eo
fuerint. 207. Quæ illas sara post
ejus mortem manferint. 208. &
sequi. Kepplerus præ manibus
habuit. 207. Ludovicus ejus fi-
lius dicit se habere compactas
in Codices viij. Rev. A. Cur-
tius habere se ait ab Imperatore,
ut edantur compactas in Codices
xvij. 208. Qui conciliari res va-
leat. 209. 210. Quorū exo-
ptandum, ut in lucem edantur.
210. & *sequi.* Quæ cautione ty-
pis committi pro Keppleri institu-
to debeant. 207. Ut detrahe-
re illis fidem Claziontius, &
Hortensius conati fuerint; &
quid responsi à Galilæo, & Kep-
plerio (bocque præsertim) tule-
rint. 213.

Olai Wormius x Professor Medi-
cus Hainiensis: monumenta non
paucæ ad vitam Tychonis con-

scribendam communicat. 3. 41.
177. 221.

Organorum Astronomicorum Ty-
chonis numerus, situ, defcri-
ptio. 37. *et sequi.* In Mechan-
icis delineatio. 146. A Land-gra-
vianis discrīmen. 100. Transla-
tio è Dania in Germaniam, & va-
ria illic transpositio. 140. 157.
161. 176. Mortuo Tychone re-
dimit illa Rudolphus Cæsar ab
hæreditibus 22000. Coronatorum
216. Sic postea conclusa, ut nulli
paterent; & Keppleri ea de re
querimonia, *ibid.* Per turbas de-
mique Bohemicas diripiuntur. 216.
Soluq; illæ magnus Globus Nie-
så capitâ recuperatur, referturq; in Daniam. *Ibid.*

Otto Brahe Dominus Knudstorpii,
Tychonis Pater. 2. Ægrè tulit fili-
um Latinis imbui literis. 4. Mo-
ritur. *Ibidem.*

P.

Papyrus molendinum à Ty-
chone constructum. 96. 114.
Parallaxes Solis quantæ. 87. Quæ
proinde Solis à Terra diffusa.
91.

Palchalius Molæus à Tychone co-
mes filio Tychoni datus, ut avehi
curet in Bohemiam Organa ma-
jora in Dania relicta. 166.

Paulus Witichius accessit ad Tychon-
em; varia ab illo addidicit,
quæ deinceps, ut sua apud Land-
gravium venditavit. 4. 9. Pre-
scriptiſt Land-gravio Tychoni-
corum aliquot Instrumentorum
formam. 66. 200.

Petrus

Petrus Jacobi studiosorum Tychonis unus, isque fidus, ad Land-gravium destinatus. 67.

Petrus Oxonius Magnus Aulae Magister persuaderet Tychoni, non decere nobilem virum quidpiam typis committere. 50.

Petrus Ramus per Germaniam iter faciens iuvit Augustae Tychonem; demiratus eis structoram, & usum magni illius Quadrantis, Tychonis ductu elaborati. 14. Adhortatus Tychonem est, in id eniti, ut Astronomiam sine Hypothesibus constitueret. 15. Ut Tycho responderit fieri id non posse. *Ibid.* Locus ex Ramo, quo fieri id optavit. *Ibid.* Kepleri exceptio. *Ibid.* Alius locus, quo menin Quadrantis. *Ibid.*

Pestem post annum 1563. grassatam retulit Tycho adolescentem ad magnam, seu Jovis Saturnique conjunctionem, quæ illo anno concigit. 7.

Philippum Appianum Petri filium affatur Tycho Ingolstadtii. 16.

Philipus de Ohr Hamburgensis Chalcographus, Wandesbarum à Tychone evocatur, ut ibi suis typis excudat Mechanica. 146.

Planetary omnium, hoc est, tam Solis, & Lunæ, quam Saturni, Jovis, Martis, Veneris, & Mercurii, Diameter apparet, Distancia à Terra mediocris, & Magnitudo. 91. 92. Planetas in suis inæqualitatibus spectare motum Solis apparentem, Kepleri sententia. 169. Quantum temporis restituendis sigillorum motibus exigatur. 137. De sagulis, *paffim.*

Polaris Stellæ à Polo distantia anno 1577. quæ fuisse observata à Frilio ante annos xxx. 42. Quæ fuerit deinceps. 50. 63. 103. Poli atque adeo Äquatoris altitudinem deduxit Tycho ex summa ac ima Stellæ Polaris altitudine, non ex altitudine meridiana Solis in utroque Solsticio. 55. Poli altitudo, an in eodem loco progressu temporis varietur. 147.

Pragensis Poli altitudo. 162.

Progymnasmatum, seu de Nova Stelle, Liber quando conscribi coepit. 85. Quando prælo committi. 88. 96. Quam varie interrupta. *Ibid.* Prima duo capitula de restitutione Solis, & Fixarum absoluta. 91. Quid capitulo reliquis contineatur. *Ibid.* Prægymnasmatum Liber prælo communissus interdum à quatuor, quasi initio processit. (Tychoni nempe erat Typographeon proprium) 96. Peine jam absolvebatur anno 1590. 104. 114. 115. Libri conclusio. 127. & sequi. Unde, & quantæ moræ. 135. 159. 170. 177. Quando denique, & quomodo absolutus. 200. Editus. 201.

Prostaphæreses Solis quantæ. 85.

Prutenicæ Tabulæ non exquisitæ cum Cælo congruentes. 80.

Ptolemai effigies penes Tychonem. 37. Elegiacum in eam Ilychonis carmen. 58. Ptolemaeum Tycho excusat circa latitudinem Lunæ. 78. Ptolemaeus Astronomia Principes. 248. Abacum Fixarum Hipparchi insequutus est. *Ibid.* Quid potuisse melius. 248. 249.

Quadrans



Q

Quadrans magnus, h. e. Radii cubitorum. 14. Tychonis ductu Augustæ confectus, & in Pauli Hainzelii horto constitutus. 13. Quæ eo peractæ Observations, tum circa Novam Stellam, tum circa Augustanam altitudinem Poli. 24. Quæ ejus facta. 13.

R

Rangiferum, Norvegiae, & Sueciae animal, tolerare sestatem in Dania, Hassiaque non posse. 148. Rangiferi currum supra glaciem trahunt. Ibid. Redangulum Magistrum universæ Matheos, quæ decactione dixit Tycho. 48. Refractione Solis, ex Roebmanno, supra grad. altitudinis xxx. nulli; ad horizontem non ultra quadrantem, aut trientem grades. 67. Refractiones Sola res Tychon quantæ. 86. Solem ob ipsas totum videri supra horizontem, cum totus tamen infra est. 87. Refractiones effe aliquando, & atlicubi majores, quam Tycho desiperet, argui ex Eclipse Llinae observata Töbingæ à Maestimo. 110. Refractionum effectus in horologiis sciothericis. 29. Refractiones in Hassia majores, quam in Dania rursum Roebmannus. 79. Contradicit Tycho, tuerisque ex missis ob-

servatis, pareis. 83. Non terminari ad xxx. altitudinis gradum. Ibid. & 97. Refractionum effectus à Land-gravio observatus etiam in Venere, quæ ocoatura, penè horæ quadrante stataria fuit visa. 67. Réfractiones Stellarum quantæ. 89.

Regioni in Prussia Poli altitudo observata à ministro Tychonis, dimidio propè gradus major, quam Reinholdus Appiano confessus habuisset. 56.

Regule Ptolemaicæ Copernici à Joanne Hammonio per Eliam Oliai ad Tychonem missæ. Quandæ eas Tycho fecerit; Quod carmen illis appenderit. 56. 57.

Retziæ Danieæ familia Braheanaæ af. finis. 2. Ex ea Petrus Retzius Regius apud Galliae Regem Orator, ac deinceps Magnus Regni Thesaurarius. 222.

Rudolphus II. Imperator coronatur. 30. Privilegium Tychoni cum elogio ad editionem librorum concedit. 107. Tychonem per Corraducium Pro cancellarium accepit. 157. Digreditur Pragæ Pilsenam, peccis causa. 158. Regressus Tychonem rursus evocat, humanissime excipit, fovet, domicilia ipfi, necessariaque omnia providet. 160. ex seq. Mortuum sepeliri per honorificè curat. 168. Rudolphinas Tabulas perfici à Kepplerio mandat. 203. Moritur. Ibid.

Rudolphus Corraducius Rudolphi Imperatoris Pro cancellarius. 131. 146. Tychonem Pragam Cæsaris nomine accepit. 157. 160. quæ benevolentia eum exceperit. Ibid. Scipio

S.

Scipio Claramontius adversus Tychonis librum de Nova Stellā, itemque Antitychonem in librum de Cometa scriptis. 213. Galilaeus ad prius scriptum respondit, *Ibid.* Kepplerus ad posterius. 214. 215. Sidera observata à quām antiquo tempore, & quo progressū ad Ty- chonem usque, *Prefatione tota.* Solis à Terra distantiā, visibilis dia- meter, & magnitudo. 91. Solis motuum restituimus quantum tem- poris exigat. 137. Solis eccen- tricitatem in Progymnasmatisbus propositam dimidio minuen- dam etiam Tychoni agnitam. 85. Solaris cursus restitutus. 51. Solis diameter visibilis ob- servata, tam in Apogeo, quām in Perigeo, & qua ratione. 48. Solis Theoria, seu motuum ejus restitutio quando conscribi co- pta. 85. Somnium, seu Lunaris Astronomia, Opus Keppleri. 205. Sophia Danica Regina Friderici II. coniugis, Chymiae studiosa, bis anno Tychonem invisit, ut ejus laboratorium, operasque con- templaretur. 68. Tychoni semper in Aula favens. *ibid.* Sophia Friderici III. conjuncta, inge- nuus arteis, & Sapientiam eximi- mè colit. 220. Sophia Tychonis soror Astronomiz, & Astrologie perita. 2. à Rothmanno commen- data, ut solertissima, & Philo- phica Matrona. 132.

Stellaburgum ad meridiem Urani- burgi, ejusq[ue] descriptio. 36. Organa in eo constituta. 37. 39. Constractio. 58. Inscriptioes in covarie. *Ibid.* Stella Nova in Constellatione Cal- siopeja, quando primū appa- ruerit Tychoni. 18. Aliis. 21. Quosq[ue] perduraverit, 22. Quæ illius species, *Ibid.* Ejus reme- latio vehement, & magnitudo inīcio, quanta Jovis, aut Venc- ris; ita ut videri interdiū potue- rit. *Ibid.* Magnitudinis decre- mentum. *Ibid.* Distantia à Ter- ri, & locus in Aplane, seu inter affixas, ob defectum paralla- xeos. 23. 24. Moles. 24. Lod- gitudo, Latitudo, Ascensio, De- clinatio. 23. Comparatio cum nova tempore Hipparchi. 24. Sextam, quo in ipsa obser- vanda Tycho sit usus. 18. libellus quem de ea, dum adhuc appareret, Tycho scriptis, ac edicēt passus. 19. 20. De Nova Stella qui scripsere Authores referuntur, & expenduntur. Primo No- vem, qui illam in regione Fixarum staquerunt. Deinde Octo, qui infrā, sed adhuc suprà Lu- nam. Denique Tredecim, qui infrā Lunam posuerit, aut fuere de ea incepē loquuti. 92. & seqw. Stellaræ materia Cœlestis. 128. Qualis Galaxia, cuius in confinio fuit: ubi & quidam quasi hiatus remansit. *Ibid.* Effi- ciens causa alias edifferenda res mittitur. *Ibid.* Non sine energia, & significatione fuit. *Ibid.* Re- rumpublicarum innovationem portendit, sed tamen facien- dam

dam in melius, & cœr. 129. Eventa ad regionem Septentrionali-
lem pertinere, & quare, *ibid.* Cœ-
pera ab Anno 1592, & fore, ut
vigeant Anno 1632. *ibid.* Porede-
nique, ut à Moskovia incipient.
130.

Stellæ Inerrantes, *vide Fixæ*. **Stellæ Errantes**, *vide Planetæ*.

Steno Tychonis *Avinculus*, stu-
diorumque ipsius fautor. 3. 9.
Concedit illi apud se moranti lo-
ca Astronomicis, & Pyronomi-
cis operis idonea. 16. Ejus filius
Otto. 26. Quām grata ipsi
proinde Tychoni illius recordatio.
192.

Steno Tychonis fratrum præci-
puus. 2.

Studioſos Tychonis quæ post ejus
mortem fata manferint. 200.

Stylo veteri, seu Juliano usas Ty-
cho, quoisque Pragam, Anno
1599. accessit. Deinceps au-
tem novo sive Gregoriano. 162,
163.

T.

Tabulæ Danicæ à Longomontano
confectæ, reputari Ty-
chonicæ possunt. 206.

Tabulæ Rudolphinæ à Tychone
indigitatæ. 177. Opus Keppleri
Cæsaris mandato, ex Observa-
tionibus Tychonis. 203. unde, &
quoties facta iis perficiendis re-
mor. 202, 203. Absolutæ de-
mum, editaque post 26. annos.
204.

Tabulæ Tychonicæ quām iustiores
Prutenicis, probatum ab Ori-

gano in Eclipsi Solis, anni 1598.
153.

Tabularum, uti & hypotheseon pro
Planetis singulis condendarum
Tychonis sollicitudo. 131.
Tagonus torus Ericsonius, Sena-
tor Danus, Tychonis ex sorore
Sophia Nepos. 3.

Terram moveri cur improber Ty-
cho. 75. Triplicem ejus motum
sigillatum impugnat. 102. Adver-
sus responſiones inflat. 112. 133.
Thaddæus Hægecius Cæſareus Me-
dicus, Tychonis amicus ab us-
que Rudolphi inauguratione. 130.
Dialectin scriptus de Stella No-
va. *ibid.* Tychonem sollicitat,
ut ad Cæſarem quam primum
accedat. 157. summa letitiæ ex-
cipit. 161.

Tymocharidis effigies peses Tycho-
nem. 37. Timocharis 200. ante
Hipparchum annis Stellas Fixas
oblivivavit. 248.

Tobias Gempferlinus Pictor egre-
gius, deductus Augustâ à Tychone
in Daniam. 30. 37. Tychonem
pingit. 83. Obit Hafniæ, expe-
rte. 30.

Tychonis Brahe Astronomi Patris,
Parentes, & Majores. 1. 2. Fra-
tres, & sorores. *ibid.* Tempus
natale. 2. 3. Tycho apud Geor-
gium Patrum educatur, litera-
que primas, & Grammaticam pri-
vatim addiscit. 4. Duodecennis
Hafniam à Patruo mittitur, ibi-
que Rhetoricæ, & Philosophice
operam impedit. 4. Facta illi
prima occasio Astronomici stu-
dii ex Eclipsi Solis, & prædi-
ctione illius facta in Astrologo-
gorum diariis. 4. Ab anno 27atis.
xiii.

xij. addiscere Planetarum Theoriam, & Ephemeridum alium coepit. 5. Annum assequuntus xv. Lipsiam mittit, studii jurisprudentiae gratia. Ibid. Pædagogo invito, & clam ipso Globulum cælestem, & libros Astronomici argumenti habet ac Astrarismis, Planetisque interoscendis invigilat. Ab anno xvij. usum Tabularum addiscit, ipsaque, & Ephemeridas non congruere cum Cœlo deprehendit. 5. E fenestra observat Radio fidera, ac in eo clam Præceptore integras nocteis transfigit. Ibid. Et Astronomiam, & ceteras Mathematicæ species non alio, quām se ipso usum Præceptore addiscit. 6. Anno xvij. Observat magnam Conjunctionem, & solo licet Circino usus, defectum tamen Tabularum agnoscit. 6.7. Ab usque anno xvij. spem restaurandæ Astronomiæ concepit, ac fovit. 7.8. Post annum xvij. redit Lipsia in Patriam, & de peregrinatione instituenda, translatu se cum Radio, cogitat; 8.9. Anno xx. currente, Wittebergam rendit, sed peltis metu repetit Rostochium. 9. Inter peregrinandum Planetarum loca observar, delectis 4. Stellis, que geminæ in eandem lineam cum Planeta incidenter. 9. Incunabulo anno xxii. in nocturno confictu cum Manderupio Pansbergio bonam nati partem amavit. 10. Quām solerter, & concinnatissimam subdititum ex cera, & auro, argentoque conflarit. Ibid; Incunabulo anno xxiiij. celebrem So-

lis Eclipsin observat. 10. Excurrexit in patriam, redit Rostochium, ibique domum deligit observando commodatam. 11. Anni partem exigit Wittebergæ. Ibid. Ann. xxiv. redit in Patriam, & aliquantisper Hafniæ commoratur. 16. Apparatus apud Avunculum, & Observatorium pro Astronomia Cœlesti, & Laboratorium pro terrestri. 17. Quanta hujus cura ipsi fuerit. Quantam in ipsa spem posuerit. Ibid. Stella iterum Nova, celebrisque in Confellatione Cassiopejæ sub finem anni 1571. appareret, quam fedulo observat. 19. Tycho iterum in Germaniam, Italiāmque instituere iter cogitat, sed remoræ duæ, febris, & conjugium. 25. Uxorem Plebejam nomine Christinam suo ex pago ducit. Ibid. cur plebejæ fortis uxorem duxerit. 194. Hortante Rege, & precantibus benè multis, prælegit Theoriam Plaetarum in Hafniensi Academia. 25. Orationem præhabet. 26. Orationis initium, & conclusio. Ibid. Somma. 27. In ea Astronomia laudata, defensaque Astrologia, &c. Qua mente. Ibid. Vere anni 1575. peregrinè iterum contendit; in Hassiam primum pervenit; Land-graviam alloquitur; cum eo observat; observations quædam ab eo haber. 27. Nundinis Francofurtensis intereat: Basilea delectatur, & de sede in ea diligenda cogitat; Venerias adit. 30. Augustam petit; Ratisbonam pervenit; ubi adeit Rudolphi Imperatoris inaugurationi. 30. Tran-

Na 2



fit Satefeldiæ. 31. & Vitebergiæ. *ibid.* Redit in Daniam. 32. Unde iterum discesserat anno 1576. detinetur benevolentia & liberalitate Friderici Regis, à quo obtinuit Huennem Insulam, & omnia ad sedificia, ad organa, universèque ad peragendas observationes necessaria. 33. Exgrauit subinde Uraniburgum, Stellaburgum, & omnigena apparet instrumenta. 34. &c. sequ. Observas deinceps ibi continentis totis xx. & uno annis 41. & sequ. Qui Tychoni liberi per id tempus nati. 50. Aliz sepm studiis complureis, qui coadjutores in observando essent; eosque praeinde etiam edocuit. 41. Impendit Uraniburgi in cultum Astronomia ultra Tonnam auri, seu liberum Taronicanum 300000. 41. Tychonis per literas. commercium cum Hassie Landgravio ccepit occasione Cometa anni 1585. 65. 66. Invisitur à Socero Regis, à Regina, &c. 68. Librum de Cometa anni 1577. absolvit anno 1587. 71. 72. Proponit, exponitque in eo Hypothesim propriam Mundani Systematis. 75. Quis ejus luckus fuerit ob mortem Friderici Regis; quis metus, ne successor non perinde faveret suis studiis. 80. Spes in quatuor Senatoribus, qui per pupillarem ejus statem Regnum administrarent; sed in Caatio maximè. 81. Cepit ab Anno maximè 1588. ad ornare primum librum Progymnasticanum, seu de Stella Nova. 85. Ob Fixarum restitucionem

grati animi sensum & posteris sperat. 105. Adhortatur, illâ perfectâ, ad coelestium observationem. 90. Nemo post Hipparchum praestitit quod ipse. *ibid.* Anno 1590, à Iacobo Rege Scottie invisitur. 105. Anno 1591, à Rege Christiano, à quo & proprio torque donatur. 116. Ab cotamen anno, de sede mutanda cogitat, quod jam in Aula à quibaldam sui oforibus ob pestinem ex telonio submurmuretur. 117. Quis ejus dolor fuerit ob mortuum anno sequente Landgravium 126. Quis rursus ob mortuum anno 1594. Jacobum Curtium Procancellarium Cæsareum, & cur. 131. Anno 1596. oforum Tychonis invidia erumpit. 138. Quibus praetextibus in Aula traductus. 138. 139. Ut fuerit ex ordine Regius beneficiis privatus. 139. Ofores Tychonis principi Aulae Magister, & Cancellerius. 138. Medici etiam aliqui, quod medicamenta gratis largiretur. *ibid.* Variè indigneve vexatur. 140. 141. Minoru Organa ex Huenna Hafniam transfert. 139. Quidquid etiam rerum mobilium. 140. Solamora, affixaque relinquit, & Coloni curæ, fortunaque committit. *ibid.* Anno denique 1597. totam familiam, suppellectilmenteque navi conductitiae imponit. *ibid.* Discedit ex Dania, & appellit Roslochium. 142. Invitatus ab Henrico Rantzovio omnia Wandesburgum, prope Hamburgum transfert. *Ibid.* Mechanicam Astronomiæ partem prius

princ cooptam absolvit, typis committit, Imperatori dicar, ad ipsius quasi strenam, & quo fine mutat. 146. & sequ. Mittit sendi Catalogum 1000, Affixarum Stellarum, cum praefatione, & variis adjunctionis, idque initio anni 1598. 149. 150. Longomontanum de reditu sollicitat. 154, 155. Ad Keplerum, occasione accepti mysterii Cosmographici scribit, ipsumque accedit. 156. & deinceps. Scribit ad Principem Mauritium Autiacum. ibid. Rescribit ad Scaligerum, se ad Cæsarem invitatum ad eum tendere. 157. Nisi illic bene sit, concessurum se in Bataviam non invitum. ibid. Wittebergam discedit cum filiis, studiosis, organis, ibid. Cur inde Pragam non tam citò petat. 158. Acceretur iterum Pragam ab Imperatore, intercedente Corraducio Procancellario. 160. Eo discedit Ann. 1599. Humanissimè à Cæsare excipitur, à quo & pensio annua 3000, auctorum sit ipsi rata, præter definiotionem feudi: Curtianas aedes inhabitat, inque ipsis observationes instaurat. 160. Quod non posset Prage ob nimiam invencionem frequentiam commode observare, delegit unam ex tribus à Cæsare oblatis, procul ab urbe, arcibus. 160. 162. Ea fuit Benachia, seu Benatica, quam & describit. 163. 167. Sollicitus est de evocandis ad se studiois, & coadjutoribus, præter eos, quos secum habebat. 165. Quædam mitit reliquam familiam per Tengagelium; & majora Instru-

menta relicta in Dania per Tychonem filium primogenitum. 166. Keplerum excipit Ann. 1600. 168. Expertus varia Benatica incommoda, remigrat Pragam; habitat primum in hortis, ædibusque Regia adjacentibus; receptaque jam familia, recipit in ipsis majora Instrumenta: deinde in ædibus Curtianis in ipsis gratiam à Cæsare redemptis. 176. Recepit Keplerum, serio se accingit ad condendum Tabulas Rudolphinas indigitandas. 177. Incidit Tycho in lethalem morbam, ob retentam in convivio urinam. 178. Quis morbi progressus. ibid. Quæ viri extrema. ibid. 179. 234. Moritur demum xxiv. Octobris, Ann. 1601. 179. Sepelitur in primario Templo, rite Equestri, ac per honorificè. 198. 223. Oratione funebris habetur à Joanne lesseni, illiusque tenor. 224. & sequ. Epitaphium. 198. Distichon Chronologicum, ibid. Epicedium. 235. & sequ. Quantum vixerit. 198. 234. Quæ fata illius familiam, Studiosos, Libros, Observations, Instrumenta, post ejus mortem manserint. 198. & sequ. Tychoni quis habitus oris, totiusque corporis fuerit. 280. Cujusmodi ejus effigies; Quæ gentilia insignia. ibid. Qui torques. 71. Quæ & cujusmodi ejus studia humaniora, Astronomica, Astrologica, Chymica. 181. & sequ. Qui mores, Religio, Pietas, Gratitudo, Beneficentia, &c. 190. & sequ. Quædam Elogia. 303.

V.

Udalricus Christiani Regis Danie filius Niessam in Silezia capit, & inventum ibi magnum Tychonis Globum reuehi in Daniam curat. 217.
Udalricus Megapolensis Dux Regis Danie Sober, Elizabetha conjunx, & Regina filia invisunt Tychonem. 68.
Veneris Stella quam apposite assumpta præ Luna ad restitucionem Fixarum. 51. & sequ. Veneris Apogeion reperit Tycho in initio Cancer, non in 7. gradu Geminorum. 133. Venus vix vesperi die 21. Februarii, ac deinde mane die 24. ejusdem, scilicet ob magnam latitudinem Septentrionalem. 78.
Vincentius Pineilius Patavii degens curat Galilaeum in Tychonis amicitiam insinuari. 126.
Vogelinus, an demonstrabit Cometam sui temporis fuisse sublunarem. 74.
Uraniburgicæ arcis descriptio. 34. Præcipua domus. 34. 35. Organa in ea constituta. 37. 38. Uraniburgi quæ Poli altitudo. 41. Uraniburgi in Huenna fundatio. promoto, perfectio. 48. Quid ejus fatum à discessu, obituque Tychonis fuerit. 218.

W.

WAlstemius Meckelburgi Dux, sedem Keppleri Sagani Silesiorum tribuit. 205.

Wandesburgum ex Ranzoviana, prope Hamburgum, ubi Tycho & Danie discedens exceptus. 142. Ac ubi ejus Typis Mechanica primùm commissa. 146. Poli altitude Wandesburgi grad. 55. minut. 36. 153. Willebrodus Snellius edidit librum Rothmanni de Cometa anni 1585. cum suo de Cometa anni 1618. 67. Edidit etiam Observationes tum Hassiacas. 28. 178. tum Tychonis Bohemicas. 163. Attexuit que etiam aliquas de Tychonis morte circumstantias. 178. 179. Wilhelmi Hassiae Land gravii tempus natale. 27. Stadium rerum coelestium. *ibid.* Apparatus Organorum ad observandum coelestia. 28. 66. 68. Observationem perficere, quam ad domus incendium accurrere prætulit. 29. Fridericum Danie Regem per ejus legatos hortatur, ut Tychonis genio, ac studiis faveat. 32. 33. Agere per literas cum Tychone ceperit occasione Cometa anni 1585. 65. Qua fuerit impatiens in literis Tychonis expectandis. 68. Qua exultatione cum ob acceptas à Tychone literas, tum ob factarum de Cometa Observationum consensem. 63. Ejus observationes de Nova Stella expensæ. 92. 93. Itemque de Cometa anni 1577. 74. Affixas Stellas. 400. restituit. 79. Discremen à restituzione Tychonica. 5. dimitrat minutorum secundum longitudinem. Varia de his quinque minutis ultrò, citroque inter Tychonem, & Land-gravium Rothmannumque ejus Mathematicum

ticum scripta. 69. & deinceps. Erat Land-gravius, nisi intercessione Regis Friderici mors, ad Hambergia comitia iurus, ac inde Typhonem in Huenna invicturus. 81. Discedentem ad Typhonem Rothmannum commendat; se jam praeestate conari quidem, sed non posse exequi, quæ circa coelestia pervellet. 120. A Typhone ideo commendatus. 114. De statu Regni rogar. 111. Respondet Tycho, hortaturque, ut quæ per se non potest, per idoneos artifices praefect. 114. Moritur. 125. Oratio in eum funebris. 136. Typhonis ob ejus mortem luctos. Epicedium. 126. Dignus Prin-

ceps, qui inter Divos, Herosque scientie coelestis Autbores colloccetur.

Wolfgangus Theodoricus, Archiepiscopus Salisburghensis. 125. Tycho ad ipsum mittit Mechanica, & Catalogum 1000. Affixarum, cum adscriptis carminibus. 151, 152.

Z.

Z Apfemborgum hortus ferarum Land-gravii. Zapfemburgensis Equus, quo Land-gravius redimere Typhonis Alcen voluit. 118.

F I N I S.

NICO-

N I C O L A I
C O P E R N I C I
Varmiensis Canonici,
ASTRONOMI ILLUSTRIS
V I T A.



NAT. ANNO

1473 OB. 1543.

NICOLAVS COPERNICVS

MATHEMATICI

BOROSSVS

TORNÆV

AS

Tr. M. Scam. scul.

*Non docet instabilis Copernicus aetheris orbes,
Sed terræ instabiles arguit illæ orbes.*



NICOLAI COPERNICI
Varmiensis Canonici,
ASTRONOMI ILLUSTRIS
V I T A.

Per PETRUM GASSENDUM.

AD

JOANNEM CAPELLANUM,
Amicum suavissimum.



Um me nuper, mi CAPELLANE
suavissime, inviseres, incidisti casu in fo-
lium, quod è prælo ad me allatum, comi-
terque manu præceptum, dum occepisses
legere, occurrere versus, quos Tycho,
acceptis Copernici Regulis, quodam velu-
ti entusiasmo fudit. Iis cùm arrisiles, qua-
siisti ex me, an-non occasio intercurrit, set,
qua Tychonis vitam pertexens, ipsius Co-
pernici vitam synopsti quadam intexrem ;
scilicet, cùm illius nomen celebre adeò evaserit, quis tamen, aut qua-
lis vir fuerit, longè, latèque ignorari. Excepti ipse, ne mihi quidem,
id ut facerem, venisse in mentem ; ac neque videri potuisse occasionem
fieri satis commodam ; neque non quæ pauca de Viro nota mihi so-
rent, ea esse, quæ cuivis illius, aliorūmve libros legenti facile inno-
tescerent ! cùm & mihi jam post exactum ab ejus morte sæculum, non
O o 2 aliam,

aliam, aliundéve habere de ipso notitiam daretur. Occurristi hujusmodi libros vix quibusdam paucis esse cognitos; ac me facturum rem & me dignam, & bene multis oppidò gratam, si qualiacúmque mihi forent comperta de Copernico, tum conscriberem, tum attexerem, quasi appendicem, ad Tychonis vitam. Obtrudi ego occupationes, quarum non essem nescius: adjeçique, tametsi velleim, non superiore satis temporis, ut, donec quod reliquum erat ex ipsa Tychonis vita, cuderetur, id, quod poscebas, peragere, ac facere prælo committendū possem. Tu instisti, & in hac tanta operariorum penuria typographicas operas satis lentè procedere; & repetiisti rem esse dignam, cui, occupationibus aliis aliquantisper se positis, esse ducerem incumbendum. Ne longum morer, evicisti, ut tibi amico tam bono, viro tam sincero morem gererem: Quare & jam, libris pervolutatis, animum appello ad id, ejusque suos voluisti, præstandum.

NICOLAUS COPERNICUS natus est Torunnæ, vel Tor-nū, vulgò Torn, quod est Borussiæ nobile, ampliisque, ac olim etiam emporio non incelebre oppidum. Ac natum quidem Junctinus facit anno M. CCCC. LXXII. die Januarii xix. hora 4. ininit. 38. post meridiem: sed eum errare Mæstlinus ait, quod natus potius fuerit anno M. CCCC. LXXIII. die Februarii xix. (quæ fuit dies Veneris ante Cathedram S. Petri) hora à meridie 4. min. 48. quod videtur sanè, ob Mæstlini autoritatem, probabilius. Patri ipsius nomine Nicolaus itidein fuit: Matris nomen cùm ignoretur, fuit ea tamen ex Torunneni familia Watzelrodia, soror quippe germana Lucę Watzel-rodii, qui fuit deinceps Episcopus Warmiensis. De quodam ejus Fratre hoc solum novimus, quod Romæ aliquando fuerit, ibique amicitiam cum Georgio Hartmanno Norimbergensi inierit. Literas Latinas, Græcasque partim domi addidicit, partim in Academia Cracoviensi excolluit, ubi & Philosophia dedit operam, & subinde etiam Medicinæ; quo usque est adeptus Doctoratus gradus. Interim verò, quia à primis annis ardore Matheſeos magno tenebatur, non neglexit sanè prælectiones Alberti Brudzevii in eadem Academia Mathematicas arteis profitentis, quem etiam fuit solitus & cōvenire, & audire privatim. Astrolobii usum, & rationem cùm ab eo didicisset, ac jam inciperet Astronomiam penitus intelligere, ita fuit florente Regio-montani

montani fama permotus, ut ejus vestigiis quam-maximè posset, infistere decreverit. Fuere inter ejus condiscipulos, ejusdemque laudis quasi zinulos, Jacobus Cobilinius, is qui deinceps Astrolabii declarationem edidit; itemque Vapovius Cantor Cracoviensis, & Nicolaus Schadekius, Martinusque Ilkuſius, quibuscum sèpè de Eclipsibus, earumque observationibus, etatis decursu per literas egit. Cum parteis verò omneis Matheseos curaret, tum Perspectivæ speciam incubuit, ejusque occasione Picturam tum addidicit, tum eò usque caluit, ut perhibetur etiam sc̄ ad speculum eximiè pinxit. Consilium autem pingendi ex eo cepit, quòd peregrinationem, ac potissimum in Italiā cogitans, in animo haberet, non modò adumbrare, sed graphicè etiam, quantum posset, exprimere quicquid occurseret observatu dignum.

Torunnam itaque reversus, ibique aliquandiù moratus, iter suscepit in Italiā, annum jau agens vigesimum tertium. Stit se verò primum Bononiæ, ob eruditionem, ac famam eximiī virtutis Dominici Mariæ Ferrarensis, qui ab annis jam duodecim illuc evocatus Astronomiam magna cum laude profitebatur, ac reperiisse perhibebatur obliquatum Eclipticæ medio inter Peurbachium, & Regiomontanum loco, graduum putà 23. & minut. 29. Nec verò difficile fuit in Optimi viri familiaritatem admitti; quòd esse illi gratius nihil potuit, quām auditorem babere, ut perspicacissimum, sic appetentissimum veritatis. Delectavit autem illum maximè non improbari Copernico suspicione in, qua tenebatur, ne Poli in eodem loco altitudo non tam constans foret, quām vulgo haberetur; quòd ea deprehenderetur à Ptolemaï tempore in omnibus propemodum Italiz locis increvisse, ac in Gaditano etiam freto, ubi cùm tempore Ptolemaï Polus Boreus attolleretur gradibus solūm 36. cum quadrante, attolleretur jam-tum gradibus 37. cum duabus quintis; quod ille quidem prodiderat, in quodam Prognostico, ante octo annos. Cùm Rheticus autem memorie mandarit Copernicū, non tam discipulum, quām adjutorem, & testem observationum doctissimi viri Dominici Mariæ fuisse; tum heic reticenda observatio non est, quam ipse Copernicus scribit se peregrine Bononiæ, anno M. CCCC. XCVI. septimo Eidus Martii, post occasum Solis. Consideravimus enim, inquit, quòd Luna occultatura Stellarum fulgentem Hyadum, quam Palilium vocant Romani: quo expeditato, vidimus.

*vidimus Stellam applicitam parti corporis Lunaris tenebroſi, jamque delitescen-
tis inter cornua Lune, in hora quinta noctis (hoc est undecima, unaque ante
mediam noctem) propinquorem verò auctriō corna, per triuicem quasi latitudi-
nem, five diametri Lune. Romam polteā cum accessisset, habitus brevi-
vix quicquam minor ipso Regiomontano fuit. Unde & illeic magno
applausu factus Matheinatum Professor, In magna, inquit ille, schola-
ſificorum frequentia, & corona magnorum virorum, & artificum in hoc doctrina
genere docuit. Ipse autem Copernicus meminit Eclipseos Lunaris, quam
per id tempus Ronze obſervavit, Anno nempe Christi M. D. post Nonas
Novembres, duabus horis à media nocte, qua luceſcebat in octauum diem ante Ei-
dius Novembres.*

Aliquot post annos reversus in patriam, acceptissimus fuit ob ſun-
tiam peritiam, & candidissimos mores, meiorato jam avunculo ſuo
Lucz Watzelrodio, ad Episcopatum Warmienseui proinoto; qui,
ut otium illius ſtudiis, & Mathematicis præfertim, conſentaneum fa-
ceret, adſcriptis illum Collegio Canoniconum Warmienium, Ca-
thedraliſve ſuę Ecclesię, quę arcis instar communita iumininet Fruen-
burgu, non magno alioquin oppido, ad Wifula oram, in Boruffia-
ſito. Non poſſedit tamen initio pacificè ſatis eum Canoniciatum, ut
non ſemel conqueſtus eſt literis conſcriptis ad Avunculum in Aula
præfertim morantem, ut publica rei cauſam tueretur adverſus Cruciferos,
Teutonicosve Equites, qui idcirco illi infenſi per Poſnaniensia
comitia libello famoſo iſum impetierunt. Evasit verò tandem cùm
ſuo, tum Avunculi merito poſſessor pacificus; ac ſeſe exinde ad tria
quædam præfertim compoſuit. Unum, ut divinis, quain-maxime
poſſet, interefſet Officiis; alterum, ut pro ea, qua erat Medicinæ
peritia, nunquam deſſet pauperibus, qui ſuam iſipius implorarent
open; tertium, ut quicquid ſupererſet temporis, impenderet ſtu-
diis. Heinc ſemper ſolitudinem & amavit, & coluit; ac niſi invitus
negotiis, ſeu Episcopatus, ſeu Capituli ſeſe non immiſcuit. Sed enim
qua quoties rerum agendarum proponebatur aliiquid, ea in illo ob-
ſervabatur, & ingenii perspicacia, & judicii maturitas, ut penè ſemper
concedendum in iſipius ſententiam foret, idcirco fuit iſipi non
nunquam diverſendum à ſtudiis; i-lique non modò, ut conſultus, ec-
quid factu opus videretur, diceret; fed etiam ut vices agendo obireti
Ut uno, alteroꝝ exemplo res conſtet; ecce, cùm forent Pruteni-

rgm

rum celebranda Grudenti Comitia, delectus fuit uno consensu à Canonicorum Collegio, ut nomine ipsius illis interesset. Varia porrò inter negotia in iis pertractata id non fuit postremum; quod fuit agitatum circa usum Monetæ, cuius per bella antecedentia imminutus admodum valor, recens adhuc arte Magistri Cruciferorum decreverat. Destinati fuere ejus cognitores ex Senatoribus Prussicis, Polonicisque præcipui, inque eorum conventu disceptatum fuit, tum qua ratione fieri posset, ut Polonia, Prussia, Lithuania, ceteraque Regi subditæ Provinciæ tantidem estimarent, parive pretio, seu valore haberent omnem, seu cudendam, seu cusam pecuniam: tum satius ne foret, monetam pristino valore, an eo, qui jam passim in usu esset, cudere: tum qui posset argenti copia novæ cudendæ comparari. Scilicet Mercatores multam, ac penè omnem vim argenti corrogatam conflaverant, inque Lusitaniam, unde aromata avehabantur, transportarant; quod Rex Lusitanus nullis mercibus, sed puro dumtaxat, minimèque signato argento commutationem fieri pateretur. Ac per id quidem tempus negotium deliberari penitus, absolviique non potuit: sed Copernicus interim Canonem consecit, sive Abacum, computandis omnibus monetarum generibus per omnes Regni Provincias elocabilibus, iisque reducendis in eundem, communemque valorem; ac Senatores cum asservarunt, interque acta retulerunt, ut, si daretur fortè extreinam operi manum adhibere, haberent quò respicerent, & ne cuiquam emerget aliquid damni, providerent.

Aliunde verò, cum vix fuerit, ut Episcopi aut absentes, non illum habere generalem Vicarium, aut praesentes non adhibere selectum consiliarium vellent: tum etiam effugere vix potuit, ut vacante Episcopatu (vocavit autem sèpiuscule) non ut generalis Vicarius, sic bonorum Episcopatus Administrator crearetur. Dignum autem est memoratu, cum mortuo speciatim Fabiano de Lusianis Episcopo, Administratori gereret personam, ferre eum non potuisse, ut Teutonicæ equites, aulicique variæ Ecclesiæ bona injustè usurpata diutius detinerent; sed mandato Regis obtento, ea generosè vindicasse. Nam facti quidem variæ insultus, intentataque minaz variaz: verum ille animo infraicto suam constanter tenuit viam, id semper defixum in animo habens, ut quidque summa semper fide, integritatèque præstaret. Atque hæc quidem pauca initio attingo, ut inlinuem suisce cum quidem

dem vitæ contemplativæ natum ; sed non fuisse tamen , idcirco ad vitæ actiones ineptum : & occasiones quidem rerum agendum non provocasse , sed oblatas tamen tum amplexum fuisse , cùm detrectare indecorum est visum . Superest itaque , ut partem vitæ ipsius præcipuam , contemplationi videlicet , studiisque deditam prosequamur . Et quia nihil ipsi æquè fuit cordi , ac Cœli , & siderum scientia , quæ illum effecit adeò celebrem ; age dicamus , quo ordine eam excoleam suscepérit , quod demum fecerit provectam .

Principio , cùm cætera inter , animadverteret cogi Astronomos adversus communem notionem peccare , dum , ut æquabilem motionem in cœlestibus circuitionibus tuerentur , non ipfam penes centrum proprium , sed penes alienum (circuli nimirūni Äquantis vocati) defunebant , ac metiebantur : Neque posse aliunde ipsos rem præcipuam , hoc est , Mundi formam , dispositionemque concinnam ex farragine illa sua hypotheseon colligere ; sed iis perinde evenire , ac si quis Pictor manus , caput , pedes , membra cætera , optimè illa quidem , sed non unius corporis comparatione depicta adunaret , sicque ex illis monstruni potius , quam hominem compingeret : ideò tñdere illum coepit , quod nulla certior motuum ratio , majorque partium consonantia in Machina ab Opifice sapientissimo constituta deprehenderetur à Philosophis , qui omnia , ad res usque minimas , adeò studiosè perscrutarentur . Quare eam sibi operam sumpsit , ut Philosophorum , Astronomorūmque omnium , quoscumque nancisci liceret , libros pervolutaret , indagaturus , quotquot forent excogitata Systemata , disquisitorusque quicquid in iis foret verisimilitudinis , quò posset deinūm elicere exquisitiorem aliquam , & cœlestium motuum harmoniam , & partiū Mundi symmetriam , quam ea foret , quæ ab omnibus incunctanter admitteretur .

Itaque non multum moratus Homocentricorum Authores , neque eos , qui aut Solem suprà Affixas Stellas evexerant , aut solam ipsi Lunam supposuerunt , aut varie Errantium Stellarum sedeis commutavunt : magnam imprimis rationem habuit duarum opinionum affinum , quarum unam Martiano Capellæ , alteram Apollonio Pergo attribuit . Et Martianus quidem Ägyptios , aliosque veteres imitatus , Solem inter Lunam , Martemque constituens , existimavit Mercurium , Veneremque illi , ut centro propriorum motuum circuinduci ,

ac nunc supra , nunc infra ipsum , nunc ad latera fieri. Cùm is verò fineret ut Lunam , & Solem , sic Martem , Jovem , & Saturnum circa Terram , ut circa centrum proprietum circuituum cieri ; Apollonius Solem delegit , circa quem , ut centrum non modò Mercurius , & Venus , verùm etiam Mars , Jupiter , Saturnus suas obirent periodos , dum Sol interim , uti & Luna , circa Terram , ut circa centrum , quod foret etiam Affixarum , mundique centrum , moverentur ; quæ deinceps quoque opinio Tychonis propemodùm fuit. Rationem autem magnam harum opinionum Copernicus habuit , quod utraque eximie Mercurii , ac Veneris circuitiones repræsentaret , eximiéque causam retrogradationum , directionum , stationum in iis apparentium exprimeret ; & posterior eadem quoque in tribus Planetis superioribus præstaret. Verumtamen perfensit sibi , ne ex posteriore quidem factum satis , quod Sol habitus præcipuorū corporum Mundanorum centrum , Mundi tamen centrum non fieret ; quodque habitâ pro centro Terrâ , Sol circa ipsam circumductus non motu solùm annuo , sed diurno quoque Planetas circum-raperet , ac distraheret nunc in has , nunc in illas partes.

Cùm nosset verò Pythagoreos ablegasse Terram à centro , & in eo , ut loco nobilissimo constituisse Solem , corporum nobilissimum ; idè visus est sibi pervidere quidpiam concinni ordinis , si liceret modò vices commutare , hoc est in centro Solem sistere , & Terram circa Solem cieri. Nam præclarè quidem ausos fuisse Nicetam , Echphantum , Heraclidem , & alios , qui , tametsi Terram in centro detinerent , motum tamen illi tribuerunt , quo circa axem proprium , ut Sphæra in torno , gyrata , & circuitionem ab occasu in ortum dietim perficiens , dici , noctisque vicissitudinem saceret ; ac mobilis primi munere assumpto , & Sphæram Fixarum , & Planetas omnes à motu raptas absolveret , quod ipsa conversâ in ortu , necesse foret Sidera omnia apparere conversa in occasu ; at magnam nihilominus superficie asymmetriæ partem. Quamobrem præclarius fecisse Philolaum , dum Terram à centro amovens , tribuit ipsi non modò motum diurnum circa proprium axem , sed circumductum etiam annum circa Solem , quo efficeretur , ut percurrente Zodiacum , sub quocumque ejus signo versaretur , Sol esse in opposito appareret ; sicque loco Solis Planeta evadens , tam ipsa , quam Mercurius , Venus , Planetæque

cæteri, Solem agnoscet tanquam centrum. Ac prima quidem fronte durum, absurdumque esse videbatur, Terram à centro divellere, ipsique motus hujusmodi, ac fortè etiam alium tribuere: Verum, quia nō rat fuisse ante se eam libertatem concessam, ut demonstrandis Phænomenis singi circuli qualeslibent possent; licere sibi existimavit periclitari, nunquid confusè sibi animo obversabatur, ita posset digerere, ut ordo vulgari venustior inter Mundana corpora, eorumque motus invehernetur. Itaque rem variè versando, Terræque motum triplicem, de quo paulò pôst, attribuendo: *Multa*, inquit, & longa observatione tandem reperi, quod si reliquorum Siderum Errantium motus ad Terra circulationem conseruantur, & supponuntur pro cuiusque Sideris revolutione, non modò illorum Phænomena inde sequantur, sed & Siderum, atque orbium omnium ordines, magnitudines, & Cælum ipsum ita connectat, ut in nulla sui parte posit transponi aliquid, sine reliquatum partium, ac totius universitatis confusione.

Atque hæc quidem excogitare, conscribereque ab anno usque cœciter septimo supra millesimum quingentesimum cœpit. Verum, quod sibi esse non duceret satis, generalem solùm rationem Hypothesos statuere, & juxta ipsam Phænomena generatim solùm, perinde, ac juxta cæteras salvare; sed avertet quoque Hypothesis specialeis sic pertexere, singulorumque motuum periodos ita definire, ut condere exinde posset Tabulas Cælo, præ Ptolemaicis, Alphonsinique, consentienteis, eapropter necessarium censuit observationes peragere, quas cum antiquioribus conferens, præcisionem obtineret maiorem. Heinc Ptolemæi imitatione fabrefaciendum Quadrantem duxit, in quo ad lineam meridianam supra horizontis planitiem erecto, & applicito, ac beneficio umbræ à gnomone cylindroide ad centrum infixo emissâ, observaretur summa, inaque, hoc est, tam in Solsticio, quam in Bruina, meridiana Solis altitudo: quod, ubi esset habitum pro Tropicorum distântia, altitudinis utriusque interstitium, tum altitudo Äquatoris in ejus medio designaretur, tum Poli altitudo proinde innotesceret, tanquam æqualis complemento altitudinis Äquatoris. Tametsi verò fabricam instrumenti hujus descriptis, eo-nenihilominus usus fuerit, non prodidit: fortè quod satius duxerit hoc, alio, quod sequitur, uti. Consecit nempe sibi vacatas Ptolemaicas Regulas, Parallacticumve Instrumentum ex ligno abiegnو, cuius quæ erat regula longior divisa erat in designatas attramento particulas

3414. ut



1414. ut scilicet posset denique subtendi angulo recto Ioscelis, cuius erura quatuor cubitos longa, habebantur earumdem partium 1000. Confecit, inquam (& sua quidem, ut memorant, manu) quibuslibet Siderum altitudinibus observandis, ac speciatim Solis non modo versantis, ut mox est dictum circa Tropicos, sed etiam circa Äquinoctialem, & vere præsternit, ad habendum illius ingressum in Arietem: Lunæ quoque, ac potissimum versantis in limite Boreo, & tunc quidem, cum iis est in Cancro, ad venandum maximam illius latitudinem; Spicæ præterea, Reguli, aut alterius Fixæ insignioris, ad obtinendum ipsius à puncto æquinoctiali distantiam. Armillas ne etiam sibi appararit, non constat; quoniam tametsi qualevis habere, & quemadmodum sit iis utendum, ut conficiatur canonica Fixarum descriptio, deducat: non tamen iis se esse usum declarat (unde & aliam descriptionem, quam Ptolemaïcam, aut Hipparchinam non proponit) sed cum aliquis Stellæ, v. c. Spicæ, obtinere voluit longitudinem, non illam est armillis venatus, sed deduxit potius ex supposita latitudine, ac obtenta declinatione per altitudinem observatam. Constantius est debuisse eum sibi appariasse Astronomicum Radium, ipsis inter se Siderum intercapedibus obtinendis; & vel ad id quidem, ut posset Planetarum loca certis momentis definire. Keplerus certè haud abs re in Rudolphinarum Tabularum frontispicio depingi curavit in ea columna, cui assidet Copericus, non regulas modo Ptolemaicas; sed Radium quoque supernè appensum: & qui Herbenstrcitus Eidyllo singularia frontis bujusee descripsit,

Organæ dilatatae, cruciformem nempe Bacillum,

Tignaque juncta, quibus Cælorum ostenta redactus

In veros venient; etiæ distantia nostra

Lumina ludificat, fallatque incuator error.

Cœpit itaque ex eo tempore habere distantiam inter Tropicos graduum 46. & min. 57. unâ quintâ minus: unde & maximam Declinationem Solis, Eclipticæve obliquitatem grad. 23. min. 28. cum³, habuit. Et quia deduxit esse Fruemburgi altitudinem Äquatoris graduum 35. min. 40⁴, ea de causa habuit Polum illicet altum gradibus 54. min. 19⁵. Et cum ex iisdem Lunæ, Solisque defectibus Fruemburgi à se, & Cracovia, ab illis olim suis condiscipulis, observatis, comprehensisset utrumque locum, itemque Dirrachium Macedoniæ meridiano

eidem subesse; idcirco & observationes & calculos suos retulit ad meridianum Cracoviensem (ob locum magis celebrem) ipsumque distare ab Alexandrino una hora Äquinoctiali existimavit. Subinde autem varia à se observata ipsemnet refert: ut anno M. D. IX. ac biennio pòst, Luna Eclipseis. Anno M. D. XII. bina loca Martis; biennio pòst, bina loca Saturni. Anno M. D. X V. locum Spicæ, & autumnale Äquinoctium; & anno insequente Äquinoctium vernum. Anno M. D. XVIII. locum Martis; & biennio pòst bina Jovis loca, & locum Saturni. Anno M. D. XXII. Lunæ Eclipsin; & anno insequente Lunæ Eclipsin, ac locum Martis. Anno M. D. X X V. iterum locum Spicæ; & insequente locum Jovis, proximóque locum Saturni. Anno denique M. D. XXIX. locum Jovis, Conjunctionemque item centralem Veneris cum Luna, ipsamque quarto Eidus Martij, hora 7. min. 34. Mirere, cur nullam heic videoas observationem circa Mercurium: sed causas ipse refert ad auras, seu vapores, quos ille loci Wistula effundit; itemque ad Sphæræ obliquitatem, quæ ratiæ, inquit, sunt videre Mercurium. Quanquam ne inutilam hac in parte Astronomiam relinqueret, usurpavit deinceps treis factas circa Mercurium Norimbergæ observationes, unam à Bernardo Walthero, anno M. CCCC. XC. & duas à Joanne Schonero, anno M. D. IV.

Ex hisce ergo, quas & habuit observationum præcipuas, aggressus est, ac perfecit Opus sex distinctum Libris, quos *De Orbium Cælestium revolutionibus* inscripsit, quibusque est, instar Ptolemæi, singula docendo Geometrica methodo, totam Astronomiam complexus. Cùm PRIMUS porrò Liber in duas parteis dividatur, Posteriore quidem ea exposuit, circa doctrinam Sinuum, sive semissimum subtenfarum, chordarumve, quæ in solvendis Triangulis tam planis, quam sphæricis necessaria existimavit: at Priore exhibuit generalem Mundi ideam, sive descriptionem, juxta propriam Hypothesin, in qua motus Terræ, ut diximus, tribuitur. Scilicet, ubi primum docuit esse Mundum sphæricum, terram etiam sphæricam esse, & in unum globum cum aqua coire: ac insuper motum cœlestem esse æqualem, perpetuum, & aut circularem, aut ex circularibus compositum; tum docere aggregatur non dum rem videri consecutam, Terra-ne quiescat, aut circulariter moveatur. Nam quod spectat quidem ad revolutionem diurnam, perinde esse apparitum, seu Astra in occasiun ferantur, seu Terra alioquin

ac

in Mundi centro existens volvatur in ortum (ut antiquorum nonnulli opinati sunt) neque rem secus se habitaram, quām dum

Provehinet portu, terraque, arbēisque recedunt.


Esse aliunde absurdum motum potius tribuere continent, sive locanti, quale Cœlum est, quām contento, sive locato, cuiusmodi est Terra; & conditionem immobilitatis, quæ nobilior, ac divinior habetur inotu, Terræ potius, quam Cœlo assignare; ac motum in orbem denegare Terræ, quæ in orbe formata, patulaque sit; transferre verò ipsum in Cœlum, cuius quæ sit forma, quis finis, cognosci à nobis non possit. Non item esse rem consecutam, Terra-ne in ipso Mundi centro, an extra sit; cùm constet ipsam non esse in centro motuum Planetarum; & perinde sit, seu ipsa illis, seu illa ipsi adnuant, & abnuant. Aliunde verò, si Solis, ac Terræ vices perinutentur, & Soli quies, Terræ motus annuus, locusque inter Planetas tribuatur (ut rursus quibusdam antiquis est visum) futurum, ut Sol perinde appariturus perlustrare Zodiacum; ortus, occasusque Signorum sint perinde apparituri; apparituræ perinde fieri Errantium Stationes, retrogradationes, progressus; & majore quidem facilitate, præstantioreque ordine, & harmonia, quām supponendo oppositum.

Non valere autem, quod deducunt Terram, quia Cœli respectu puncti instar sit, rationem centri obtinere, ac ideo esse imobilem: Quippe debere hac ratione solum Terræ centrum esse imobile, neq; ullam aliam Terræ partem non imitari motum Cœli; eo modo, quo nulla est pars Cœli tam propinqua Polo, quæ non cum Cœlo reliquo pariter tempore, & pro spatiis quidecum ratione, volvatur. Non valere etiam, quod objiciunt, Terræ, ut gravi corpori, non congruere motum alium, quām rectum, & ad Mundi centrum: Quippe gravitatem esse affectionem non Terræ totius, sed partium ejus propriam, qualēm Soli etiam, ac Lunæ, cæterisque Astris convenire credibile sit. Id nimirū, cùm gravitas nihil aliud sit, quām naturalis quædam appetentia à summo Opifice partibus indita, ut in unitatem, integratatemque totius fese conferant, coēunt in Globi formam. Unde &, ut partes Lunæ, v. c. versus ejus centrum nituntur: ita Terræ parteis versus ipsius centrum nisi; neque propterea totam Terram magis rectè ferri in Mundi centrum, quām ipsam Lunam. Non item valere, quod instant, fore, ut nihil grave in destinatum deorsum locum, Terræ (sua circuitione)

locum subducente, ad perpendiculum caderet; utque nubes, & cetera in aëre pendentia viderentur semper ferri in occasum: Quippe terrena omnia, qualis est etiam terrenus aëris, mixtus ex Terræ effluxibus, totius Terræ naturam sequi, atque adeò, quæ in aëre sunt, unæ cum aëre, Terraque generali motu cieri; utcumque aliunde variè moveri, aut quiescere valeant (prosper ut qui eadem navi transferantur) speciatim autem incidentis ferri motu composito ex recto simul, & circulari. Non valere rursus, quod urgent, uni corpori simplici non nisi unicum simplicem motum convenire: Quippe id quidem verum esse de circulari motu competente non toti modo, sed partibus etiam, dum naturali in statu sunt, ac in toto quasi quiescent: at dum partes vel abducuntur, vel adducuntur ad ipsum totum, sicutque in statu naturali non sunt; tum supervenire circulari rectum, ac tam posse simul utrumque, quam ægrum, & animal, cohædere. Sicque, dum aliunde Aristoteles distinguit motus à medio, ad medium, circa medium; posse hos motus intelligi non re, sed ratione discretos, eo modo; quo punctum, lineam, superficiem intelligentiæ secernimus. Non demum valere, quod Ptolemæus ait, fore, ut si Terra diurno motu cieretur, præ vertigine celeritaté insuperabili dissipatum iret: Quippe, si Terræ innotus tribuatur, fore eum naturalem, ac toti in compositione optima conservando congruum: debere autem Ptolemæum id de Cœlo magis timere, cui vertiginem tantè immaniorem, quantò Cœlum est Terræ majus, tribuit.

Subinde verò coimmemoratis variis circa cœlestium orbium dispositionem opinionibus, eaque speciatim commendata, quod Venus, & Mercurius positum in medio Solem circumcurrent; hæcque causa sit, cur digredi ab eo non magis appareant, quam proportionem orbium convexitas ferat, arguanturque adeò suis motibus non Terram, sed Solem, ut centrum ambire; monet posse exinde occasionem sumi conjiciendi Martem, Jovem, & Saturnum non Terram, sed Soli, ut centro circumcurrere; modò id spatium relinquatur inter Martem, ac Venerem, per quod Terra etiam, cum Luna sua Pedissequa, circumcurrat. Scilicet ratione in Canonicas motuum id arguere, ac visibilem etiam magnitudinem, qua arguuntur nobis tam propinquæ, eum ipsis, Solique intercipimus, tam remoti, cum Solem ipsis, nobilique interceptum habemus, ut centrum proinde circuitus illorum ad Solem,

Solem, potiusquam ad Terram, instar Veneris, Mercurique pertineat.
Quare & cohærenter eam Mundi dispositionem (hocque Systema ejus
soleane, celebrisve Hypothesis est) ut in medio constituat immobi-



lem Solem, tanquam ipsius Mundi cor, lucernam, & quasi visibilem
Deum, qui familiam totam Astrorum circumpositam regat. Proxi-
mè Solem collocat Mercurium, qui ipsi circumducatur tribus prope
men-

mensibus : deinde Venerem, quæ novem : tum Terram, quæ duodecim, sive anno uno, idque cùm secum deducta Luna, quæ ipsi interim spatio mensu quo circumferatur. Mira sanè excogitatio, de qua sibi ipse fuisse gratulatus, si perspexisset, uti deinceps telescopio deteximus, quatuor pareis Lunas Jovi circumferri (ut in scieitate apposito representari curavimus) ne quid de cæteris dicatur. Collocat consequenter Martem, qui circumducatur annis duobus; subinde Jovem, qui duodecim; Saturnum tandem, qui triginta. Regioni autem Planetariorum circumponit Sphæram Fixarum, ipsam, ut Solem, immobilem, ac eâ distantiâ, ad quam Orbis magnus, per quem Terra circa Solem fertur, puncti instar sit, quod quidein admitti de Solo Terræ Globo solet. Nempe, quia Fixarum distantia in nullam proflus mensuram cadit, satius ducit illam assumere tantam, ut Phænomena debite salventur, quæm incurtere in tot labyrinthos, quibus implicantur, qui Terram in medio Mundi detinent, cum & aliunde heinc habeatur admiranda quædam dispositio, ac series, quoad situm, quoad motum, quoad molem Mundanorum corporum; qualis reperiiri in alio Mundi Systemate non possit. Exinde certè è re ipsa tolli, ac apparentiæ folium relinquì, illas Stationes, & Regressiones Planetarum; causamque appositam reddi, cur ex minores, frequentioresque, & diuturniores tandem, sint in Saturno, quæm in Jove; in hoc, quæm in Marte; in Venere autem, & Mercurio securus; cur apparens item magnitudo Saturni, Iovis, ac Martis, dum Soli opponuntur, tantoperè increbat; sed Martis potissimum, qui tum locum æmuletur, cum alias vix haberi par Stellis tertiaz magnitudinis possit; ac tale nihil interim in ipsis Fixis appareat, ob imminensam putâ illarum à Terra distantiam. Martem, ac Venerem; efficiturque adeò, ut Terra reipsâ percurrente Zodiacum, Sol percurrere è regione ipsum appareat; hoc est, ut si ipsa in Cancro, v. c. sit, Sol esse appareat in Capricorno; & ubi ipsa ex Cancro transit in Leonem, Sol ex Capricorno transire in Aquarium videatur. Tertium vocat Declinationis, Inclinationis, Reflexionis axis terreni; quo scilicet axis contra motum centri, seu in præcedentia ita nititur, ut in sui ipsius parallelismo semper continetur, ac efficiatur proinde, ut ipse quoque, qui & reipsâ est, ejus Äquinotialis parallelus sibi ipsi semper maneat; ac ut in assumpta Terræ parte, veluti hac, in qua nos sumus, tum dierum, noctiumque inæqualitas, tum vi-

cissitudo

cisitudo tempestatum contingat. Nam, si *Æquinoctialis Terra*, ipsius. ve planum in Zodiaci plano ferretur, nulla unquam talis inæqualitas, aut vicissitudo appareret: at quia, si concipiamus axem Mundi, qui transeat per Solem, & terminatus ad Fixarum Sphæram, Polos Mundi ibi constitutas, à quibus Mundi *Æquinoctialis æqualiter* distet; ac si, ubi *Æquinoctialis Terra* cum Mundi *Æquinoctiali* coaluit, & axis Terraæ axi Mundi parallelus fuit, concipiamus, Terra procedente per Zodiacum, non inclinari ipsum, sed quasi reflecti, & manere semper axi Mundi, sibive ipsi parallelum; *Æquinoctiale*mque Terrenum parallelum quoque Mundi *Æquinoctiali*, sive sibi ipsi manere; Quia, inquit, si id concipiamus, efficietur, ut assumpta pars Terraæ Solem in alio, ac alio situ videat, & ad unum Tropicum magis. ad alium minus illustretur; idcirò ea pars dies nunc breviores, nunc longiores; & nunc hiemem, nunc æstatem obtineat. Fit rursus, ut quia axis Terraæ ad Sphæram usque Fixarum produci intellectus, describet utrumque anno circumductu circa Polum Mundi circulum dicto magno Órbi, quem Terra describit, æqualem, & qui tamen, propter immensam Fixarum distantiam, puncti instar sit; idèo in assumpto Terraæ loco eadem semper Poli Altitudo appareat; quoniam seu Terra in Capricorno, seu in Cancro, seu alibi sit, ad idem semper punctum apparet oculus collineat. Fit deinde, ut Terra existente in Capricorno, non aliæ nobis Stellæ verticales, quæ existente in Cancro apparet; quod Poli altitudine invariata manente, manere & alia Cœli puncta invariata necesse sit: cùm &, si totus ille circulus, orbisve appearat ceu punctum; tantò magis oporteat Tropicorum distantiam, quæ pars illius est, apparere.

Atque hæc quidem est generalis Copernici Hypothesis; neque est necesse, ut ea, quæ specialius libris ceteris ediscerentur, attingamus. Nosse sufficiat, LIBRO II. tradere Copernicum ea, quæ de Doctrina Primi motus non prætereunda existimavit: illud tamen præfatus, Nemo vero miretur, si adhuc *Ornum, & Occasum Solis, & Stellarum*, atque his similia simpliciter nominaverimus: sed neverit nos confuso sermone loqui, qui posset recipi ab omnibus, semper tamen in mente habentes, quod.

*Qui terrâ vehimur, nobis Sol, Læsque transit;
Stellarumque rices redeant, iterumque recedant.*

QJ

Ad

Ad Libri autem calcem caput subjicit de exquirendis Stellarum locis, & Canonicam Fixarum secundum Longitudinem, Latitudinemque descriptionem adhibet: sed ex Ptolemyo nimirum desumptam; nisi quod quædam vel depravata, vel se aliter comperta habere, corrigit; & suo modo Abacum, quod ad Longitudines attinet, instituit. Cum illas enim Ptolemæus à puncto verni Äquinoctii, principioe dodecatemorii Arietis deduxerit, deducendas potius Copernicus censuit à Prima Stella Arietis, quod punctum Äquinoctii continenter mutetur, atque adeò longitudines ex eo numeratæ varientur; cum Stella Fixa existente, relatæ ad illam longitudines invariatae permaneant; ac ad habendum cujusvis Stellæ longitudinem, distantiam rve ab Äquinoctio, nihil aliud oporteat, quam distantiam addere, quæ pro tempore fuerit hujusmodi Arietis Stellæ. Heinc autem, quia talis distantia longitudine hujus Stellæ Ptolemæi tempore fuit grad. 6. minut. 40. Copernicus Abacum, Canoninve suum non alia ratione confecit, quam ex cujusque Stellæ longitudine detrahendo gradus 6. minut. 40. Quo paëlo Polaris, v. g. quæ in Canone Ptolemæi est graduum 60. minut. 10. in Copernico est 53. 30. Et quæ Spica in illo est 176. 40. in hoc est 170. 0.

LIBRO autem TERTIO de Annuæ revolutione tractatus, discrimen inter Annum Vertentem, qui ab Äquinoctio, Solstitiove est, & Sidereum, qui ab aliquo Sidere fixo defunxit, constituit. Nimirum, ex quo Hipparchus notavit motum quendam lentum Fixis quoque in ortum, sive in Signorum consequentia tribuendum esse, constituit Solem à Stella digressum, tardius ad illam regredi, quam digressum, v. g. à verno Äquinoctio, in idem Äquinoctium, ob promotam interea aliquantulum hujusmodi Stellam. Et certè, quæ Prima Arietis distabat solum ab Äquinoctio Ptolemæi tempore grad. 6. minut. 40. quemadmodum dictum mox est, deprehensa est à Copernico, anno M. D. xxv. distare jam grad. 27. minut. 21. Ceterum censuit Copernicus, non tam primam Arietis Stellam, & cohærenteis reliquas à puncto verni Äquinoctii, versus ortum incedere, quam ipsum Äquinoctii punctum, ut à Stella recedere, sic eam præcedere in occasum: Quare & hujusmodi motum non Fixarum Progressionem, sed Äquinoctiorum Anticipationem, seu Præcessionem appellavit. Ex eo autem hunc motum fieri, appareré docuit, quod Motus ille Tertius, cuius

revo-

revolutio annua quoque sit, non-nihil quotannis periodum centri præoccupet, fiatque adeò, ut Äquinoctia anticipare nonnihil, seu in præcedentia regredi videantur. Quia verò ad factas variis saeculis observationes attendens, deprehendens hanc Anticipationem inæquabiliter fieri; ac fuere aliunde observationes, ex quibus variari ipsius Zodiaci obliquitas deprehensa est; ideo fieri utrumque censuit ob libratilem, in nodum intortæ (penè hujusmodi ∞) corollæ, axis deflectionem, quæ illam nunc promoveat, nunc retardet; hanc nunc adducat, nunc abducat, consonantia mirabili. Hisce ergò fusè deductis, fusè quoque exsequitur, quæ spectant ad Theoriam Solis.

Sic verò etiam LIBRO I V. prosequitur fusè ea, quæ attinent tum ad generalem Lunæ Theoriam, tum ad specialem doctrinam Eclipsion. Ubi, quamvis Hypothesis circulorum Lunarium ab antiquis diversas assumat; quod spectat tamen ad generalem cursus Lunæ explicationem, diversum nihil idcirco habet, quod ipse quoque Lunam Terræ circumducat, & mensuræ Lunæ motus respectu, Terram veluti immobilem habeat; quatenus, licet transferatur, secum nihilominus Lunam transfert, ac revolutionis illius, quasi immotum centrum manet. Notandum dumtaxat, motum quoque menstruum circa Terram in ortum fieri, & per orbitum quidem ea ratione intersecantem Eclipticam, ut Phases, Eclipses, & cætera omnia per hanc Hypothesin perinde, ac per vulgarem exhibuantur. At LIBRO V. cæteroruin quinque Siderum Errantium Theoriam, & secundum quidem Longitudinem ita explicat, ut ex interducta ipsis Terra, Orbium ordinem, magnitudinesque consensu quedam mirabili, certaque symmetria connectat. Illud verò præcipuum est, quod unico anno Terra attributo circa Solem motu, Planetarum Epicyclos, cùmque ipsis Stationes, Retrogradationesque tollat, ac Planetis simplicis motus, qui circa Solem continentur, & absque ulla prolsus repetatione perficiantur, relinquit. Scilicet, quod Terra inter orbeis Martis, Jovis, ac Saturni, & velocius quideam, quā eorum quivis transferatur, necesse est, quoties quempiam illorum assequitur, propé eum transit, ipsum ponat faciat, & à tergo deserat; unde & ille regredi, seu oppositam ire viam appareat: dum procul verò, & quasi è regione incedit, tum ille appareat in eandem viam dirigi: ac dum in iis locis versatur, quibus ille fieri appetat aut ex directo retrogradus, aut ex retrogrado

directus, tum idem quasi consistere, fieri ve Statarius, seu Stationarius videatur. Quid vero Terra Veneris, Mercuriique orbeis circumeat, & segnius, quam illi circuitionem perficiat, necesse est, ut dum respectu nostri ultra Solem transeunt, eandem ire viam, seu in consequentia appareant; & dum citra, in contrarium, seu in præcedentia videantur; sicque ultrà directi, citrè retrogradi sint; & dum ex directis retrogradi, aut ex retrogradis directi evadunt, tum quasi directi esse conspiciantur. Dixi hoc Libro explicari Theoriam hujuscemodi Planetarum secundum Longitudinem: quoniam quæ est secundum Latitudinem, ea LIBRI VI. ultimique est argumentum.

Videtur porro Copernicus hæc omnia adumbrasse, ac penè dicam perfecisse, annum circiter M. D. x x. ac deinceps nihil aliud, quam die, ut sit, diem docente, quidpiam addidisse, detraxisse, immutasse; adeò, cum videri potuisset, satisfecisse ceteris: sibi tamen ipsi nunquam satisfactum putavit. Quinquennio certè post, Erasmus Reinholdus, cum in Peurbachii Theoricas præfaretur, & de Hypothesi Lunæ Ptolemaica sermonem institueret, verba hæc de Copernico, tacito licet nomine, inseruit. Tamen video quendam recentiorem, prefatissimum Artificem (qui magnam de se apud omnes concitavæ expectationem restituende Astronomie, & jam adornat editionem suorum laborum) sicut in aliis Astronomie partibus, ita etiam in hac varietate motus Luna explicanda dissentire à forma Ptolemaica. Tribuit enim Luna Epicyclum Epicyclis, &c. Illud prætereo, quod deinceps circa Octava Sphæræ motum habet, dum, Itaque, inquit, cum haec artes jamdiu desiderent aliquem Prolemaum, qui Labens disciplinas revocet; spero eum nobis tandem ex Prussia obtinisse, cuius divinum ingenium tota posteritas non immitterit admirabitur. Prætereo id, inquam, ut ob factam varietatis motus Lunæ mentionem, obserueni Copernicum in ea exploranda, & ad numeros reducenda studiosè præfertim incubuisse ab anno M. D. x v i. occasione Lateranensis Concilii, in quo fuit rursus agitatum de Reformatione Kalendarii negotium, de quo tractatum Jain fuerat & in Constantiensi, & in Basilicensi Conciliis; & cuius occasione postea Sixtus IV. accersiverat Regionontanum Romanum. Nempe, cum Patres Lateranenses congregationem quandam ad hoc delegissent, ipsique præfecserint Paulum Middelburgensem, Foro-Sempronensem Episcopum; is per literas Copernicum consuluit, & ut pro ea, qua erat peritia, & industria, operam conferret,

vche-

vehementer sollicitavit; additis etiam literis amici, collegaque ipsius Bernardi Sculerti ejusdem Warmiensis Ecclesiae Decani, Scribere que à Concilio delecti. Ac noluit tunc quidem Copernicus quidpiam non satis maturum proferre; sed recepit nihilominus in eo se invigilatum, ut quoad posset, negotium ejus momenti promoveret. Quare effectum est, ut negotium tunc quoque infectum remanserit, & Copernicus tamen sic le deprehendendis, definiendisque motibus Solis, ac Lunæ addixerit, ut denique potuerit in Operis nuncupatione Pontifici Maximo facta ominari suos labores Republicæ Ecclesiastice non planè inutileis exstituros. Qui certè Mathematici fuere deinceps, pro Decreto Tridentini Concilii, à Gregorio XIII. ad cunctationem Calendarii constituti, ejus laboribus usi sunt: ut vel indicat Caput illud, cui, non postremus sancte illorum Christophorus Clavius in sua Calendarii explicatione hunc titulum fecit, *De Periodo Anomalie Äquinoctiorum, & inaequalitatis annorum, ex Nicolai Copernici doctrina.* Sancte & quamvis illi Alpholinam anni formam retinendam censuerint: fecere tamen, quod ea fuerit reperta, quasi media inter maximam inaequalitatem, quam in diversis temporibus congruere Copernicus deprehendit.

In hac vero occasione licet Elogium heic adscribere, quod Vir magnum Capite id antecedente præmisit? Vnu, inquit Clavius, post bonum memoriam Nicolaus Copernicus egregius nostra etatis Mathematicus conferendo diligentissime suas observationes cum observationibus Hipparchi, Ptolemaei, Albategni, Alphonsi, ausus est, solertia sane incredibili, adhuc novi Hypothesibus, incrementum hoc, & decrementum anni Solaris demonstrare, & anni inaequalitatem ad certam, definitamque normam redigere, inventu per calculum ex suis Hypothesibus deponendum, annum Solarum, cum ad maximum magnitudinem exiret, paulo esse maiorem eo, quem Ptolemaio compertit, diem numerum 365. horar. 5. minut. 55. secund. 57. tert. 40. Cum verò maxime deceverit, paulo minorem esse eo, quem Albategnus reperit, hoc est, diem 365. minut. 4. secund. 55. tert. 7. ita ut, magnitudo annū Alphonsi media propemodiū sit inter maximam, & minimam magnitudinem. His est affine, quod idem habet in suis illis in Sphaera in Joannis de Socro-bosco Commentarijs, dum Nicolaus, inquit, Copernicus, Prutenus, nostro hoc seculo Astronomus restitutor egregius, quem tota Posterioris grato semper animo, tanquam alterum Ptolemaeum celebrabat, atque admirabat, conservens suos, &c. Sed hæc quidem post-modum Clavius.

Q. 3

Nunc.

Nunc, ut unum, aut alterum, ex contemporaneis virtutis famaque ipsius testibus proferamus, dicendus sanè cumprimis est Nicolaus Schombergius, Cardinalis ille Capuanus, cuius ad ipsum literas anno M. D. xxxvi. Calendis Novembribus datas, si in hunc locum inseruerimus, esse operæ-premium potest. Illæ itaque fuere hujusmodi. Cum mibi de virtute tua, constanti omnium sermone ante annos aliquot allatum esset; capi tamen majorem in modum te animo complecti, atque gratulari etiam nostris hominibus, apud quos gloriâ tantâ floreres. Intellexeram enim te non modo veterum Mathematicorum inventa egregiâ callere, sed etiam novam Mundi rationem constituisse, qua doceas Terram moveri, Solem inum Mundi, adeoque medium locum obtinere: Lunam se unâ cum inclusis sua Sphera elementis inter Marti, & Veneri Caelum suam anniversario cursu circum Solem convertere: atque de hac tota Astronomia ratione Commentarios à te perfectos esse, ac Erraticarum Stellarum motus calculis subductos in Tabulas consulisse, maxima omnium cum admiratione. Quamobrem, Vir doctissime, nisi ubi molestus sum, te etiam, atque etiam ore verbenter, ut hoc tuum invenimus Studiosis communices, & tuas de Mundi phara lucubrationes unâ cum Tabulis, &, si quid habes preterea, quod ad eandem rem pertineat, primo quaque tempore ad me mittas. Dedi autem negotiorum Theodorico à Reden, ut isteic meis sumptibus omnia transcribantur, atque ad me transferantur. Quod si mibi morem in hac re gesseris, intelliges te cum homine tui studio, & tanta virtuti satisfacere cupiente rem habuisse. Vale. Et sic quidem ille.

Aliunde verò dignum memoratu est, juvenem cordatum, ac pereruditum Georgium Joachimum Rheticum, Wittembergæ Mathefin docentem, celebritate illa viri, Hypothecosque ejus permotum, Professionem suam diuinisſe, illumque in Prussiam convenisse, ut ipſi adhæreret, ejusque discipulum se profiteretur. Factum id anno M. D. x x i x. idque non incio memorato Schonero Norimbergæ Professore Mathefeos, quem tanquam parentem colebat, & ad quem dedit etiam ex itinere literas, quibus recepit se, quamprimum liceret, significaturum eventus-ne famæ, & suæ exspectationi respondisset. Significavit verò deinceps, ac fecit satis tunc suis promissis, tum ipius Schoneri votis, cùni mensibus vix duobus, ac semissæ lapsis, prolixas ad illum dedit literas, quibus quid, quantumque ed usque profecisset, exposuit (unde & hanc Primam Narrationem dixit, quod ipsam scribens, alteram se conscripturum promiserit) atque id quidein, licet

licet non-nihil interquievisset à studiis, partim ob adversam non-nihil valetudinem; partim, quia invitatus fuerat à Tidemanno Gysio Culmensi Episcopo, ut unā cùm Copernico ad se Lobaviam accederet, ibique saltem aliquot hebdomadas cominoraretur. Non tacendum autem, quod mos ab initio sic est præfatu's; Princípio autem sic flatu's velim, doctissime D. Schonere, hunc Virum, cuius nōc operā uer, in omni doctrinariū genere, & Astronomia peritia Regiomontano non esse minorem. Libenius autem euan cum Ptolemao consero, non quod minorē Regiomontianum Ptolemao estimem, sed quia hanc felicitatem cum Ptolemao Preceptor meus communem habet, ut institutam Astronomie emendationem, divina adjurante clementia, absolveret; cùm Regiomontianus, beu crudelia sata! ante columnas suas positas ē vita migrarit.

Ut præterea autem Narrationem totam contineri duobus potissimum capitibus, quorum unum est explicatio eorum, quæ à Copernico Libro 111. ediscuntur (ille enim priores duos prætermittit, quod de Doctrina primi Motus nihil tradant insolitum; neque item de tribus posterioribus, quod tum de illis scripturus sit, cùm uberiorū evolverit, & cognoverit totum opus) alterum deductio, ac simul comprobatio Copernicæ Hypotheseos, occasione sumpta ex Sole, de quo Libro illo tertio agitur. Ut istud, inquam, atque adeò præcipuum Narrationis totius argumentum præterea, felice dūtaxat pauca quædam loca, quibus, quo censu Copernicum Rheticus habeat palam testatur. Ecce enim, ex. gr. Ego projecto, inquit, Reipub. & studiois omnibus, quibus D. Doctoris Preceptoris mei labor profuturus est, plurimum gratulor, quod nos certam diversitatis anni rationem habeamus. Et rurlius. Regnum itaque in Astronomia doctissimo viro D. Preceptoris meo Deus sine fine dedit: quod Dominus ad Astronomiæ veritatis restituationem gubernare, tueri, & angere dignetur: Ammen. Et cohærentur. Statui tibi breviter doctissime D. Schonere, integrum translationem motus Lune, & reliquorum Planetarum, quemadmodum Stellarum Fixarum, & Solis conscribere: ut quæ utilitas ex D. Preceptoris Libris ad studiosos Mathematicos, totamque posteritatem, volui ex uertrimo sente promanatura sint, intelligas: verum, cùm viderem opus impræsentiarum nimis excresere, peculiarem bac de re Narrationem instituendam duxi. Ac iterum, Interrumpo cogitationes tuas Clarissime Vir: video enim te, dum causas renovandarum Hypothesum Astronomiae à Doctore meo, excellenti doctrina, summoque studio indagatas audis, animo tecum cogitare, quanam tandem apta renascentis Astronomia Hypothesum futura.

futura sit ratio. Et statim, Proinde, si quisdam ad summum, principalemque finem Astronomie, sibi respiciendum statuerit, unde nobiscum D. Doctori Praeceptoris meo gratias habebit, cogitab. tque, & ad se Aristotelis illud pertinere, nē p̄p̄ dū d-elegans: αἰνίγματα, &c. Ac postea. Cām apud te anno superiori esset, atque in emendatione motuum, Regiomontani nostri, Peurbachij Praeceptoris ejus, tuos, & aliorum doctorum virorum labores viderem, intelligere primum incipiebam, quale opus, quantumque labor esset futurus, hanc Regiam Mathematicum Astronomiū, ut digna erat, in Regiam suam reducere formaque imperii ipsius restituere: verū, cum, Deo ita volentē, Speculator, ac testis talium laborum, quos alacri animo & sustinet, & magna ex parte superavit jam, D. Doctori, Praeceptoris mei sim factus; mi nec umbram quidem tantè molis Laborum somniisse video. Et mox. Hanc Platonū sententiam (Deo praesunte inventam esse) alii alter fortasse interpretabuntur; Ego verò; cum videam D. Doctorem Praeceptorem meum Observations omnium etatū cum suis ordine, cū Indices collectas semper in conspectu haberet; deinde, cion aliquid, &c. Promide, usi Deus illi pro sua benignitate motas hereticos indiderit, & tanquam manu per incomprehensibile alias rationi humana iter deduxerit, &c. Perpendamus itaque, ut incipimus & in reliquis Planetis D. Doctoris Praeceptoris mei Hypothesis; ut videamus, an constanti animo, & Deo praesunte, Vraniā ad superserperdixerit, suaque dignitati restituerit.

Sed hæc ne pluribus consector, attexerè foliū conclusionem juvat, ex qua liceat intelligi, Copernicum non novitatis studio, aut ostentandi ingenii causā; sed rebus ipsis sic exigentibus, aliā incessisse viā, quam veteres, ac Ptolemaeum potissimum, quem initifice semper coluit, illum eminentissimum Mathematicorum appellans, ut & Hipparchum, virum mira sagacitatis. Illa igitur se hunc in modum habet. Potrō velim te de dodifino viro D. Doctore, meo Praeceptore hoc statuere, tibique persuasissimum habere, apud eum nihil prius, nec antiquius esse quicquam, quam vestigia Ptolemaei ut insistat; nec aliter, ac ipse Ptolemaeus fecit, veteres, & se mutuiores multè sequutus. Dūm autem nē φανηρα, que Astronomum regunt, & Mathematica se cogere intelligeret, quadam preter voluntatem etiam ut sumeret: fatus interum esse putavit, si eadem arte in eundem scopum cum Ptolemeo tela sua dirigeret: etiam si arcum, & tela ex longè alio materia genere, quam ille assumeres: at hoc loco illud attripiendum, δῆ τὸν ἀνθεῖον οὐκ τὴ γραμμὴ τὸ μέσον φύλασσε. Ceterum, quod alienum est ab ingenio boni cuiuslibet, maximè verò à nulla Philosophica, ab eo, ut quip maximè, abhorret D. Praeceptor meus: tamētum abest, ut sibi à veterum philosophantium sententiis, nisi magnis de causis, ac rebus

rebus ipsis efflagitantiibus, studio quodam novitas, temere discedendum putabat. Alia est etas, alia morum gravitas, doctrinaeque excellitia, alia denique ingenii constitudo, animique magnitudo, quam ut tale quid in eum cadere queat: quod quidem est, vel astutus juvenilis, vel ratiocinatae operis, in diebus iuvenis (ut Aristoteles utar verbis) vel ardentiū ingeniotorum, qua à quolibet vento, suisque affectibus moverentur, ac regarentur; ut etiam, cetero obsequio excesso, quodcum obvium sibi attribuerint, & accertimē propugnent. Veritas vincat veritatem, vincat virtus, sumisque honestos perpetuā habeantur atribus, & quilibet bonus sua artu Artificiali in lucem, quod proficit, proferat, atque in hunc tueatur modum, ut veritatem quiescisse videatur. Neque vero D. Praeceptor bonorum, & doctorum ritorum iudicia unquam abborrebat, quo subire ulterò cogitat.

Hac ex Narratione Prima Rhetici, qui Secundam-ne conscripsit, an illa edita uspiam fuerit, an alicubi adhuc delitescat, asseverare non possumus. Editum duontaxat, cum hac Prima habemus Borussiæ, Prussiæ Encomium, quod idem conscripsit, unâque Warmiâ ad Schonerum misit, memorato anno M. D. XXXIX. ac IX. Calend. Octobris. Retinuit vero penes se utriusque exemplum, quod cum inseguente anno in Germaniam rediens, transmisisset ex itinere (Gedano, putâ, Dantiscole) in Rhetiam, ad amicum veterem, ac eruditum virum Achillem P. Gassatum, ipse Gassatus anno proximo, hoc est M. D. XLI. edi Basileæ utrumque curavit: & facta quidem, Narrationis præsertim Georgio Vogelino Philosopho, & Medico Constantiensi nuncupatione, cuius conclusio est, *Bene, mi amice, Vale, & me amando, vulgi hoc in negotio judicium ride: siquidem non dubium est, quin novitas ista absque rancore doctis omnibus tum grata, tum utilis aliquando futura sit.* Praetereo autem Vogelinum premissemus hoc ad Lectorem Decastichon.

*Aniquis ignota viri, mirandaque noſtri
Temporis ingenii ifte Libellus habet.
Nam ratione nova Stellarum queritur ordo,
Terraque jam currit, credita stare prius.
Artibus inventis celebris sit docta vetustas,
Ne modò laus studiis desit, honorque novis.
Non hoc judicium metuunt, limamque periti
Ingenii: solus litor obesse peteat.
At valeat litor: paucis annis ista probemur:
Sufficiet, doctis si placuerit viris,*

Rr

Cùm

Cum Rheticus verò ex Prussia regrediens adverxisset secum Tractatum quendam de Triangulorum tam Planorum, quam Sphericorum lateribus, & angulis, curavit subinde mandari ipsum typis, idque Norimbergæ, & nuncupatione Georgio Heřmano civi Norimbergensi facta, cuius postremam partem ecce. Hi, qui Ptolemeum explicare conatis sunt, multa de Triangulis commentarii sunt; & optarim certe exstant veteres Menelaum, & Theodosium. Nunc recens prodit lucubratio Regionontani, sed multò ante, quam hanc videre potuit Vir Clarissimus, & doctissimus. D. Nicolaus Copernicus, dum & in Ptolemeo illustrando, & in doctrina motuum tradenda elaborat, de Triangulis eruditissime scriptis. Scio tibi admirationi fore hoc scriptum, cum videbis quantas res, quam artificiosè complexus sit. Ut autem hoc tempore cederem, eo accidit, quid in enarratione Ptolemai nobis opus fuit Triangulorum doctrinā; Tibique eò dedicavi, ut te provocarem ad edenda, si qua in hoc genere habes, seu vetera, seu recentia. Huc accedit, quid audio amicitiam tibi Romæ fuisse cum Authorio fratre. Sed tibi, viro doctissimo, non minor est causa, quam hec, ad amandum Authorum, acerrimum ipsum ingenium, & cum in ceteris artibus, tum maximè in doctrina caelesti eruditio tanta, ut veteribus summis artificibus conferri posset. Ae gratulari huic artati debemus, tantum artificem reliquum esse, qui studia aliquorum accendat, & adjuyet. Mihi quidem judico rem nullam humanam contigisse meliorem, quam talis viri & doctoris confutudinem. Ac si quid unquam mea opera in hoc genere Respublica profutura esset, ad cuius utilitatem studia nostra referenda sunt, huic doctori acceptum referri volo. Itaque cum hanc lucubrationem, & ingeniosissime scriptam esse sciam, & ego eam propter Authoris memoriam magni faciam, velim te hoc munere magnoperè delellari. Lucubratiuncula porrò haec fuit deinceps inserta in ipsum Opus Revolutionum, ad calceum scilicet primi Libri, post Subtenarum Canonem, & comprehensa quidem Capitibus duobus, quorum prius, hoc est xiiij. septem Theorematibus; posterius, hoc est xiv. quindecim continetur. Fuit verò attextus huic Tractatulo Canon semisum Subtenarum, seu Sinuum, eo discrimine ab illo, qui in Operæ Revolutionum est, quod hic & supputatus sit solum ad Radium partium 100000. & procedat solum per dena minuta; ille autem sit supputatus ad Radium partium 1000000. & per singula minuta procedat.

Sed enim verò dicendum jam est de ipsius Operis editione, quæ facta illico pôst fuit, & ex qua tam serâ intelligi potest, quanta Author

thor fuerit moderatione animi , quod vix tempore ætatis extremo , viris , amicis , eruditisque impensè exigentibus fieri illam affenserit . Non profectò , quod societati generis humani invideret , si quid ex ea utilitatis redundare in commune posset ; verum quod solitus de se nihil magnificè sentire , provideret aliunde iri bene multos rei novitate offensos ; ac satius esse duceret cum solis amicis , & veri , & quique amantibus rem communicare , ac Pythagoreorum more , quasi per manus tradere , quam faciendo promiscuam , reliquorum clamores ciere . Certè , cùm inter cetera , is fructus exaggeretur , quem perceptura Ecclesia ex ratione motuum cœlestium demonstrata foret ; idèò condere Tabulas , quæ præstare rem expeditam possent , quæque proinde in omnium manus pervenirent , non abnuit ; verum id sine fontibus , unde derivatæ essent , demonstratis ; Alphonsinatum scilicet instar , quæ alia ratione ad nos transmisæ non fuerint . Tametsi id abunde visum cordatis amicis non fuit , maxiimèque optimo Gysio , cuius quæ fuerint Copernico tandem permovendo rationes , non erit forte importunum , si Rhetici verbis heic retulero , unà cum iis , quibus se Copernicus tuebatur ; quoniam tametsi futura sit exscriptio paulò superior , non videtur tamen res posse niuis exquisitè cognosci .

Is ergo Borussiam commendans , ac duos Meccenates præcipuos , quos in illa habuit recensens : Alter est , inquit , amplissimus Praeful , cuius sub principium mentionem feci , Tidemamus Gysius Episcopus Culmen sis . Ejus reverenda Paternitas , cùm chorum virtutum , & doctrina , quemadmodum D. Paulus in Episcopo requiret , sanctissimè absolvisset , ac intellexisset non parum momenti ad gloriam Christi adserre , ut justa temporum series in Ecclesia , & certa motuum ratio , ac doctrina exstaret ; D. Doctorem Praeceptorem meum , cuius studia , & doctrinam multis adhinc anni exploratam habebas , antè nos defluisse adhortari , quam illum ad hanc provinciam suscipiendam impulit . D. Praeceptor autem , cùm natura esset rurior , & videret Reipublica quoque literarie motuum emendatione opis esse , facile Reverendissimi Praefulius , & amici precibus cessit , & recepit Tabulas Astronomicas cum novis Canonibus se compositurum ; neque , si quis sui esset usus , Rempublicam (quod cùm aliis , cum Ioannes Angelus fecit) Laboribus defraudaturum . At quoniam jam olim sibi esset perspectum observationes suo quodammodo jure tales Hypothesis exigere , qua non tam eversura essent hactenus de motuum , & orbium ordine , rectè (ut quidem receptum , creditumque vulgo) disputata , & excusa ,



quām etiam cum sensibus nostris pugnatur, judicabat Alphonsinos potius, quām Ptolemeum imitandum, & Tabulas cum diligentibus Canonibus, sine demonstrationibus proponendas. Sic futurum, ut nullam inter Philosophos moveret turbam, vulgares Mathematici correctum haberent motuum calculum; veros autem Artifices, quos aequioribus oculis respexisset Jupiter, ex numeris propositū facile pervenituros ad principia, & fomēs, unde deducta essent omnia (quemadmodum quoque usque adhuc doctū elaborandum fuit de vera Hypothesi motu Stellati Orbis ex Alphonsinorum doctrina.) Sic fore, ut doctū liquido constarent omnia; neque tamen Astronomorum vulgi fraudaretur usū, quem etiam sine scientia solū curas, & expetit; atque illud Pythagoreorum observaretur. Ita philosophandam, ut doctis, & Mathematica initiatis Philosophia penetralia referuntur, &c.

Pergit Rheticus: Ibi tum Reverendissimus ostendebat imperfectum id numerū Republica futurum, nisi & causas suarum Tabularum proponeret, & imitatione Ptolemei, quo consilio, quāre ratione, quibuscque nixus fundamentis, ac demonstrationibus, Medios motus, & Prostaphareis inquisieret, Radices ad temporum initia conformaverit, insuper adderet. Ad-hec, addebat quantum hec res incommodi, & quos errores in Tabulis Alphonsinis attulerit, cūm coegeretur eorum placus assumere: ac probare non aliter, quām ut illi solebant, arrivis ipsa, quod in Mathematicis quidem nullum prorsus habet locum. Postrō, cūm hęc principia, & Hypotheses tanquam ex diāmetro cum Veterum Hypothesibus pugnent, vix incer Artifices aliquem futurum, qui olim Tabularum principia perspecturus esset, eaque postquam Tabula virtus, ut cum veritate consentienteis acquisiūssent, in publicum proferret. Non hic locum habere, quod sepius in imperiis, ac consiliis, & publicis negotiis sit, ut aliquando consilia occultentur, donec subditis, fructu percepto spem nequaquam dubiam faciant, fore, ut ipsi consilia sint approbatūti. Quantum autem ad Philosophos attinet, prudenter, & doctiores diligentiū seriem disputationis Aristotelice examinatūt, & perpensuros, quomodo Aristoteles, postquam pluribus se argumentis immobilitatem Terra demonstrasse credidit, confugiat tandem ad illud argumentum, Μαρτυρίῳ δὲ τούτῳ η τά σημεῖα τῶν Μαθημάτων λεγόμενα αφοῦ τὸν Αριστοτέλην τοὺς φαρισαῖς αυτοῖς μάθημάτων τὸ σχολεῖον, οἷς πέπονται τοῦ Αριστοῦ τούτοις, οὐκτὸν μίζουν παρέβει τοῦ γάτη. Postrō hinc secum constituturos, si hec conclusio premis̄a disputationib⁹ non poteris subjici, ne oleum, & operam impensum perdamus, potius vera Astronomia ratio assumenda erit. Deinde, reliquatum disputationum ap̄a solutiones indaganda, & recurrendo ad principia, diligētia maiore, parique studio

studio excuiendum, an sit demonstratum, centrum Terra esse quoque contrarium Universi; & si Terra in orbem Lune elevaretur, quod Terra partes avulsa non sui globi centrum adpetitur essent, sed Universi; cum tamen omnes ad angulos rectos superficie globi Terrae incident. Preterea, cum Magnetem videmus naturalem motum habere versus Septentrionem, diuinae revolitiones, aliquae motus circulares Terra attributi necessarii violenti sunt. Amplius, utrum posse tres motus à medio, ad medium, & circa medium actu separari, & alia, quibus Aristoteles, in fundamento, Timai, & Pythagoreorum placita refellit. Atque hæc, & hujusmodi secum perpendunt, si ad principalem Astronomia suam, & ad Dei, & natura potentiam, ac industria respicere voluerint. Quod si autem docti unique acrius, & peritacium suis principiis insistere in animo haberint, decreverintque; monebat Dom. Praeceptorem, se fortunam meliorem expetere non debere, quam Ptolemai cuius discipline Monarchæ fuisset, de quo Ayerroës, summus aliis Philosophus, postquam conclusisset Epicyclos, & Eccentricos in rerum natura omnibus esse non posse, & Ptolemaum ignorasse, quare veteres motus gyrationis posuissent, tandem pronunciat; Astronomia Ptolemai nihil est in esse, sed convenienti computationi non esse. Ceterum indoctorum, quos Græci οὐρανούς, αὐλαῖς, αὐλαῖς vocant, clamores pro nihilo habendos; cum negue istorum gratia ullus viri boni labores suscipiant.

Postremò ita Rheticus, Hū, & alii multi, ut ex amicis rerum omnium consciū compéri, eruditissimus Presul tandem apud D. Praeceptorem evicit, ut polliceretur se doctis, & Posteriori laboribus suis judicium permisurum. Quare merito boni viri, & studioi Matheumatum Reverendissimo Domino Culmensi magnas, juxta me, habebunt gratias, quod hanc operam Reipublica prestiterit. Atque hæc quidem sunt, quæ videlicet attingi ab ipso Copernico, cùm in sua illa Nuncupatione, Præfatione ad Paulum III. Pontificem Maximum, amicos recensens, qui se diù cunctantem, atque etiam reluctantem retraxissent, ubi meininit iam antè citati Cardinalis Schombergii in genere omni doctrinarum celebris; Proximus illi, inquit, vir mei amansissimus Tidemannus Gyssius Episcopus Culmensis, Sacratum, ut est, & omnium bonarum literarum studiosissimus. Is etenim sepernumerò me adhortatus est, & convitius interdum additis efflagitavit, ut librum hunc ederem, & in lucem tandem prodire suerem, qui apud me pressus non in nonum solam annum, sed jam in quartam novemviam latuisset. Sequitur porrò; Idem apud me egerunt alii non pauci viri eminentissimi, & doctissimi, adhortantes, ut meam operam ad communem studioforum Mathematicæ utilitatem, proper-



conceptum metum, conferre non recusarem diutius. Fore, ut quād absurdior plerisque nunc hac mea doctrina de Terra motu videretur, tanti plus admirationis, atque gratia habitura esset, postquam per editionem Commentariorum meorum colligimē absurditatis sublatam viderent liquidissimis demonstrationibus. His igitur persuasoribus, eaque spe adductus, tandem amicū permisi, ut editionem Operis, quam diu à me petiissent, facerent.

Itaque, præstito assensu, concinnavit primū, præfixitq[ue] Operi hujuscemodi Præstationem ad Pontificem Maximum, in qua ubi exposuit, quibus rationibus impulsus, reluctatus amicis fuerit; quibus adhortationibus permotus manus dederit; quibus inductus argumentis motum Terræ tribuerit: ac se dixit non dubitare, quin ingeniosi, atque docti Mathematici sibi adstipulaturi sint, si, quod hæc Philosophia imprimis exigit, non obiter, sed penitus ea, quæ ad harum rerum demonstrationem à se in hoc Opere adferuntur, cognoscere, atque expendere voluerint: tum postremū hæc subdit: *Vi verè pariter docti, atque indocti viderent, me nullū omnino subterfugere judicium, malui tua Sanctitati, quād cūquā alteri has meas lucubrationes dedicare; propterea quod & in hoc remotissimo angulo Terræ, in quo ego ago, ordinū dignitate, & literarum omnium, atque Mathematices etiam amore eminentissimum habeari; ut facile tua auctoritate, & judicio calumniantium morsu reprimere posui; et si in proverbio sit, non esse remedium adversus Sycophante morsum. Si fortasse etiam ignorabimur, qui cū omnium Mathematicarum ignari sint, tamen de illis iudicium sibi sumunt, propter aliquem locum Scriptura male ad suum propositum detortum, aut fuerint meum hoc institutum reprehendere, ac infestari; illos nubil moror, adeo ut etiam illorum iudicium, tanquam temerarium contemnam. Non enim obscurum est Latianum, celebrem aliquis scriptorem, sed Mathematicum patrum, admodum pueriliter de forma Terra loqui, cùm deridet eos, qui Terram globi formam habere prodiderunt. Itaque non debet mirum videri studiosis, si qui tales nos etiam ridebunt. Mathematica Mathematicis scribantur, quibus & hi nostri labores, si mihi non fallit opinio, videbuntur etiam Reipublica Ecclesiastica conducere aliquid, cuius principiatum tua Sanctitas nunc tenet. Nam non iam multò ante sub Leone X. cùm in Concilio Lateranensi vertebatur questio de emendando Calendario Ecclesiastico, que tum indecisā, hanc solūmmodo ob causam mansit, quod annorum, & mensium magnitudines, atque Solis, & Lune motus nondum sati dimensi haberentur. Ex quo equidem tempore his accuratiū observandis animū intendi, admonitus à præclarissimo viro D. Paulo Episcopo Sempronienſi, qui tum illi negotio*

negerio praeerat. Quid autem praefliterim in ea re, tua Sanctitatis precipiè, argue omnium aliorum doctorum Mathematicorum iudicio relinquo. Et ne plura de utilitate Operis promittere tuae Sanctitati videar, quād preflare possum, manū ad insitum trangeo.

Deinde Opus, Praefationemque optimo Gysio dedit in manus, ac, ut omnia pro libitu exsequeretur, illi copiam fecit. Gysius verò ad Rheticum, cuius & industriam, & affectum nōrat (imò & quicunq; antè ejus discessum sic convenerat) omnia uno fasciculo, & via quidem tuta in Saxoniā misit. Ille autem ratus editionem meliùs, quām Norimbergz non posse fieri, quodd tametsi ipse & præsens adefse, & operis præesse non posset, haberet tamen ea in urbe, & sui amanteis, & eruditos, clarosque viros, Schonerum, Osiandrum, & alios, qui in se lubentes eam curān reciperent; idcirco rem illeic peragi curavit. Andræas porrò Osiander fuit, qui alacriter id munus suscepit; ac proinde non modò operarum inspecto ruit, sed Praefatiunculam quoque ad Lectorem (tacito licet nomine) de Hypothesibus Operis adhibuit. Ejus in ea consilium fuit, ut, tametsi Copernicus Motum Terræ habuisset, non solum pro Hypothesi, sed pro vero etiam placito; ipse tamen ad rem, ob illos, qui heinc offenderentur, leniendam, excusatam eum faceret, quasi talem Motum non pro dogmate, sed pro Hypothesi mera assumpsisset; Est, inquit, Astronomi proprium historiam motuum cælestium diligenti, & artificiose observatione colligere: deinde causas corundem, seu Hypothesis, cùm verae aequi nulla ratione possit, qualescumque excogitare, & conjungere, quibus suppositis, idem motus ex Geometria principijs, tani in futurum, quam in præteritum rectè possum calculari. Horum autem utrumque egregie præstit hic Artifex; neque necesse est eas Hypothesis esse veras, imò ne versimiles quidem: sed suffici bovum, si calculum observationibus congruum exhibeant. Fuit verò & in hunc sensu invulgatum hoc distichon.

Quid tum, si mihi Terra movetur, Solque quiescit,

Ac Calum? Confar calculus inde mihi.

Cæterū editio perfecta jam erat, illiusque exemplum Rheticus ad ipsum mittebat, cùm ecce, ut optimus Gylius ad ipsum Rheticum re-scriptit, qui Vir fuerat tota ztate valetudine satis firma, laborare coepit sanguinis profluvio, & inequita ex improviso paralysi ad dextrum latus. Per hoc tempus memoria illi, vigorque mentis debilitatus. Habuit

Habuit nihilominus, unde ad hanc vitam & dimittendam, & cum meliore comunitandam se compararet. Contigit autem, ut oodem die, ac horis non multis, priusquam animam effaret, Operis exemplum ad se destinatum, sibiique oblatum, & viderit quidem, & contigerit; sed erant iam tunc alii ipsi curæ. Quare ad hoc compositus, animam Deo reddidit, die Maij xxiiij. anno M. D. XLIIII. cum foret tribus jam mensibus, & diebus quinque septuagenario major. Atque hujusmodi quidem Vita, hujusmodi Mors Copernici fuit.

Nunc, cum de ejus facie, corporisque habitu supereret quidpiam dicendum; nihil tamen licet jam nobis aliud, quam exhibere ipsius effigiem, cuiusmodi expressa habetur inter virorum illustrium, que apud Boissardum sunt cælatae, icones. Curavi solùm ipsi appendi diploidem pelliceam, qualēm se observasse Bulliædus noster memoravit in ea effigie, quæ Argentorati visitur, qua Ecclesiæ parte celebre horologium machinale exstat, qualeunque eximius Berneggerus, qui ante annos plus minus triginta advehit ex Prussia effigiem procuraverat, representari voluit in fronte Galileanorum Dialogorum, cum illos, postquam latinitate donavit, primū edidit. Huic sanè, quam exhibeo, non malè congruere videtur illud Nicodemi Frischlini cārmen,

*Quem cernis, vivo retinet Copernicus ore,
Cui decus eximium formæ par fecit imago.
Os rubrum, pulchrique oculi, pulchrique capilli,
Cultaque Apelles unitanie membrana figuræ.
Illum scrutanti similiens, familiisque docens
Afficeres, qualis fueras, ciam Sidera jufis,
Et Caelum constare loco, Terramque rotari
Fixis, & in medio Mundi Titana locarit.*

Nescio verò an sperandum sit, ut similis quoque sit illi, quam pinxisse olim sua ipse manu dicuntur, & qua dopatus Tycho ipsius in Mulso Uraniburgico collocavit, cum his subscriptis carminibus.

*Astere sublimi Terram, comitant Diana,
Curvere, ne Phebi posil-modè pellas equos.
Ipse sed in Mundi medio, solisque quiescens
Regali, jubet quoniam Olympi est.*

Nil

*Nil tamen , ut terras habitantibus inde novetur,
 Annus est paribus , necque , diesque rotis.
 Nunc vaga commodius volvuntur sidera in orbeis ;
 Multus u , & usque nil Epiculus agat.
 Quid siles , quod redibent , tardaque , citoque recurrant :
 Vtica nam cunctis Terra voluta dabit.
 Ille , vel invita , tantos Copernicus ausus
 Qui tribus Terra , corpore talis erat.
 Cur non ingenium potius depingitur , inquit ?
 Parte aliqua Calo pingitur ingenium .
 Parte alia terris , quamvis Calamque , solumque
 Tam magno ingenio par , nec utrumque fiet.
 At corpus , dices , spectatur imagine solum
 Dimidia , haud tanto sufficiente viro :
 Scilicet u , totani qui gesti in Aethera Terram ,
 Tota nec banc totum Terra vel ipsa capit.*

Quibus postremis versibus egregie allusit ad id , quod effigies hujusmodi parte in corporis superiore in solùm exhibebat. Prætero autem distichon , quod sub alia intra hypocaustum Stellæburgi in hunc modum habuit :

*Curriculis tritis diffise , Copernice , Terram
 Invitam Africorum flectere cogis iter.*

Cum dicendum quoque quidpiam videretur de ejus Studiis , ac motibus ; vix tamen etiam quidquam aliud , quām quod ex deductis intelligitur , memorare in promptu est. Par est nimis reputare , præciuum ejus studium in scientiis Mathematicis , sed Astronomia præsertim fuisse , in qua quid valuerit dicere superfluum , exstante præsertim illo Opere , in quo uno (ut de Persio dictum) sèpìus , quām in tota Amazonide Marlus , meinoratur. Quanquam attexere adhuc juvat , quod Rheticus præfando in novas (ac anni supra millesimum quingen-tesimum quinquagesimi princi) Ephemeridas , occasione eorum laborum , quos amore Astronomiz immensos exantlårat , habet , dum illius causà , Septentriones , inquit , subii , & inde contrario tractu in Italiam contendit , ubi puer aliquando cum meis fueram , quia fama erat de quibusdam extimis ; sed ab his , quantumvis celeribus , non nullum adjumenti allatum fuit studiis nostris. In Prussia ea didici , atque percepit de præclarissima arte Astronomia , dum

versor apud summum Virum Nicolaum Copernicum, quibus elaborandis, augendis, ornandis, ut neque vita, neque opera unius sufficere posat; ita me procurante jam habent ab ipso Autore studiosi earum artum ea absolta, atque edita, in quibus utiliter, & splendide exerceantur. Quod infuper autem testatus ad Schonerum Rheticus est, fuisse Copernicum in omni genere doctrina verissimum, id confirmat quidem, quod prodidit Gysius de illius in Græcis, Latinisque literis, ac Physis rebus petitia; at cum Physicum studium Mathematico suffulciret, tum cætera, quæ ad humaniorum literaturam attinent, videntur solùm illi fuisse quasi oblectamenta varia, ad quæ animum per graviores illas, profundioresque meditationes quali defessum, divertireret. Quod addit verò Gysius eum fuisse quasi alterum Æsculapium in Medicina habitum: id interpretari sic decet, quod singularia quædam remedia & probè calleret, & ipse pararet, & fœliciter adhiberet, ea erogando in pauperes, qui ipsum idcirco ut numen quoddam venerarentur; nam publicè quidem aliquin Medicinam facere, id præter ipsius institutum fuit. Prætereo, quæ varia ediscerere per Epistolas eruditas potuit; quarum dicitur sat magna copia fuisse nuper præ manibus præclaro viro Ioanni Broscio Professori Astronomo in Academia Cracoviensi. If-ne alias ediderit, cum mihi non constet; desiderarim saltem illam quam de Motu Octavæ Sphæræ scripsisse fertur ad Cantorem Cracoviensem Vapovium, unum scilicet ex veteribus condiscipulis, & amicis, quorum superius meminimus.

Quod attinet verò ad Mores, reputare etiam par est, quām bonus, quāmque humanus fuerit, vel ex insigni benevolentia, pectorisque quasi effusione, qua complexus Rheticum est, cuiusque adeò extollendæ, ille facere nunquam finein potuit. Ac visus est quidem non nullis austerior; sed dupli nempe quadam occasione. Una, quod tempus terere in rebus nihili non ferret, ac idcirco oīnnum consuetudinem, & confabulationem non seriam, nulliusque frugiaversaretur; neque, si in talen incurrisset, ipsi se præberet attentum; unde & nectere amicitiam, nisi cum viris seriis, eruditisque nunquam potuit. Celebrantur autem inter illos præcipui, tuin memoratus sæpe Gysius, Culmensis Episcopus, cuius jam ante Rheticus virtutem commendatam fecit; tum Ioannes Dantis Episcopus Warniensis, unus ex avunculi Lucæ successoribus, qui omni literarum genere excultus, ipsum,

ipsum, dōneç vixit, & maximi fecit, & summoperè amavit: obierat verò quadriennio antè, quām eò accederet Rheticus. Altera, quād cūm probitatis, fideique antiquæ foret, jus, & æquum rigidè tueretur, & deflecti ab eo nec metu, nec vi, nec prece, nec pretio ullatenus posset: ut intelligi vel ex eo licet, quod superiùs est insinuatum, cūm de infracta ejus mente circa bona Ecclesiæ ab injustis, potentibus usurpatoribus vindicanda. Cūm generosè porrò minas, technasque cæteras istorum pro nihilo habuerit, tum ad eam maximè non attendit, qua ii suscitârunt Ludi-magistrum Elburgensem, qui exhibitâ publicè comedîâ, illum, ut Aristophanes olim Socratem, traducerat, ac omnibus jocis, & scommatibus ob illam de motu Terræ opinionein, faceret multitudini exsibendum. Sanè verò; cūm idem posset, quod olim alias dicere, *Nunquam volui populo placere; nam que ego scio, non probat populus: qua probat populus, ego nescio:* perspecta nihilominus illius virtus adeò fuit, ut ipse potius Comicus exhibitus fuerit, & in bonorum interim incurrit indignationem. Visus aliunde, habitusque aliquibus Copernicus fuit ut novitatis studiosior, sic vanæ gloriae appetentior: verū sufficere ad hoc debent, quæ jam antè audivimus commemorantem Rheticum, de veneratione, ac studio, quo prosequutus est antiquos; tanto profectò, ut ab ipsis, nisi ob causas gravissimas, ac rebus ipsis efflagitantibus, esse discedendum putârit; adeò proinde, ut heic sufficiat verba illa repeter; *Alia oī etas, alia morum gravitas, doctrinaeque excellētia: alia denique ingenii celitudo, anumique magnitudo, quam ut tale quid in eum cadere queat.*

Unum interè prætereundum non est, Copernicum videlicet tantum absuisse ab ostentatione, illaque gloriae inanitate, qua se plerique abripi sinunt, dum, ut videantur quidpiam proferre exquisitum præceteris, ad minutias usque minutissimas res definiunt; quin professus potius perquām ingenuè fuerit, nihil habere se, unde illam tantam subtilitatem, præcisionemque polliceretur. Sed rem audire deinde ex eodem-met Rheticu juvat. Nam primum quidem, de Copernico loquens; *Suas, inquit, exquisiciones mediocres, non nimis esse voluit. Itaque consiliò, non inertia, aut radio defatigationis eas communitiones vitavit, quas nonnulli etiam affectârunt, & sunt qui exigant, qualis est Peurbachius in Eclipsium Tabulis subtilitas. Vides autem quasdam in his orationi curam ponere, ut planè scrupulose loca fiderum scrutentur; qui dum secundanis, &*

tertianū, quartanū, quintāniū minutiis inbiant, integrant interīm partēis praterētū, neque respiciunt; & in momentis tōr. quāriū sepe horū, non etiam nūquam diebus totis aberrant. Hoc nimurū est, quod in fabulis & sōpicis sū ab eo, qui jussū bovem amissam reducere, dum aviculis quibusdam captiāndis flūderet, neque his posuit, & bove etiam amissō privatur. Recordor, cūn & ipse juvenili curiositate impellebat, & quasi in penetrālia Siderum p̄venire cupiebat: Itaque de hac exquisiſione interdum etiam rixabat cum opimo, & maximo viro Copernico. sed ille, cūn quidem animi mei honesta cupiditatē delellaretur, molli bracchii objurare me, & horarii solebat, ut maximū etiam de tabula tollere descreveret. Ego vero, inquit, si ad sextanteis, qua sunt scrupula decem, veritatem adducere potero, non minus exsultabo animis, quam ratione Normæ reperia Pythagoram accepimus.

Mirante me, & amittendum esse ad certiora dicente; būc quidem cūn diffūlitate etiam p̄ventum iri demonstrabat, cūn aliis, tum tribus potissimum de causis. Harum primam esse ajebat, quod animadverteret plerasque observatio-nes veterum sinceras non esse, sed accommodatas ad eam doctrimam, quam sibi rūusquisque peculiariter constitutisset. Itaque opus esse attentionē, & industria singulari, ut quibus aut nihil, aut parum admodum opinio observatoris addidisset, detrahebat re, ea à corruptis fecerinetur. Secundam causam esse dicebat Siderum metrannium loca à veteribus non ulterius, quam ad sextanteis partium exquisita; & secundum hac tamen praeципē Errantum positus capi oportere. Pauca excipiebat, in quibus Declinatio Sideris ab Equinoctiali adnotata rem adjuvaret, quod de hac locus ipse sideris certius constitui jam posset. Tertiam causam haic memorabat; Non habere nos taleis auctores, qualeis Ptolemaei babuisset, post Babylonios, & Chaldeos, illa lumina artu Hipparchum, Timocharem, Menelium, & cateros; quorum & nos observationibus, ac praeceptis nisi, ac confidere possumus. Se quidem malle in iis acquiescere, quoniam veritatem profiteri posset, quam in ambiguorum dubia subtilitate ostentare ingenii acrimoniam. Haud quidem longius certè, vel etiam propius omnū absuritas suas indicaciones sextante, aut quadrante partis cuius à vero; cuius defectus tantum abesse, ut se peniteat, ut magnopere laetetur buc usque, longo tempore, ingenii labore, maxima contensione, studio, & industria singulari procedere posuisse. Merurium quidem, quasi secundum proverbium Gracorum, retinquebat in medio coniūcioem; quod de illo neque suo studio observationem esse diceret, neque ab aliis se accepisse, quod magnopere adjuvari, aut quod omnū probare posset. Me quidem nullū matrem, subjiciens, praecipiens, imprimis hor-sabat,

tabatur, ut Stellarum Inerrantium observationi operam darem; illarum potissimum, quae in Signifero apparent; quod cum his Errantium congressum, metari possemus, &c.

Ad Copernici obitum ut redeam, is sepultus fuit in ipsa Warmiensi Cathedrali Ecclesia, in qua vixit Canonicus, & in qua reliquit memoriam carissimam sui. Cum anno certe ab ejus morte trigelimo sexto, Cardinalis Hosius, idemque Warmiensis Episcopus obiisset, ac illustris Praeful Martinus Cromerus Polonicarum Historiarum scriptor fuisset in ejus locum suffectus, is non prius Episcopatus possessionem adiut, quam honoris dicens sepultum habere sua in Ecclesia, ac de ejus gremio, virum & apud indigenas, & apud exteriores tantæ famæ, imponi ejus sepulcro voluit Tabulam marmoream, ipsique insculpi Epitaphium hujusmodi.

D. O. M.

**R. D. NICOLAO COPERNICO
TORUNNENSI, ARTIUM, ET
MEDICINÆ DOCTORI.**

**CANONICO WARMIENSI,
PRÆSTANTI ASTROLOGO, ET
EJUS DISCIPLINÆ
INSTAURATORI,**

**M A R T I N U S C R O M E R U S
EPISCOPUS W A R M I E N S I S .
HONORIS, ET AD POSTERITATEM
MEMORIAE CAUSA POSUIT.**

M. D. LXXXL

Triennio etiam post, hoc est anno M. D. lxxxiv. dici non potest quanto honori verterint sibi Canonici, factam fuisse ex Copernico Tychoni occasionem destinandi ad se Eliam Olai, ut novis observationibus locum illustraret, unde & ipsum totu[m] mense soverunt per humaniter, & nobilis, eruditusque Canonicus Joannes Hannovius

Sf 3

disce-

descendenti etiam concessit, quas ad Tychoneum deferret, Ptolemaicas Regulas, apud se eo usque in Copernici gratiam, memoriamque studiosè adseratas. Rem deduximus in vita Tychonis, ac retulimus quo in pretio Tycho id instrumentum habuerit, vel eo solum nomine, quod exstirisset Copernici, quem ut illeic quoque adnotavimus, vix unquam sine elogio **E X I M I I , I N G E N T I S , I N C O M P A- B I L I S**, nominavit: proslus eo sensu, quo per idem tempus dictus à Josepho Schaligero fuit, *āmē mūtis dōzor spāttar, omni elogio major vir.* Quin retulimus etiam versus, quos penè *īdūmānārū* Tycho fudit, appensoisque instrumento voluit, hocce facto initio.

Ii, qualem nec Terra virum per secula multa.

Procreat, &c.

Nempe nihil necesse est illos hoc loco repeteret, cum reticendi tamen non sint, quos trevis post menseis iterum in Copernici laudem fudit.

Si robusta adeo fuit ingens turba Gigantum,

Montibus ut monteis imposuisse queat;

Hisque velut gradibus celum affectarit Olympum,

Quamvis in precepit fulmine talia ruit;

Omnibus his unus quanto Copernicus ingens,

Robustusque magis, prosperiorque fuit?

Qui totam Terram, cunctis cum montibus, astris

Instulit, & nullo fulmine Lasus abit.

Corporis hi sed enim temeraria bella movebant

Viribus; id poterat displicuisse lovi:

Is placidus, calam penetravit ac nimine mentis,

Menti, cum mens sit; Iupiter ipse favet.

T. BRAHE F. Anno M. D. LXXXIV. die 2. Octob.

An hisce verò paucula ex atiis carinina attexâ? En ex Nicolao Zoravio;

Iupiter ut vidit, quod mente Copernicus orbem

Contrà naturae iura creasset homo:

Vt vidit cœlum firma statione teneri,

Currente & Terra Sidera stare bene:

Anxius, atque memor quid possent bella gigantum;

Aut aliquem in terris fors superesse Deum:

E cunctis querit divisorum matribus, an sit,

Que tantum ducat se genuisse virum.

Nom

*Non sumus illius, Divae dixere Tonantia,
Sed lagellonis docta palestra parentis.*

En ex Brunone Seidelio;

Arctoo mea clara fuit doctrina sub axe;

Est ubi Sarmatico Prussia juncta solo.

Ipse nova celi motus ratiōne notari:

Certior hac prisca Regula nostra fuit.

Omnibus & doctrinā hac fundamenta probavi:

At mea te quedam nunc paradoxā movent.

En ex Joanne Scrobocovicio.

Cur metam Lachesis non ponis, Dia Mathefis,

Omnia ad exactos que revocas numeros?

Conditor ecce tuus moritur; Qui tempora mensus,

Debet haud ipsis cedere temporibus.

Supereft paucis heic subjiciam, quo fato ab Authoris morte Opus penē posthumum fuerit. Id quam-primum fuit evulgatum, magno applausu exceptum à peritis fuit. Nam vulgus quidein iimperitorum, hoc est rem non intelligentium, non illam modō de Terra motu opinionem absurdam habuit, sed demiratum etiam est, reperiri hominem potuisse, qui in id delirium incideret; At quibuscumque discutere, pernosseque rem datum fuit; ñ aut omnino in eandem concesserent, aut illi reliquere suam verisimilitudinem: aut suspexere sagacitatem, solertiamque, qua ille vir id systema aut excogitasset, aut Phænomenis adeò congrue, appositèque restituisset. Petrus certè Ramus, qui non tam specialem ipsius, quām omneis omnino adversabatur Hypothesēis, exoririque aliquem optabat, qui Astrologiam. Astronomiamq; sine Hypothesib; traduceret, sic de eo scriptum reliquit. *Estate nostra Copernicus Astrologus non antiqui solam comparandus, sed in Astrologia propè singularis, tota antiquitate Hypothesum rejecta, Hypothesi non illas quidem novas, sed tamen admirabilem revocabit, que Astrologians non ex Astrorum, sed ex Terra motu demonstrarent.* Et postea; Atque minnam Copernicus in ipsam Astrologia absque Hypothesib; constitue coagulationem potius incubuisse! Longè enim facilius ei fuisset Astrologiam Astrorum suorum veritati respondentem describere, quām gigantes enjusdam labores infiat, Terram movere, ut ad Terrā motū quietas stellas specularemur. Ut cùmque autem de Hypothesi foret, universē certe eruditis omnibus mirificè

mirificè placuit, fuisse laboranti Astronomiæ à tam perito opifice adhibitam medicam manum. Præ cæteris verò insignis per ea tempora Mathematicus, & Philosophiæ in Academia Wittebergensi Professor Erasmus Reinholdus, qui, cætera inter, jam ediderat eruditum illum in Theoricas novas Peurbachii Commentarium, cùm agnosceret Revolutionum opus partim materiæ difficultate, partim scriptio-nis brevitate esse aliquantò obscurius, idèò Commentarium, quo il-lustraretur, familiariusque redderetur, conscripsit. Et quia interim adnotavit posse Tabulas ubiores, exquisitioreque condi, quām fo-rent inscripti à Copernico Canones; idèò observationibus, demon-strationumque vestigiis retentis, ita retexuit cætera, ut labore denique sex, aut septem annorum incredibili, id opus exantaverit, quod Prutenicas Tabulas inscrisit, ut gratificaretur Alberto Marchioni Brandenburgico, suo Mecœnati, qui cùm in sua Ducali Prussia, ac civi-tate Regiomonte instituisset recens Academiam, pergratum habuit eas Tabulas eidem amplius condecorandæ ad Regiomontis meridianum reduci. Et quid movendum quidem fuerit, declarat in Nune-patoria ad Albertum Epistola, in qua Copernicus pro altero Atlante, aut Ptolemyo habetur; at in Præfatione specialius rem exsequitur, cùm hisce præmissis, Multorum annorum Observationes factæ ab ex-i-niū artificiis restantur ex usitatibus Tabulis cœlestium motuum non posse amplius calculum profiri cœlo congruentem. Magnam igitur gratiam debentus sienno viro Nicolo Copernico, quod & observationes suas multorum annorum vigiliis, & magna laboris assiduitate partim studiosi liberaliter communicavit, & collap-sam penè motuum doctrinam resistivit, atque in lucem revocavit, edito opere suo Revolutionum; Tum hæc subjicit. Verum, ut Geometrica ejus omnia, tanquam summis artificiis sunt perfecta, & plenè elaborata; & haud sciam, an quidquam melius in hoc toto genere doctrina profiri unquam posse; ita Langue interdum optimi Senis studium in numerorum tractatione res ipsa docet, si quis ac-curatè consideret Canones Prostaphereseos, & conferat ipsius inter se calculum, & observationes. Et postquam paucis aperuit, quid de suo præliteris: Causas verò, inquit, & rationem singularē compositionum exposuit in Com-men-tarii nostri, quos scripsi in Opus Revolutionum Copernici.

Et dolendū quidem hosce Commentarios minimè prodiisse in lu-cem; conatus est tamen Michaël Mestlinus ipsos ea parte supplere, que esse potuit de Orbium, Sphærarumque cœlestium dimensionibus, juxta ipsas in-

ipsasmet Tabulas, & ea Copernici sententia. Quippe relatos in Tabulas numeros retexere aggressus, methodo retrograda incessit, & quasi à fine ad initium perveniens, proportiones illas, & magnitudines comperit, juxta quas & essent numeri deducti. Unde & ratiocinatus est, Distantiam Lunæ medianam à Terra esse terrenarum semidiametrorum $59\frac{1}{2}$, maxima existente $67\frac{1}{2}$, & minima $51\frac{1}{2}$. Distantiam medianam Solis à Terra esse earundem $1160\frac{1}{2}$. Apogejâ existente, dum maxima eccentricitas est, $1208\frac{1}{2}$. Perigejâ $1111\frac{1}{2}$, & dum minima eccentricitas est, Apogejâ 1197 . Perigejâ $1122\frac{1}{2}$. Porro, & cùm Distantia media, seu semidiameter Orbis Magni fuerit 1160 . ratiocinatus est Distantiam medianam Saturni à Sole live centro Mundi, continere Magni hujusmodi Orbis semidiametros $9\frac{1}{2}$. maxima existente $9\frac{1}{2}$, minima $8\frac{1}{2}$. Jovis medianam $5\frac{1}{4}$. maxima existente $5\frac{1}{2}$, minima 5 . Martis medianam $1\frac{1}{2}$. maxima existente (& in minima quidem eccentricitate, ad quam solam Reinholdus attendit) $1\frac{1}{2}$, minima $1\frac{1}{2}$. Distantiam autem medianam Veneris à Sole, centroe Mundi, continere terrenarum semidiametrorum (revocare nempe ad has lubet, quotas ab illo assignatas, semidiametri Magni Orbis parteis) $83\frac{1}{4}$. maxima existente paulò minus, quam 875 . minima paulò amplius, quam 753 ; idque etiam in minima, ad quam solani ille respexit, eccentricitate. Mercurii verò medianam, earundem rursus Terræ semidiametrorum $414\frac{1}{2}$. maxima existente amplius, quam 524 . minima non omnino 305 . idque habito etiam solū minimæ eccentricitatis respectu. Denique circa Solem, ac Lunam ratiocinatus est, cùm Terræ semidiameter sit Milliarium Germanicorum 860 . & ambitus 5400 . esse Lunæ quidem diametrum eorumdem milliariorum 490 . ferè: ambitum ultra 1500 . superficiem eorumdem quadratorum 185300 . Solis verò diametrum 950 . ambitum proximè 3000 . superficie in, eorumdem quadratorum ultra 70000000 .

Quanquam hæc ut mittam, hoc de Tabulis solum addo, ubi ex fuerunt & consecræ, & anno M. D. 11. qui octavus fuit à Copernici morte evulgatæ, antiquatas penè fuisse Alphonsinas, uti & deductas ex ipsis Ephemeridas, cuiusmodi id temporis habebantur editæ à Joanne Stoflcro, una cum quinquennibus à Petro Pitato adjunctis. Desit quinetiam Rheticus ulteriores pertexere ex Canonibus Copernici nudis, qui jam specialemediderat in ipsum ejusmodi annum; maximè

Tt

verò

verò ubi inaudiit ipsum Reinholdum contexere novas suis ex Tabulis, non modò in eundem superioremque, sed in futuros etiam aliquot annos. Aggressus est etiam statim Joannes Stadius pertexere novas ab anno M.D. LIV. incipienteis; verumtamen quia deprehendit calculum per Tabulas Reinholdi esse exactissimum quidem, sed scrupulosissimum tamen; adeò ut laboriosâ molestiâ longum parturiret fastidium (quæ ipsiusmet verba sunt) ideo partiū, ut sibi viam subducendis calculis complanaret, partim ut studiosis, qui scrupulositatem illam causabantur, gratificaretur, Tabulas novas condidit, quas quia & Roberto de Bergis Leodiensi Episcopo inscripsit, & ad Bergensem medianum reduxit, Bergensem idcirco appellavit. Deduxit autem illas ex iisdem Copernicæ fontibus; professus Copernicum molitum id Revolutionum opus, quo nihil, inquit in Nuncupatoria, *hic orbis videt aut exquisitus, aut concinnus.* Et in Altronomiæ historia, ubi opinionis Aristarchi commeminuit, *Eadem,* inquit, *de Terra motione orbiculari, & Soli in medio Mundi quiescenti Hypotheseu nostri sculpi decus Nicolaus Copernicus assumpit, motuumque doctrinam singularem iyunetria, facilitateque admirabilem exstruxit.* Ac ibidem rursus, occasione difficultatum, quæ circa implexos octavæ Sphæræ motus, *Ecclius,* inquit, *in talis labyrinthi flexibus, ambagibusque implicatus Nicolao Copernico filum, ut se se explicet, portigenti immortales non habeat gratias?* Prætero porri cæteros Ephemeridum conscriptores, Leovitum, Mæstlinum, Origanum, alios; ac observo solum Maginum, cum conscribere & ipse vellat, Theoreticas priùs novas condidisse, sed traducendo nemp̄ illas ex hypothesi, opinionēque Copernici ad hypothesin, opinionēque coīmūnem de Terræ quiete, & cælorum motu. Atque hæc quidem omnia occasione ex Libro Copernici facta, quo deinceps & Baileæ, & Amsterdami recuso, nescio an alias evalerit in hoc genere doctrinæ celebrior. Profectò, tametsi ex quo Tycho Brahe ingenti, ac verè heroico ausu, est fæliciter exsequutus id, ad quod Copernicus, ut retulimus paulò antè, *multo momens, subiiciens, præcipiens, hortabatur Rheticum,* ut nemp̄ Inerrantium imprimis stellarum observationi operam daret; ac peregit etiam per annos benè multos Errantium, & Solis, ac Lunæ exquisitas observationes: Joannes verò Kepplerus ex ipsis Rudolphinas Tabulas incredibili labore construxit, & occupat quoque ex his Tabulis deducere Ephemeridas, quas preclarus vir Laurentius

rentius Eichstadius prosequutus uberiùs est; Tametsi, inquam, ex hoc tempore & Copernici Canones, & Tabulae Prutenicæ, & deducere exinde Ephemerides non perinde in usu sint; non idcirco tamen Copernici Liber suam amisit gratiam, ob vigentem in ipso illam de partium mundi dispositione, ac motu Terræ hypothesin, quæ familiam celebrem dicit. Memorandi hec aliqui præcipui ex ejus Sectatoribus viderentur; sed partim ii sunt abundè perspecti (leu fato pridem, nuperque funeti, seu etiam-nun superstites) partim nominari detrectant, ne eile videantur parùm reverentes decreti, quo sacra Cardinalium Inquisitorum congregatio illam improbabile ante annos viginti in Galilæo dicitur; & de quo, ut accipio à verè bono, eruditior ex Societate Jesu viro Petro Burdino Professori Mathefeso, magnus ex eadem Societate vir Joannes Baptista Ricciolus Tractatum, Apologia in istar, conscripsit recens, ac inseruit in suum illud Almagestum, quod habendum quasi promptuarium, thesaurusque ingens totius Astronomiæ sit. Quare præstat potius, occasione ejus, quod Keplerius ait, eum suis thelaurum inventum à Copernico, cuius ipsemet pretiuin ignorârit, connumerare aliqua ex iis, quibus ab illo non cogitatis ipsa ejus Hypothesis occasionem deinceps fecit.

Heinc ergo videtur suis primùm facta Guillelmo Gilberto occasio cùdendæ, atque invehenda Philosophia Magneticæ, quatenus Terram magnum Magnetem, & Magnetem Terrellam, seu parvam Terram habuit; ac à diurna Terræ circa suum axem verticitate pendere eam, quæ est in Magnete, magneticisque corporibus, statuit. Videtur & facta non Origano modò, conjectandi Marinum æstum à revolutione Telluris diurna procedere; sed Galilæo etiam edifferendi specialius causam affectionum æstus variarum, tuu ex diurno, tuu ex aliis motibus ipsi attributis. Videtur facta ipsi Kepplerio commiscendi causam motus Planetarum esse ipsum Solem; quatenus in medio illorum existens, & circa axem suum convolutus, emitit, ac simul in orbem circumducit radios species, quibus Planetas circum-agat, propiores celerius, remotiores segniter, prout illic stipiator, heic disparsior vis. Videtur quoque eidem facta excogitandi, attribuendique Planetis Ellipticas vias, & occupante quidem Sole, centri vice, alterum focorum, ad quem accessus, recessusque, Eccentricos simul, & Epicyclos suppletat, ac Planetarum semitas unas, simplificisque



ceisque designet. Videtur rursus eidem facta reputandi Cometsrum ductus Trajectiones esse rectilineas, ac declarandi idcirco qui fiat; ut quæ sunt illorum propriæ semitæ, nullatenus interturbentur diurnis revolutionibus; ut quæ non reipsâ illis competant, sed à visu una cum Terra circumvoluto affingantur. Et facta quidem etiam per Tychoneum libertas trajiciendi per ætherea spacia; verum videtur quoque facta Tychoni occasio à Copernico constituendi Systema illud, quod reipsâ nihil aliud est, quam Copernicanum invertsum; cum seu Terram Soli, seu Terræ Solem circumducas, omnia perinde disponantur, & perinde appareant. Saltem occasio exinde facta Longomontano, Origano, & aliis, detinendi quidem cum Tychone Terram in centro orbium Lunæ, Solis, Affixarum, atque adeò Mundi; at revolvendi tamen ipsam dietim circa proprium axem, ad eximendum cœlestia omnia à diurna illa circumrotatione. Adhac, statim ac Telescopium detectis Phæsis Veneris, facta in promptu causa est ex ipsa orbium dispositione. Statim ac detecti satillites Jovis, patuit analogia illorum cum Luna, quæ sit perinde Terræ satelles; atque ita de ceteris. Et de Vita quidem Copernici satis.

F I N I S.

G E O R G I I
P E U R B A C H I I,
E T
I O A N N I S M U L L E R I
R E G I O M O N T A N I
Astronomorum celebrium
V I T A.



GEORGII PEURBACHIL
E T
IOANNIS MULLERI
REGIOMONTANI
V I T A.

Per PETRUM GASSENDOUM,
AD
IOANNEM CAPELLANUM
Amicum suavissimum.

Ra m penè jam de tabula manum, mi CAPELLANE, elatus, cùm téque, & nostro MENAGIO, illo officiosissimo, candidissimóque virorum, dignatis pro solita vestra humanitate invlere me, ac te quærente qui se haberet tum vitæ Tychonis editio, tum cœpta, hortatore te, Copernici vitæ conscriptio, respondi illud, *in 70. ap.* Ipse & gratulatus es, & inter conserendum sermones, cœpisti, occasione hypotheseos, etiam ante natum Tychonem, à Copernico insinuatæ, quâ esse fluidos, liquentisque ætheris campos necesse sit, cœpisti, inquam, præter morem, non-nihil stomachari in Peur-

Peurbachium, quasi in authorem farraginis tot illorum Eccentricorum, Epicyclorumque solidorum in celum inductarum. Cum Menagius verò audire ex me vellet, quid id rei foret, de quo expostulares, cœpi ipse ediscere, antiquam esse opinionem, quod non, ut aves in aere, aut pisces in mari, ita sidera (ac speciatim Planetarum) ferantur per celum, spatiis liberis; sed infixa sint Sphaeras solidis Terram circumambientibus, quæ circumrotatae, ipsa circumducant. Fuisse hoc facile defensu Eudoxo, Callippo, Aristoteli, qui, licet explicandis variis Planetarum motibus, plureis singulis Sphaeras assignarent; concentricas tamen omneis Terræ habebant, ac reputabant quemque Planetam circumvehi semper in eadem à Terra distantia: at cum deinceps ab usque Hipparcho, & Ptolemyo comprehensum fuissest Planetas nunc evectiūs, nunc depressoꝝ Terram circumire, visum simul fuisse id fieri, sine confractione solidarum Sphaerarum, si quæ essent, non posse. Et Astronomis quidem fuisse satis, imaginari, supponereque circulos, sive orbitas à Planetarum corporibus, quomodo cumque id fieret, descriptas: verum non fuisse perinde satis ipsis Physicis, & Peripateticis præsertim, idque ob reverentiam Aristotelis, abs quo admissæ solidæ Sphaerae; quare & illis fuisse cordi, reperire quemadmodum ista Planetarum evectio, ac depresso cum soliditate Sphaerarum constaret. Cum variis proinde Astronomi varia, seu quia ipsis Physici, seu quia vellent Physicis satisfacere, coininiscerentur, quæ incohærentia tamen omnia forent; exortum fuisse ante annos ducentos Georgium Peurbachium, qui unicuique Planetarum unam Sphaeram, utraque (hoc est tam devexa, quam concava) superficie concentricam tribuens, eam assumperit ejusce crassitudinis, ut esse intra ipsam excavati possent Eccentrici orbes, & Epicycli, quorum circumductibus, alligati ipsis Planetarum nunc sublimius, nunc humilius circum Terram irent. Fecisse id illum tanto applausu, ut Astronomis æquè, ac Physicis mirè placuerit; utque proinde cœperit statim ejus Liber Theoriae inscriptus, & publicè prælegi, & commentariis illustrari. Et ex cogitationis quidem deinceps à Copernico, Tychoneque Hypothesibus, factasque ab isto non Planetarum modò, sed Cometary quoque per ætherea spatia discurrentium observationes constare non posse cum ejusmodi ullis seu concentricis, seu eccentricis orbibus; sed interim tamen non esse exhibendum Peurbachiūm, cum in eo potius commendanda ingenii dexte-

dexteritas sit, qua pro eorum temporum captu (vigebat enim adhuc barbaries, nemque non erat soliditatem ceterorum persuasus) solenter adēd Physicam cum Astronomia conciliavit.

Hisce deductis, adjeci quoque, eam deberi Peurbachio gratiam, quod Astronomiam penè demortuam in hanc lucem reduxerit, & cūm alia, tum maxime illum Regiomontanum veluti parturierit, à quo per Germaniam hæc studia accensa ita Copernici, & Tychonis oculos percelluerint, ut non modò præsumere, sed asserere etiam penè liceat, nisi existisset Peurbachius, futurum fuisse, ut neque Copernicum, neque Tychonem jam haberemus. Id tu, ut rem novam demiratus, & percontatus tum de Peurbachio, tum de Regiomontano varia, præstatuſ es, pro tua illa insigni comitate, veniam, si provocare adhuc me ad conscribendum aliiquid de utriusque vita auderes. Me quā vultu, quā voce abnuente, quali nemp̄ hujuscemodi ſcriptionis genus jam pertinſo, atqui, ô bone, inquit Menagius, tam gratiosè te communis noster interpellat, ut reluctari non debeas; & quia ipſe cum illo faciam (vide quantum mihi de noſtra amicitia pollicear) dicere ausim, ut non valeas. Ego tum humeros conducens, ne Hercules quidem, inquam, contra duos; Tu verò, quaſi consilii ratione in reddens, subjunxiſti, attendere te, fore ex rebus à me deductis, ut hocce trium, aut quatuor vitaruin quaſi fasciculo contineretur historia non mala cœptæ instaurari Astronomiæ, à Peurbachio, ad Tychonem usque. Et cūm ipſe rei fore nimis præposterain regererem, si ab ipſo fine exorsus, in principiū desinere, ſicque ~~et~~ ~~et~~ peccans, nihil aliud, quām redire; exceptisti, quoquāmodo res se haberet, foto non male. Cūm, promota jam nimirū editione, rem invertere non foret, futurum, ut si aliquando opus à me retractaretur, poſset concinnius digeri, & à carcere, quod ajunt, tendere in metam. Neminem futurum, qui sit æqui amans, & noscendorum hominum benè meritorum studiogus, cui non placeat inversè, potiusquām nullo modo habere; cūm & quæ ſeorsim juvent singula, ea diſplicere collecta non poſſint. Exceptit & optimus ille, dñe me minime me, quod eximius noster Petrus Puteanus, ~~et~~ ~~et~~ ſolitus erat dicere, eum, qui prima vice typis quidpiam mandat, nihil aliud, quām confusaneam chartam in mundam velut transcribere, ut nævi omnes clarius appareant, quibus sublatiſ, altera vice opus caſtigatum prælo committatur. Ut breve faciam, hoc

V u

quo-

quoque onus, volentibus vobis, sic subii, ut jam operi manum admoveas, provideam me non quasi duas, sed quasi unicam vitam conscriptum. Quippe tanta fuit in iis duobus viris vita, animorumque conjunctio, ut quanquam à priore natu exordiendum, in posteriore obitu desinendum sit; quæ dicenda tamen de utroque sunt, uno deducenda tenore videantur. En igitur tenui sic aggredior.

GEORGIIUS PEURBACHIUS, seu DE PEURBACH, cognomen id habet, non à familia nomine (quod quale fuerit ignoratur) sed à natalitio oppido Peurbach, quod quia situm est in Austria, Bavariaque confiniis, idcirco nunc Austriacus, nunc Bavarus, & Noricus, nunc à natione Germanus habetur. Scripsere Posteriores, literâ elisâ, PURBACHIUM; sed nos & priores operum ejus editiones, & eos, qui primi illum citârunt, speciatimque Regiomontanum ipsius discipulum sequimur. Natale ejus tempus refertur ad annum Domini m. cccc. xxi. diem mensis Maii xx. ac horam à meridie, 111. De prima ejus institutione hoc solum innotuit, quod maxima ingenii felicitate præditus, & ad laborem impiger, evaserit brevi humanioribus literis, quantum vigens adhuc sculi barbaries tum patiebatur, eruditus; ac maturè etiam Philosophiam, quæ tum docebatur, ita arripuerit, ut fuerit insigni cum laude Magister Artium in inclita Viennensi Academia creatus. Fertur fuisse Theologiz quoque non levi cognitione imbutus; at cum cœpisset à puero quadam Matheseos notitia tingi, ita se deinceps huic Philosophiae parti addixit, ut celeritate incredibili eam totam eximiè calluerit. Versabatur adhuc in ipsis juventutis initiosis, cum celebriores per Germaniam, Galliam, ac Italiani Academias invisiere instituit. Quacumque iter fecit, admirationi fuit; & cum viros commemoraret, quos suscepisset maximum, quorunque expertus summan benevolentiam susserit, censebat in ipsis tum Nicolaum Cusanum, Sancti Petri ad Vincula Cardinalem, operibus variis, inscriptisque præsertim De docta ignorantia, valde celebrem: tum Joannem Blanchinum Bononiensem, cuius Tabulas Astronomicas Lucas Gauricus longè post adactas fecit publici juris. Scilicet ipsum Cardinalis non modo per Germaniam Legatus versans plurimi fecit: verum Roum quoque & domo exceperit, & nullis non votis, ut penes se vellet consistere,

fistere, optavit. Blanchinus autem Ferraria degens, mira ejus eruditio, facilitateque docendi perspecta, expetiit, ut ibi aliquandiu Astronomiam prælegeret, ac ut invitaretur etiam ad docendum Bononiæ, Pataviique procuravit. Quippe avebat præclarus vir, ut *juventus Italicæ* vel *lolo ipsius exemplo ad artis nobilissimas capessendas accenderetur. Et fecit ille quidem satis senescens jam viri optimi votis; sed tamen quasi in transcurso; ut-pote qui Viennam semper cogitaret, unde, nonnisi facta spe & redeundi, & Academiam illustrandi discesserat.*

Reversus itaque, diu non fuit, cum suffragiis communibus Profes-
sionem in Academia Mathematicam est aggressus. Et poterat quidem
obstare, ne fixam Viennæ sedem haberet, gratosissima Ladislaï Hungarizæ Regis invitatio, qui & ipsum ultrò delegit, conscriptisque in
Astronomum, & amplissimum simul honorarium ut constitvere, ita
facere illi ratum voluit: verùm benevolentia, munificentiaque Imper-
atoris Friderici III. unà cum amore Academizæ, jucundaque ami-
corum consuetudine, ut Viennæ hæreret, efecit. Cum auditores por-
tu, quæ forent capti faciliora, doceret; tum animo semper volvebat
quidpiam ex iis, quæ videbantur in hisce artibus abstrusiora; ac incessit
illi præsertim cupido instaurandæ Astronomizæ, quam doluit jam pri-
dem neglectam jacere. Coepit verò ab eo conatu, quo emendare ad-
nixus est interpretationem Latinam ex versione Arabica fāctam vo-
cati Almagesti, seu Magnæ Compositionis Ptolemzii; non ope sānè
Græci contextus (debet quippè ipsi Græcz lingue, cuius nulli tunc
Doctores èrānt, peritia) sed ductis validissimis ex meditatione profun-
dissima mentis Authoris conjecturis. Quare & nisi potuit scopum
undequāque attingere; pertinaci saltē labore id evicit, ut Ptolemzii
non modò sententias, sed penè etiam verba memoriam teneret. Quæ
interim partim dictavit, partim amicorum rogatu, sponteque etiam
sua conscripsit, quantum nosse licuit, hujusmodi fuere. Imprimis qui-
dem Opūculum, quod & introductoriū in Arithmeticam appellā-
vit, ac subinde Tractatus varii, ad Gnomonicen, horologiorumc tum
affixorum, tum portatilium descriptionem, fabricamque spectantes;
confectis ad hoc Tabulis pro varietate climatum. Èodem spectat
etiam Libellus cum sua Tabula de altitudinibus Solis; spectant & Astro-
labici canoncs; cum Tabula de Parallelorū ad singulos gradus Äqui-
noctialis

noctialis proportione. Deinde, ut erat industrius, tum solidas Sphaeras, Globosve cœlestes confecit; tum non modò illoruin fabricam, usumque exposuit, sed adjectit etiam novam Tabulam Stellarum fixarum, addita nimirum longitudine, qua unaquæque Stella à Ptolemæo ad medium usque saceruli illius increverat. Confecit & varia alia instrumenta, quæ inter, fuit Gnomon, seu Quadratum Geometricum, cuius etiam fabricam, Canonesque; & Tabulan ad illius usum conscriptis, transmisitque ad Ioannem Archiepiscopum Strigonensem, Prælatum Hungariae primarium, totiusque Regni Ministrum præcipuum, qui Peurbachium maximi faciens, ipse eruditissimus, unum ab illo postularat. Et vide ingenuam, familiaremque Præfationem. *Gnomonem*, quem dudum fieri postulabas, optimè Presul, nunc ligno factum accipe. Post, si vales, ex metallo sicut alter usus facilior, aprior, & accommodatior: Nam illo jam perfecto, dum ejus usum exercerem in altitudinibus considerandis, via venit in animum, qua factius effici potest opus, atque magis accommodatum. Exorcitionem enim est, quo reddimur doctiores. Nunc tamen, donec alter absolutus ad te veniet, ligneo contentus sis, cuius compositionem, usumque heic volui describere. Fiant primium, &c.

Ad-hæc, non modò collegit varias primi Mobilis Tabulas, sed quasdam etiam novas adjectit; ac, alia inter, excogitavit, condiditque novam Sinuum Tabulam, per minuta dena procedentem, ac sinu toto partium 6000000. supposito; quam deinceps Regiomontanus per minuta singula extendit. Præmisit verò illius Peurbachius Tractatum de Sinibus, & Chordis inscriptum; brevem illum quidem, sed qui primus tamquam occasionem fecit perficiendi sensim rationem Trigonometrici calculi: ut proinde mirum non sit, si aucturus de Sinibus Christophorus Clavius colligere se Sinuum, chordarumque demonstrationes profiteatur, ex Ptolemæo, Peurbachio, & Regiomontano. Et quodcumque quidem Sinus totus assumetur adhuc cyphris ad 6. non ad 1. adhibitis, id Ptolemaei occasione inductum servari mos erat. Nimirum, quia ille maximam chordarum, semidiametrumve 120. partium habuerat, cœperant, qui deinceps dimidia chordarum, Sinuum nomine, usurparant, habere Sinum totum, Diametrumve partium 60. & quia subdivisio hujusmodi partium in prima, secunda, & tercia videbatur incommoda; satius esse Peurbachius censuit, unum, simplexque genus partium, particularumve habere, ut haberi posse est

est visum, si Sinus totus supponeretur semel divisus in partes non solum 60. sed etiam 600000. ex qualibus ceteri sinus per totum Quadrantem deduci constarent. Quod aliunde vero praetiterit etiam novi aliquid, cum parteis hujuscemodi per dena Quadrantis minuta, sextanteisve graduum subduxit: inde arguitur, quod cum Ptolemaeus supputasset solum per semiisses graduum, tricenavae minuta: alii deinceps praetitisce magnum aliquid videbantur, si rem ad quindena, quadranteisve graduum deduxissent. Sic de se Joannes Fusorius nostras, ipso Peurbachii tempore, sensit, cum Carolo VII. nuncupavit Tabulas, quarum Codicem ms. communicavit mecum religiosus, ac eruditus e Societate Jesu vir Philippus Labbeus, ut ceteris, sic chronologiae, historiaeque studiis clarus. Et sunt ex quidem solum computatae ex chorda tota, maximave partium 120. supposita, & tota, maximove sinu supposito partium 60. verum adhibentur ipsis partibus scrupula ad usque sexta, septimaque, ac apponuntur continuo ipsorum differentiae primae, secundae, actertiae. Porro, quia facta Nuncupatio id coelestium rerum studium manifestat, quo Rex inclitus fieri apud nos ea procurabat, que per ideam tempus Peurbachius moliebatur in Austria (nempe ille totidem penes, ac iisdem annis regnavit, quibus iste vixit) quatenus cordi habuit, ut suo hoc in Regno observationes fierent, ex quibus meliores, sanoresque Tabule, quam Alphonsinæ forent, conderentur: an-ne nimis præter rem faciam, si ejusce Nuncupationis parte in aliquam huc transtulero? Tu mihi certe id facile, mi C A P E L L A N E, condonabis, quem delestat tantopere quicquid in Regis, ac Herois (cujus tua illa Calliope gesta celebrat) commendationem cedit. En utilia incipiat. Illustissime princeps, C A R O L E septime, Francorum Rex; Cum ad aciem intellegens vestris elevatis, qui in rebus arduis, & nobilibus scientiis delectantur, pervenisset, Tabulas motuum caelestium Firmamentum Stellarum fixarum, atque septem Planetarum, & motus eorum esse corruptos, & defectuosos, tam ex negligencia, & defectu observationis, quam ex conscriptione librorum à non intelligentibus; Vos igitur compatientes tanto casui, & defectu tam nobilis, ac excellenti scientie, nubis Ioanni Fusoris humulis clericis vestro præcepisti, & mandasti, supra predictos motus facere observationes illorum motuum Firmamenti, & Planetarum, & Tabulas ipsorum rectificare. Quapropter, Illustissime Princeps, vestra Majestatis tam nobili proposito cupiens obedire, Primum



Tabulas hic presentes de Simibus, & Chordis, omni diligentia, & precisione magna rectificari, & compendi; posendo cum hoc, modos conservandi veritatem sparfum, cum demonstratione imperpetuam; quia veraciter loquendo, per istas Tabulas ingenium humanius ad altissimas & subtilissimas conclusiones sui lumini naturalis pervenit. Vnde istarum Tabularum de Simibus, & Chordis conditio-nes, & proprietates sunt iste. Prima, quid, &c. Ac postea. Deo duce, ista Tabulis completis, magister Mihle Tavelier, & ego continuè Laborabimus, usque nunc, & cum vestra excellentis Dominationis beneplacito, cum diligenter Laborabimus ad observationem predictorum motuum Firmamenti, & septem Planetarum, & rectificationem suarum Tabularum. Imò, veraciter loquendo, quia cùm ita sit, quid per Tabulas ad predicta facta Regis Alphonsi, & Toletanae, cum difficultate, & tedium magno habeantur vera loca Planetarum. idè, cum Dei adjutorio, componemus (et jam incipimus componere) totaliter novas Tabulas, per quas faciliter, & sine difficultate habe- buntur vera loca Planetarum, & cetera præstata. Et quia predicta Tabula de Simibus, & Chordis, &c.

Verùm ad Peurbachium ut redeam; is, cum jam apparasset Tabula Stellarum Fixarum, aggressus quoque est reformatre Planetarum Tabulas, inter quas etiam planè novas pro Æquationibus construxit, quid in opere Alphonsino crassè nimis deductæ exstant. Supposuit autem ad Solareis speciatim, Augem, Apogœumve Solis in principio Cancri (existens nempe anno ejus saeculi quinquagesimo, in minuto primi gradus 43.) uti & aliunde supposuit maximam Solis declinatio-nem, Eclipticæ obliquitatem eandem cum Almeone, hoc est 23. grad. 33¹. min. tametsi deinceps illam observavit grad. 23. min. 30. ex Solis altitudine in Solstitio æstivo grad. 65. min. 30. & in hiberno 18. 30. Perfectis Tabulis, conscripsit tum Almanach quoddam per-petuum, & maximè quidem pro Luna, congruè ad Metonis, Cal-lippique Periodos; tum pro Planetis omnibus Almanach, sive, ut deinceps Regiomontanus dixit, Ephemeridas, in complureis annos. Cum observaret autem, ut alios Planetas exstante plerūmque in cœlo locis longè aliis, quād Tabulae præscriberent; sic speciatim Solem, & Lunam (quorum Eclipses ab omnibus observabiles, & non tamen temporibus prænunciatis plerūmque congruentes, decori Astronomiz forent) idcirco animum applicuit ad condendum novas, specia-leisque Tabulas Eclipson, quæ & celebres deinceps fuere, quid nullæ

nullz majore præcisione extarent. Nisi verò illz exstiterent præcisione omnimoda, id non stetit certè per diligentiam Peurbachij, cuius etiam in ipsis supputandis scrupulositatem quasi nimiam subnotasse Copernicui jami meminimus in illius vita. Non addo, ut illas ad Viennensem meridianum reduxerit; addo potius, non ipsum fuisse, qui illas evulgaverit, sed Regiomontanum ab illius morte, qui & ipsas dicavit Joanni Waradiensi Episcopo, tanquam cordatissimo Peurbachii amico. Nempe ipse quoque pestrahere illum ad se conatus fuerat, sanctè obtestatus fore sibi omnia penitus cum ipso communia. Causa porrò, quamobrem ipse illas superstes non evulgārit, non alia fuit, quām quia ipsas sub vīz finē solūm absolvit, quōd novæ, novæque Eclipses quidpiam immutandum semper insinuarent. Certè in calculi exemplum duas extremas attulit, quæ antē ejus obitum contigerunt, anno ut-pat̄a saeculi LX. altera Solis mense Julio, altera Lunæ mense Decembri. Ad idem tempus spectat perfectio operis longè celebris, quod Theoricas novas Planetarum inscripsit, quodque deinceps Regiomontanus editum voluit omnium primū: liquidein ad illius calcem, sexagesimi quoque anni tanquam labentis meminit.

Occasionem porrò ad comminiscendum novas Theoricas ipsi fecit, quōd ex, quæ circumferebantur, non antiquiores modò Campani, sed recentiores etiam Gerardi Cremonensis, esse viderentur prorsus inconcinnæ, quodque aliis opus foret, quæ essent Ilagoges loco ad Almagestum Ptolemaei: & scrupulum eximerent, qui concurbabat plurimos circa occasionem Eccentricorum, Epicyclorumque à Ptolemaeo in vectorum. Cùm enim ea omnia teneret opinio, ut orbis cœlestes essent solidi, ac sibi invicem contigui, ut motus primi Mobilis imprimi posset, propagarique per inferiores ad Lunam usque, & ipsi interim inferiores revolutiones proprias obirent: videbatur id quidem posse percommode fieri juxta priscam illam sententiam, qua esse omnes cœli concentrici reputabantur: at juxta illam, quam deinceps observationes fecerant ratam, deprehensis putà motibus Planetarum eccentricis, res defendi non poterat, quin ad salvandum confractionem, admitteretur cœlestium sphærarum penetratio, qualem non patitur natura. Quare Peurbachius viam apparuit, qua incommodum hoc devitatetur. Nempe Planetæ cujusque cœlum, totalemve orbeh

con-

centricum habuit (ipsius quippe tam exteriorem , quam interiore superficiem non alium , quam Terræ habere centrum supposuit) verum orbe hoc existente crasso , seu profunditatis cuiusdam insignis , accipi posse intra hanc crassitudinem voluit orbem omnino eccentricum , crassitudinisque æqualis , qui intra duos residuos crassitudinis inæqualis , & revolvit posset , & aut ipsum Planetam , aut Epicyclum Planetam convehentem , suæque crassitiae insertum circumduceret ; adeò , ut posset proinde Planeta & per orbem totalem primi mobilis impressionem recipere , & per eccentricum revolutionem propriam obire : ac neque quicquam propterea ex tota machina frangeretur , quia Eccentricus æquabilis foret ; neque esset ullum penetrationis periculum , quia omnia mobilia suas intra orbitas tenerentur. Conscriptis itaque Peurbachius memoratas Theoricas , quæ , ex quo fure evulgatæ , tanto applausu exceptæ sunt , ut cœperint statim & publicè prælegi in scholis , & Commentariis illustrari , quos inter præcipui fuere editi à Joanne Baptista Capuano Manfredonio , Osvaldo , & (ne memorem Christianum Urtlium quæstionum in Theoricas scriptorem) Erasmo Reinholdo , qui alias quoque in hanc incubuisse curam insinuavit , cum quæstionem propositam , cur Peurbachius à Theoria Solis orsus fuisset , excepti his verbis , Respondeo ; eis multi alias colligant rationes hujus exordii ; mihi tamen simpliciter videtur Peurbachius sequutus Ptolemai , velut optimi Artificis exemplum. Non est verò prætermittendum id , quod Reinboldus subjicit , postquam effatus Peurbachium Ptolemai exemplo aggressum Lunam post Sollem mox fuisse , sic habet. Et quanquam in reliquis Planetis non-nihil mutavit ordinem ; tamen nihil ab eo temere factum est : sed , si quis totius tractationis seriem diligenter expendat , perspicies omnia in hoc compendio venustissime inter se coherere , summoque studio , atque prudentia , facilima quæque primum esse tradita. Quam etiam ob causam ultima loco proponit speculacionem motus octavae Spherae , in qua sunt Stelle inerrantes , seu , ut vocant , Fixe ; cum Ptolemaeus eundem motum mox post duo Luminaria exponat , ac demonstret . Nam , quia hec octava Sphera non incedit simpli motu , ut Ptolemaeus tradit (quem penuria observationum , & angustia temporis satis excusat) sed variè quasi trepidat quemadmodum continuis observationibus posteriatur animadversum est ; commodum erat in extrema parte elementaris doctrina hæc difficiliores speculaciones recitare. Et vide , ut præclarus vir vix finem Authoris commendandi faciat. Debet autem , inquit ,

inquit, hic Libellus vel hoc nomine à studiis magni fieri, quod conatus est author apertissime, ac brevissimè tradere summam doctrinam de motibus celestium corporum; & aditum ad usum omnium cognoscendam patefacere, in qua Ptolemaeus, &c. Et nox; Ac profecto non est mediocri artifici taliis invenerit preformare, ac materiae propter subtilitatem obscuras, & propter varietatem latissime patentes, breviter complecti; nec minus tamē perspicue, &c. Ac rursus, Etsi autem apud doctos, & peritos tanti sit hic libellus, quanti debent, & Isagoge præstantissimarum artium, Et præterea, Non pugnat cum hac quoque rudimenta de Planetarum motibus conscribere, ad promovendum studia Astronomica. Ac iteruin. Ex his studiis lector judicare potest, qua occasione, quore confidit impulsus noster author hoc compendium scribendū suscepit: Nempe, ut præcipuos locos, & summas diffinitiones, que sunt apud Ptolemaeum de motibus Stellarum magno iudicio, ac prudenter electas hoc libro complectentur.

Supereret dicendum opus, quod semi-perfectum reliquit, Epitome scilicet Magnæ Ptolemaei Syntaxeos; itemque alterum, quod proximè ipsum aggredi in votis habebat, integra nimis de Triangulis tamen planis, quam Sphæricis doctrina: attamen, quia dici id non potest, quin de Regiomontano dicatur; age, & de ipso pauca præmittamus.

NA T U S e s t J O A N N E S , cognomento M U L L E R U S , in opido Franconiae, Orientalisve Franciae, cui Regius Mons nomen. Heic effectum est, ut Mulleri cognomine præterito, appellatus potius fuerit I o a n n e s D E M O N T E R E G I O , vel de R E G I O M O N T E , ac R E G I O M O N T A N U S ; cùm & vocatus sèpè fuerit I o a n n e s G e r m a n u s , & I o a n n e s F r a n c u s : quò magis mirum est Starovolsium, & aliquos alias reputasse Regiomontanum à Regio monte Borussie dictum. Incidit verò ejus nativitas in annum m. cccc. xxxvi. Postrid. Non. Junij, hora à meridiie quarta cum besse: ac fuit proinde Peurbachio ætate posterior annis tredecim. Grammaticam domi edoctus, missus fuit Lipsiam à parentibus, circiter duodecennis. Ibi inter cætera Dialetticam addidicit, & Sphæra doctrinam avidè arripuit. Heinc flagrare maximè cœpit amore Astronomiæ; & quia necessariam ad illam agnovit Arithmeticæ, Geometriæque notitiam, idè se utriusque elementis condiscendis ita addixit, ut morā non longā ea percepérít. Cùm non haberet autem illicie aut amulos, aut



quemquam etiam, qui subnascenteis sibi scrupulos omnes eximeret; ac non modò quidem circa partem Astronomiæ Sphæricam, sed maxime etiam circa Theoricam, quam per nosse ardenter avebat; idcirco quibusdam referentibus ejusmodi Artis studium in Viennensi Academia sub eximio quodam illius Professore Peurbachio efflorescere, de ed iter arripuit, vix ephebus adhuc, sub annum puta seculi quinquagesimum primum, aut quinquagesimum secundum. Appulus Vienensis, salutavit Peurbachium; testatus est se famam ipsius solâ perductum eò advenisse; insignem discendi ab illo, quæ ab alio non posset, ardorem exposuit; adjectit confidere se, ut optimus æquè, ac eruditissimus vir adolescentem non aversaretur, qui se totum studio bonarum artium devovens, ipsum delegisset, abs quo in illarum institutione totus penderet: quicquid in ipsis toto vitæ curriculo proficeret, id se ad eximum præceptorem, cum gratissimi animi significatione relatum spopondit; ac denique se ad omne obsequium comparatissimum obtulit. Peurbachius verò tum demiratus in tantula ætate tantum animi, ut solo virtutis amore id arripisset itineris; tum legens in facie indolem ingenuam, & ad grande aliquid natam; tum agnoscens oblatam sibi quali divinitus occasionem promovendi eam, quam meditabatur, Altronomiæ instauracionem: ipsum est humissime, amantissimeque complexus: esse eum bono animo jussit, ac pollicitus est nihil se, quò minus tam laudabilis illius desiderio faceret satis, prætermisuruin. Quare & ex eo primùm tempore ille hunc tanquam parentem coluit, hic illum tanquam filium amavit.

Ceterum quod Peurbachius primū Regiomontanum electum voluit, Theoria levior Planetarum fuit, ut perspecta aliunde Sphærica doctrina, idem totius Astronomiæ conciperet, ac faciliter subinde lectionem Ptolemæi aggredere tur. Circa Ptolemyum occupatus dum foret, passim illi occasionem fecit & solvendi varia Geometrica Problemata, & sese exercendi in subducendis calculus: demiratusq; semper est, quanta ille celeritate & commonstrata caperet, & præscripta exsequeretur. Et certè is erat, qui fræno potius, quàm calcaribus indigeret: quippe sic pensis satisfaciens, ut interlucraretur semper quidpiam temporis, quod impenderet lectioni librorum de re Mathematica omnium, quoscumque nancisci Latinâ lingua expressos licuit, etiam Archimedis, quem Jacobus, quidam Cremonensis interpretatus

terpretatus jam fuerat; ac doluit fuisse neminem, qui Apollonio, Diophantōque, & similibus manum admoveret. Hinc nihil fuit necesse Peurbachio illum adhortari, qui ut acer, & per se ad palin̄ hōores impulsus equus ferebatur; sed dígito tamen monstrabat, quā ipsum laus maneret, si quo ardore cœperat, eo porrò perseveraret. Superēs enim speciatim circa Astronomiam amplissimam messem; ex qua congesta dependeret integra ejus artis restitutio; exquisitam īnēmē punctorum Zodiaci, Eclipticæ cardinalium, sub ipso Aplāne, Firmamentove constitutionem: ac simul stellarum Fixarum, nisi dñni, saltem illarum, quibuscum Planetæ comparari poslunt; suis in locis designationem. Siquidem, nisi id antē obtineretur, non posse Planetarum loca certō observari, designarique: neque adeò illorum motus per canonas certos distribui. Differēre proinde non semel & de Instrumentis, quibus Hipparchus, Ptolemæusque usi, & de nonnullis aliis, quā possent prætereā ad observandum adhiberi. Contigit autem aliquando, ut cetera inter, quā unā observārunt, comparata Martis Stella ad Fixas sibi proximas, deprehensa fuerit totis duobus gradibus abesse à loco juxta tabulas ipsi assignato. Cūm debeant verō fuisse ab ipsis, donec Peurbachius superestes fuit, plura haud-dubīc observata: nihil tamen, quod sciam, scriptis consignatum, præter treis Eclipseis Lunareis, quā leguntur in commentariis ex Regiomontano residuis, habetur. Prima est anni M. **cccc. LVII.** ac dici Septembrii iij. Narrat enim ille, ut ipsam finū in Mellico, Austriae castello, distante Viennā nulliaribus Germanicis undecim, observārunt: & ex altitudine penultimæ Pleiādum ad initium, ac finem mōræ (totalis quippe exstīt) deduxerint illius medium contigisse hora ii. min. 6. cum per Tabulas Alphonſinas deberet hora ii. min. 14. Altera, ipsaque Partialis, est anni M. **cccc. LX.** ac dici iij. Julii, quā est ab utroque observata Viennā: ac ipsius finis relatus, ex Lunā altitudine, ad horam 10. min. 20. cūn Tabulis finem referrent ad hor. 9. min. 10. Tertia est ejusdemmet anni, ac dici Decembrii xxviii. manē, observata itidem ab utroque Viennā: cūmque totalis fuerit, deductum est medium ex altitudine Arcturi ad mōræ initium, fine inque captata, contigisse horā à media nocte primā, ac min. 21. Et non adscribit ille quidem discriminem ullum à Tabulis: sed cūm hæc ipsa Eclipsis sit, quam paulo ante diximus

mus à Peurbachio in exemplum assumptam; dignum adnotatu est, supputatum tempus ad unum proximè minutum cum observato convenisse; calculo putà exhibente hor. 1. min. 20.

Acceperat Peurbachius jam ab uno, altero anno à Cardinali Cusano exemplum ejus Opulculi, quod de Quadratura circuli recens conscriperat, & cum hac quidem adscriptione, Detur venerabili nostro fideli, Magistro Georgio Peurbachio Astronomo. Quadratura autem in eo consistebat, ut, Si ex semidiometro circuli dati, & chorda quadrantis ejusdem directè conjuncta, diameter alteri circulo constitueretur, triangulum aquilaterum posteriori circulo inscriptum priori circulo isoperimeter foret. Fuit verò simul alia quoque circuli quadranti hujusmodi ratio. Si in circulo datum duabus ad angulos rectos diametrum, tuis heinc inde quantam opus fuerit, producatur, & alteri ab uno extremo sic accommodetur subteusa trientum circulus, ut scito centro, quā in alia diametri parte defuit, circumducatur, & transiens per dictum extremum, fecerit heinc inde productum diametrum; Recta intercepta his sectionibus erit circuli semicircumferentia equalis. Quid de utraque porro circuli Quadratura Peurbachius vel senserit, vel dixerit, rescrire aliunde non licet, quām ex ipso Regiomontano, qui cum utramque expendendam post Peurbachii obitum suscepisset, ita occasione posterioris præfatus est. Georgius, inquit, ille doctissimus Mathematicorum, præceptor olim meus, quandam curvi rectificationem, brevem addidit, iudicis objecit, ac factu expeditissimam; cui principio quidem plurimum fidei habuit, authoritate inventoris persuadente; ubi verò pro acutumne auguij us invictum hujusmodi examinare caput (nam demonstrationem hasquam compertit) longè aliter, quām ratus erat, accidere deditur. Lineam enim rectam, quam praevenit ille prædicavit aqualem semicircumferentia circuli, modò minorem eadem semicircumferentia concluji. Modus tamen Georgii acutissimum, quem hunc negotio discutiendo accommodavit, memoriam reliquasse videtur meam. Si tamen est, quem inferius exponam, non pudebit unquam aliena scripta retrahitare, quā recenter ad memoriam redeat imago Præceptorū. Sententiam igitur, &c. Sed istud quidein obiter occasione Opulculi de Quadratura ad Peurbachium à Cardinali Cusano missi.

Dicendum jam nobis de alio eruditissimo Cardinali, qui fuit per ea tempora à summo Pontifice missus, ut dissidia quædam inter Cæsarēm, ipsiusque Fratrem Sigismundum componeret, ac interim quidpiam de bello adversus communem Religionis hostem, Turcam nimi-

nimirum, magis, magisque in dies grassantem, negotiaretur. Is est Bessarion, optiuus ille, qui ab usque suo ex Græcia, Florentini Concilii occasione, adventu, sic Latinam linguam imbuerat, ut ipsam non minus, quam patriam, hoc est Græcam, teneret. Hacce de causa, & quia aliunde amans, peritusque Astronomiz erat, Latinitate donare Ptolemaeū occuperat, quod habitam vulgo interpretationem inepitam plerumque, indiligentemque agnoverat. Cum non licet autem per ardua Republicæ Christianæ negotia exceptum opus absolvere, Iztatus mirum in modum est, cum in Peurbachium incidit, qui Ptolemaeū teneret ad unguem. Ac illi quidem non potuit demandare id muneric, ut interpretationem à se inchoatam perficeret, quod Græcè, ut dictum est, non sciret, & ex eo solāni interdum haberet, quod certior fieri, qui se Græcus contextus haberet, non posset (unde & accessus Regionontano ardor capessendi, si quā unquam liceret, Græcas literas) at enīx̄ interim apud ipsum egit, ut quia nec Græcè, nec Latinè existaret ea in Almagestum Ptolemaei Epitome, quam conscripsisse Arabicè Averroës perhibebatur, ut, inquam, ipse Marte suo Epitomen contexeret, quā Ptolemaeus, ut compendiosior, ita caput facilius, quam ex suo contextu foret, redderetur. Non restitit porro admodum Peurbachius, qui & penè id agere animo præconceperat, & agnoscebat fore, ut exinde benè multi ad Ptolemaei lectionem sic se compararent, ut viā quasi complanatā, ab arduo alioquin ad illum accessu non deterrentur. Quare & ob hanc causam, & ut tanto viro gratificaretur, Epitomen aggressus est, de qua dicere id sufficit, quod citatus jam Reinboldus uno verbo habet, cum discriminat attingens, quod est inter Epitomen, & memoratas Theoreticas, Epitome, inquit, prorsus mutatur methodum Ptolemaei: nisi quid sensim Ptolemaei interdum brevius tradit; sepius autem obscuriores propositiones in parteis quasdam, ac membra eruditè, atque ingeniose distribuit; & apertius, copiosius, denique facilius demonstrare studet, ut plerisque in locis οὐδέποτε potius, quam Epitome appellanda videatur. Pratermitti interest non debet, quod, procedente operi, Bessarion ex illo obtinuit; ut cogitaret videlicet de revisenda Italia, ubi iam tum affluerent ex Græcia viri eruditi, ac ii libri allati forent, quorum intelligentiorum amore selecta quaque ingenia Græcæ linguæ operam darent; ac ubi ipse proinde posset tanquam in amplissimo literatorum theatro inclarificere, & inde porro bonas arteis,

quod unum ipsi foret votum, quām longissimē propagare. Ne longum faciam, statuit Peurbachius cū Bessarione in Italiā redire; sed ea tamen conditione, ut dederet suum simul Ioannem, qui ut junior, memoriāque pollutior, magis idoneus capessendz Græcā linguz, quām ipse foret, quīque, si quid sibi contingere humanitūs, pericere egregiē opus cceptum posset: quod Cardinalis non modō gratum, sed etiam sibi pro summis votis insidere testatus est.

Erat jam porrō penē dimidium totius Operis confectum; cū ecce Peurbachius incidit in morbum, quo vita illi magno dolore Bessarionis, adempta est. Ut vēd quā fuerint illius extrema, ac simul qualis moribus, doctrināque fuerit, noscatur, aliud nihil oportet, quām commemorare, quod deinceps Regiomontanus inseruit in Nuncupationem Bessarioni factam absoluta Epitomes, qua parte verba hēc leguntur. *Quocirca, per alium aggressus, quod per teipsum non poterat prestare, susisti Georgio, Astronomo Casari, qui tunc Vienne erat, Praeceptor meo, viro in moribus, & integritate vita, ita omni studiorum genere primario, in Mathematicū vēd supers omnēs nostra etatis homines eruditō, ut Ptolemai, de quo loquimur, libruin, quem ille quasi ad literam memoriam tenebat, breviorem, lucidiorēque facere conaretur. Quod ille mox orsus, incredibile dictu est, quam clariores reddidit sententias, dividens eas, Geometraturum more, ut & apertius intelligerentur, & facilius commendarentur memorie, & tenacius hererent. Sed vix absolutus sex libris, quasi medio cursu (heu memoriam quoque ejus rei lugubrem, atque acerbam!) immatura morte nobis indignissimē rapuit. Verum paullō antequam ē vita discederet, cū in manib⁹, & gremio moribundū tenerem, Vale, inquit, mi loames, Vale, &, si quid apud te pii Praeceptoris memoria poterit, opus Ptolemai, quod ego imperfectum relinquo, absolve. Hoc tibi ex testamento lego, ut etiam vita defunctus, parte ramen mei meliore superfles, Bessarionis nostri optimi, ac dignissimi Principis desiderio satiascam. Grande profec̄tō opus, & meis impar viribus, moriens Praeceptor humerū nostris imposuit, &, quod subire temerarii foret, recusare vēd ingratī, ac pene sacrilegi. Merito proinde commendat Reinholdus hanc Nuncupatoriam, quam, inquit, nemo Philosophico præditus ingenio legere potest, quin admiretur egregiam virtutem, & stauifissimam illam animorum Praeceptoris, ac Discipuli conjunctionem. Sanè, & hanc ut pleniū agnoscas, lubet quoque exscribere, quod in Nuncupatione librorum de Triangulis legitur, cum redditurus causam Regiomontanus, cur præpostero ordine Trian-*



gulorum doctrinam, quæ in Epitomen est introductoria, post Epitomen scripsit, Quod, inquit, si quispiam iniquè factum insimulet, is, nisi me animus fallit, jure quiescat, ubi majorum patere monitis, & eorum, & bonum arbitrabitur. Sane moribundo Praeceptoris morem gestum oportuit, qui absolutus nuperrimè sex Luminarium libris, superstites septem Iohannii sae reliquit, itò mandavit quam cuiuscum expediendo. Tantum tempore apud eum valuit Beßarionis imperium, ut quod in columnis adhuc Principi sponderat dignissimo, iuxta jam morituras explete curaret. Igitur iussa Praeceptoris capessent mibi, plurimus Triangulorum & Planorum, & Spæticorum incidit usq[ue]; que res jam pridem Georgio quoque in primis sex libris crebro occurreret, animum induxit Triangulorum artem conscribere: verò, ut Epitomati finem, ita Trigangulis dare invenimus Deus ipse retinuit, quo nunc aspirante, orbitam viri doctissimi, quoad potero, scilicet; eo quidem libertius, quo doctrinam hanc plerisque placitum amicis arbitror, quorum quidem inseruire commodis bonam felicitatis meae partem existimo, &c.

Quin appositum etiam est, ut heic referatur elogium, quod deinceps Regiomontanus in eam Orationem inseruit, quam Patavii, Alphraganum interpretaturus, præhabuit. In ea itaque hæc habentur: Quocirca, post plurim nationis nostræ insignissimos Astrorum contemplatores, Te tandem, Georgi de Peurbach, Germanorum perenne decus, appellare jubest, qui non minus vita integritate, quam Philosophie doctrina pollebas; in Mathematicis autem, omneis tibi contemporaneos longe-antebas; cuius nomen non modo nationis nostra homines celebre ducebant, verum etiam Galli, ac Itali ci reverenter admirati sunt. Qui olim in urbe hac præclarissima Astronomiam publicè docuisti, plerisque insuper heic presentibus & fama cognitus es, & visu. Te Vienna Doctorem artium creavisti dignissimum. Te Ladislaus olim Hungarie Rex Astronomum sibi delegit. Tibi Federicus Casar pro virtutibus tuis munificus erat. Longum effet recitare singulos Principes doctrinâ tuâ affectos. Omnitto, quod doctissimus Cardinalis S. Petri ad Vincula sepe-numero te domesticis suis adnumerare voluit. Quod Dominus Ioannes Varadiensis Episcopus multa te humilitate amplexus est. Sed Beßarionem benefactorem communem nostrum, atque Parvorum haud quamquam præterire licet; quippe qui excellenter tua testimoniū præbuit solemnis, indignum profellè arbitratus, ut inter conterraneos tuos vitam obscurius ageres, quiri Italiam omni studiorum genere florissantem repeteres. Princeps igitur ille dignissimus pacificans, ut una secum ad Italiam concedas, nam tunc Legationis provincia sibi tradita fuit per Alemanos,

niam, collibatum est à refugio, neque pacium hoc perennio futurum suspicaris, nisi comes tibi fierem, qui tunc, & antea plerisque annis tuus fuitus discipulus. Sed confessus paullatum sermè rebus omnibus (prob., ejus quoque rei memoriam lugubrem!) ad sidera spiritum reddi, meque penitus orbatum reliquisses, nisi Princeps illi munificenter sua manu porrexit: tametsi statim tuum natus essem, Quid igitur reliquum erat, nisi, ut orbitam virti clarissimi sectarer? captum felix tuum pro viribus exsequenter? Duce itaque Patrono communis Romanam profectus, &c.

Sed, ne congerere plura pergam, superest adjiciam contigisse Peurbachii mortem. v i. Eid. April. anni M. CCCC. LXI. Et sunt quidem, qui illam ad annum insequentem referant; sed cum Regionontanus Bessariorum comitatus, oblerationes quasdam Romę ante finem anni memorati peregerit, non fuit illa sane hoc anno posterior. Neque id movet, quod Reinholdus ait conscriptisse eum Theoreticas janu senem, ac paullò ante obitum; cæteri quippe obiisse illum nec-dum quadragenarium dicunt, & consentiunt. Cumque non constet de alio, quām jam recitato nativitatis tempore, dolendum est cum non totos expluisse annos duodequadriginta; quippe cūm solūm vixerit annos XXXVII. menseis X. & dies IX. Poterat nescire Reinholdus annum, quo ille natus esset, & senium ex morte, quæ est comes illius individua, conjicere. Poterat non desiderare vireis admodum vegetas ad arripiendum id, quod ille destinarat, itineris; sed utcumque hæc se habeat res, sepultus fuit Peurbachius in Cathedrali Viennensi Ecclesia, ac tumulo inscriptum (et ut nonnulli quidem ajunt, ex ejus praescripto) hocce Epitaphium.

Exstinctum dulces quid nos defletis amici?

Fata vocant; Laetus sic sua filia trahit.

Defluit terras animus, calumque revisit:

Quæ sensper coluit, liber & astra petuit.

Quis Regionontani, ob anissimum tam bonum, tamque sui amantem Præceptorem, extiterit luctus, ex jam recitatis intelligi potest. Consolationi alicui fuit, quod licuisset per tot jam annos confuetudine ejus suavissima frui: quod & consiliorum ipsius, & capitem doctrinæ omnium evadere partipem; quod suo in sinu inorientem sovere, verbaque extrema ex ejus ore excipere; quod incumberet sibi aliquid exequitioni in ejus gratian, inque animi grati. testificationem mandandum;

dandum ; quod, quem in illum Cardinalis optimus gesserat affectum, in se veluti transstulisset, & ad eum, quo jam erga se erat, adjunxit ; quod eo se loco haberi videret, ut pro omnium votis in Peurbachii locum sufficiendus destinaretur. Ceterum delatam ultrò Professio-nem, acceptam quidem habuit ; sed ea nihilominus lege, ut quando-cumque Cardinalis in Italianam regredereatur, cum comitari licitum for-ret. Heinc cœpit ex eo penè tempore fese ad iter compatare ; quo-niam Cardinalis in dies discessurus sperabatur ; non discessit tamen, nisi in sequente autumno , ut proinde Regiomontanus , & Epitomen cœptam promovere potuerit , & , cetera inter Eclipsin totalē Lunæ ob-servare, cuius medium contigie Viennæ die Junii 23. hor. 1. min. 21. numerando à media nocte. Cœperat jam, cùm Ressiorum discessit, ex habita partim cum ipso, partim cum aliquibus ex ejus comitatu erudi-tis viris, consuetudine, rudi aliqua Græcæ linguae notitia imbuī; quare & ab ipsius studio in itinere non desistens, evicit, ut aliquid Græcæ, & Mathematici præsertim argumenti legens, quid id rei foret vel con-jectando assequi posset. Quamprimum autem appulit Romam, præ-cipua fuit cura convenientiū cùm alias professione ejus lingue com-mendatos, tum maxiū Georgium Trapezuntium, qui specialem in Ptolemaeo , co-momentatorēque ipsius Theone interpretando operam na-valiter. Tam pertinax verò ejus studium fuit, ut paucos intra menseis, eos quos habebat circa Ptolemaeū scrupulos præcipuos sibi exe-merit , & absolutam intercā Epitomen cœperit expolire. Non modò interīm amicitiam cum literatis omnibus , & scientibus Græcæ po-tissimum, init ; sed celebris etiam quasque Bibliothecas versavit , & thesauros librorum ex Græcia advectorum miratus, vehementius ad-hūc illorum perfectè intelligendorum desiderio inarist , ut conten-tarum in ipsis rerum effici posset particeps. Quod sit verò mirum , non desit propreterea observitare in cœlo varia. Observationes quippe exstant , quas ab ineunte usque Decembri , in exeunte Martium M. CCCC. LXII. peregit, tum circa reliquos Planetas, Martem, Sa-turnum, Venerem ; tum circa Meridianas Solis altitudines; tum circa Lunæ loca, ac nominatim circa Eclipsin , qua Luna Oriente jam de-crescet die Decembri xxvii. cujusque finem cùm calculus exhibet hora 1. min. 6. à Solis occasu , ingle observavit contingere una hora, ac duobus minutis maturius. Consimileis observationes peregit etiam

Yy

etiam Viterbii, cùm ibi per sequentem æstatem, autumnumque diversaretur. Per ejusmodi verò tempora Græcos aliquot Codices tum comparavit, tum quos rariores non paruit, commodatò accepit, illosque aut ipse manu sua exscripsit, aut aliena manu sibi exscribi curavit. Ipse certè characteres ut citissimè, ita elegantissimè pingebat; ac superius diù Novum Testamentum, quod ab usque initio descriptum nitidissimè, solitus erat circumgestare.

Cùm interim verò Bessarion discessurus in Græciam ob Religio-nis negotia foret, optionem illi fecit, ut vel degere Roinz pergeret; vel, si præstolari suum redditum aut Ferrariaz, ubi Theodorus Gaza versabatur, aut Patavii (ubi esset ipsum sic commendatus Academie, ut in illam aggregaretur) aut deniq; Venetiis (quà se regressurum sper-rabat) id ipsi foret integrum. Ille autem sic illa omnia, singulaque loca delegit, ut versatus primum Ferrariq; & reliquo anno, & parte in sequen-tis fucrit. Quem salutare illeic primum voluit, Ioannes ille Blanchinus fuit, quem audierat summoperè à Præceptore comiendari. Erat ille iam admodum grandævus; quare & cum Regiomontanus sibi ipsi gratularetur, quodd bona sua sorte videret adhuc superstitem, *Siquid nubi*, inquit Blanchinus, *annum à decem jam annis in corpore continet, ipsa est, qua delecto, Astronomia dulcedo.* Invisit succedenter Gazam, abs quo plurima & de bonis Authoribus, & de proprietatibus Græcæ lingue accepit. Usus ad-hac est familiarissimè eximio ejus lingue Professore Guarino. Heinc & quo tempore illeic degit, explanatissi-mum sibi fecit totum Ptolemæi contextum, quem contulit etiam cum ipsis Theonis commentariis, ac deprehendit obiter fuisse graviter Trapezuntium multis in locis hallucinatum. Cœpit & habere valde familiareis Græcos non modò Oratores, Historicos, Philosophos; sed Poëtas quoque Heroicos, Tragicos, Comicos, Lyricosque; adeò ut ipse quoque versus pereleganteis iam conderet. Ruente iam anno concessit Patavium, ubi sparsa jam magna de eo fama, qua ad Bes-sarionis commendationem accedente, tum fuit inter socios Acad-e-micos cooptatus, tum rogatus, ut Academiam, vel Peurbachii ini-tiatione, prælectionibus aliquot condecorare dignaretur. Fecit ipse lubens, ac ideo Alphraganum expositus, eam orationem habuit, ex qua aliquid iam descripsimus, & in qua, ut præterea, quam grata commemoratione omnes sibi notos per eam regionem Mathe-seos

feos amanteis recensuerit; declaravit sanè, ut omnes Antiquos perspectos habuerit, operaque eorum omnia perlustratit; & non modò quidein Latinè, sed jam etiam Græcè; idque, cum superessent Arabici soli, quos propriâ lingua non perlegisset, ut Alphraganum, & Albategnium, quos tamen, qua erant versione, illustrare aggressus foret; nimirūm Albategnio quoque breveis additiones apposuit. Versabatur adhuc Patavii, cum Lunæ Eclipsin totalem illeic observavit, & medium quidem prima à media nocte horā, diei Aprilis 1. ac anni jam M. CCCC. L X I V . Non longè autem post concéssit Venetias, ubi Bessarione exspectans occupatus interea fuit in persciendis illis suis, quos jam cœperat de Triangulorum doctrina libris. Succidit vero aliquot per Junium perque Julium dies, quos in refutanda Cardinalis Cusani memorata ante Quadratura impendit. Id præstit verò variis veluti tentamentis; quibus ferè non titulum modò, conclusionemque Græcè adhibuit, sed etiam dies, quibus esset aliquid molitus, apposuit, Notandus verò præsertim dies, quo facta appositiō hæc. *Venetiis, die 26. Iunii, anno Christi 1464. nona die ab exitu Summi Pontificis de urbe Romana, ituri contra Teucros, Deus bene vorat.* Aduinbravit quoque per id tempus speciem Kalendarii, in quo præter conjunctiones, oppositionesque Luminarium, itemque Eclipses ad annos 1475. 1498. 1513. & alia, apposuit ad calcem Tabulam xx. annorum, quibus singulis adscriptis quo die Pascha posset & juxta usum Ecclesiæ, & juxta decreta Patrum celebrari. Id videlicet, quia non modò sibi, sed Bessarioni etiam, Judæi aliqui objectassent, quām turpe foret celebrare Christianos festum Paschatis alio tempore, quām à Lege, cuius observantes videri vellent, præscribetur.

Romam regressus, aliqua Octobri, Decembrique observavit, ac plusculum illeic commoratus est, tum ut nancisci pretio plureis rariores Codices posset, tum ut ex iis, quos non posset, pergeret plureis exscribere. Cogitabat videlicet, si semel rediūset in Germaniam, non parensibi copiam obtinendi eos, quos maximè exoptaret, fore. Cogitabat & deinde per otium præcipuos quosdam interpretari, &, si quando etiam daretur, optimos quoque edere. Insensum interea per id tempus Trapezuntium habuit, quod Commentariorum Theronis interpretationem non satis probarer, imò & errorcs in ea gravissimos

animadverteret. Comparata jam fatis numerosa Librorum supplētīle, & tādio nonnullo, ob diuturnam peregrinationem affectus (ac Bessarione pr̄sertim variis legationibus continenter distracto) Viennam deūm repetit, ubi & est aliquandiu sua Matheinatica profēsione functus. Cū Hungaricus autem Rex Matthias Hunniades Corvinus illum invitasset, & magnis quidem, pr̄ter annuam pensionem ducentorum aureorum Hungarorum, pr̄miis, non tam bīscē muneribus, pollicitationibūsque ad eum est pellectus, quām famā, quōd Rex, non virtute modō bellica insignis, sed amore etiam literatum commendatus, Gr̄ecos Codices in expugnatione Constantinopolcos, & Athenarum direptos, variēque per totam Turcarum ditionem distractos, undequāque coēmeret, ex iisque constitueret Nobilem Budę Bibliothecam. Pr̄tereo, quām magni apud illum fuerit Regiomontanus habitus; nam & cum sibi penē assidue assidere ad mensam jūs- sit; & non semel testatus est debere ipsi se valetudinem restitutam. Videlicet cūm aliquando periculosē laboraret, & Medici fristrā in humoribus morbi causām requirerent, animadvertisens Regiomontanus merum esse cordis languorem, occasione capta ex Eclīpi, quē nescio quid diri in illius vitam fuisset inititata, edixit, quasi ex Astrologia, cui ille primūm tribuebat, nihil aliud, quām vitā principio, cordi puta, exhilarando, suavibusque rebus fovendo esse incumbendum. Heinc reipsā Rex & convaluit, & Regiomontanum cūm pretiosa veſte, tum muneribus aliis cumulavit. Qui maximē porrō dedit operam, ut in Hungariam accerferetur, idein Strigonensis Archiepiscopus fuit, ad quem meminimus Gnomonem Geometricum à Peurbachio missum. Ipse proinde Regiomontanum quoque & multūm detinuit, & multis, magnisque muneribus auxit. Eximias hujus Pr̄lati laudes decantat ipse Regiomontanus in Epistola, qua nuncupat illi suas Directionum Tabulas ipsius hortatu contextas. Nemque ille quoque Astrologia judiciaria delectabatur; ad quam cūm nihil conducat magis, quam Directionum Tabulæ; quē tamen tunc solæ extabant Archidiaconi cujusdam Parmensis, erant imperfēctissimæ. Quoniam interim per ea tempora emersit occasio certandi de Bohemiarū Regno, & Rex Hungarū tum Polonum, tum Saxonum Duceim (qui, æquē ac ipse à factionibus Bohemorum diversis invitabantur) antevertit, regiōque adeò illa tota in varias, magnisque turbas incidit: cogitavit

gitavit Regiomontanus sedem studii fixam ponere, ac ideò se recipere Norimbergam quamprimum statuit. Venia itaque discedendi à Rege impetrata, dicere etiam vale Archiepiscopo suo voluit; unde & Strigonij cùm foret, ipsis Eridibus Martii anni M. cccc. lxxi. situm Jovis in Virginis Constellatione observavit: ac inde digressus, Norimbergam tandem circiter medium Veris pervenit: illeic quippe ad Eclipsin Lunæ, die Junij secunda, attendit.

Quainobrem verò hanc Civitatem præ cæteris delegerit, multiplex ipsi causa fuit. Primum quidem vicinia natalium. Deinde, quod, cùm ea urbs foret, quasi in Germaniæ meditullio, institui ex ea quoquaversum literarum commercium per mercatores facile posset. Adhuc, quod in ea artifices forent maximè omnium industria; ac posset proinde per illos ea conficere organa, quæ destinatè animo, observandis cœlestibus ad Astronomiæ instaurationem. Denique, quod cùm agitaret edere tot præclaros libros, quorum insignem copiam parârat, & lucubrationum etiam suarum aliquas; ac arte Typographica jam inventa, pérque varia loca propagari incipiente, commodissimum fore videretur, si typographion ipse sibi haberet, ut quan-dcumque, & quodcumque liberet, posset in lucem emittere: provideret le nusquam aliàs apparare ejusmodi, ob peritiam artificum, cujusmodi mente præconcepserat, posse. Videlicet excogitârat artis perficiendæ rationem: quanquam initio statim non potuit rem ad praxin deducere, sed tali omnino oportuit, quale optimum habebatur, typographo esse contentum. Cæterum, cùm illius fama ed usque jam percrebuisse, non minuit eam sanè ipsius præsentia, sed ita adauxit, ut visus fuerit civibus Musas secum adducere, hoc est omnem ingeniorum literarum consummationem. Præ omnibus verò eum statim suspexit, mirificèque coluit vir eximius Bernardus Waltherus, qui unus ex civium præcipuis, & florens ætate, opibusque, ac bonarum artium, potissimum verò Astronomiæ amore flagrans, ubi geminum illius consilium, institutumque intellexit, recepit ultero in se impensas & ad conficiendum organa Astronomica, & ad instruendum Officinam Typographicam necessarias. Confici itaque imprimis curavit ex orichalco Regulas Astronomicas, altitudinibus tam Solis, quam Lunæ cæterorūmque siderum, sed Solis tamen præcipue, observandis comparatas. Deinde, quem Rectangulum, Ra-



diumve Astronomicum vocant, captandis eorumdem inter se siderum distantias. Tertiò, Armillare Astrolabium, Armillasve Alexandrinas, qualibus fuerant & Ptolemæus, & ante eum Hipparchus, locis, motibusque siderum adnotandis, usi. Postremò, alia quoque minora instrumenta, ut Torquetum, cuiusmodi Regiomontanus ipse descripsit in usum Archiepiscopi Strigoniensis; ut Ptolemaei Meteoroscopium, quale pridem Bessarioni exposuerat; & quædam alia, curiosa potius, quam ad quidpiam serior, solidèque observandum utilia. Fuere porrò Armillæ longè posterius elaboratae: at reliqua fuere comparata ad usum ab initio usque anni insequentis. Fidei interea fecit Walthero, quanta emendatione Tabulæ indigerent, cum die Julij 26. manè hora 3. Mars fuit in eadem recta cum duobus Tauri Oculis linea: cum per Tabulas & Planeta, & Stella in aliis longè locis forent. Quo etiam est factum, ut observationi hæc adscripterent. Quare vide, ne nummum confidas mani calculo, & quasi somnio Alphonsino. Et inox, Videbis quanta sit discrepantia inter Alphonsum, & Cælum: & sic faciliter intelliges, quam frivola sit illa Alphonsi copia. Est & adnotatu, quod sequitur dignum. Alphonsus etiam locis Stellarum Fixarum Ptolemai plus aqua addidit, in uno gradu, & 55. minutis. Nam ipse usus est numeris Ptolemai, perinde quasi in principio annorum Christi fuerint stabili. Tantus itaque error est superabundans, &c.

Quod dixi autem de Organis inicio anni insequentis qui fuit M. CCCC. LXXII. in usum paratis, id suaderet, quod exstant observationes per Regulas factæ (ex quibus aliunde habetur suppositissime eum Simum totum partium 100000.) meridianarum Solis altitudinum à mense Februario: & per Rectangulum, seu Radium ab usque Januario. Nempe ab Idibus Januarii in finem Februrii, celebris Cometa apparuit: utcumque non desint, qui illum referant ad tertium post annum. Sed Joannes scilicet Schonerus, qui observationes ex autographo edidit, refert eam speciatim, quæ peracta fuit die Januarij xx. ac hora 10. à meridie, memorati anni M. CCCC. LXXII. Error fortè ex eo natus, quod qui exscripsere illam aliam Regiomontani descriptionem, ex duobus 11. fecerint v. ac illa deinceps sic incepit, Idibus Januariis anno Domini millesimo quadragesimo, supra quintum, & septuagesimum, Vixi est nobis, &c. Utcumque sit, observatione illa ad diem Januarij 20. relata, narrat Regiomontanus.



mus se Cometam vidisse in recta linea cum Quinta Bootis, & Prima informium juxta Ursam maiorem; distantiemque ejus à Quinta Bootis, sive sub triplam intercedens inter stellas; idque, cum cauda porregeretur ad sextum prope Leonis, citraque parum defineret, declinantem paulò sub prima informatum ad meridiem. Quod subjicit autem distantiam Comete à cauda Urse majoris sive 953. 190. & à Prima earrum, que non sunt in forma, 953. 210. Priors horum numerorum sunt partes Transversarii, sive sinus primus: posteriores ipsius Radii, sive Baculi, seu sinus secundus: integro Radio, seu sinu toto supposito partium 1300. quatenus intelligi licet non modò ex Schonero Radium describente, sed ex Regiomontano etiam ipso, in eo libro, quem deinceps conscripsit De Cometa magnitudine, longitudine, & de loco ejus vero, Problematis sexdecim. Celebrem verò Cometam dixi, ob motum ipsius specialem, quem Regiomontanus descripsit, sub medium adeò celerem, ut uno die conficerit magni circuli arcum graduum quadraginta. Sed rem totam præstat ex iplius verbis intelligere in memorata Descriptione, quam tametsi longiusculam, quia tamen facile non occurrit, ingratam fortè rem non faciam, si heic totam interjecero. Itaque post præmissum illum primæ apparitionis diem, Vixi est nobis, inquit, Cometa sub Libra, cum Stellis Virginis. Caput tardi erat motus, donec propinquum esset Spica. Nunc incedebat per crura Bootis, versus ejus sinistram, à qua descendendo, die uno naturali portionem circuli magni 40. graduum descripsit. Vbi, cum esset in medio Cancri, maxime distabat ab Orbe Signorum 77. gradibus; Et tunc inter duos polos Zodiaci, & Äquinoctialis ibat, usque ad intermedia pedum Cephei. Deinde per petrus Cassiopejae, super Andromedæ venirem. Post gradiendo per longitudinem Piscis Septentrionalis, ubi valde remittebatur motus ejus, propinquabat Zodiaco, transiens ipsum juxta medium Arietis, donec cum Stellis Ceti occasus Heliacus illum nobis occultavat, in ultimis diebus Februario. Hoc motu suo proprio Circuli magni portionem descripsit, quo in Septentrionem, & cum hoc contra Signorum successionem forebatur, à Libra in Arietem. In fine, & principio, tardè movebatur; in medio verò apparitionis velocissime, uno die ferè per quatuor Signa, à fine Virginis, in principium usque Geminorum. Et secundum naturam sibi adscribendam, motum continuasse debebat, donec iterum reversus in Libram apparuerit. Et forsitan taliter motus fuit; quoniam in ejus occasu magna albius erat quantitas; tamen propter figuram ejus ad Solem, & maximè in plagiis Septentrionalibus, agè in fine sua apparitionis videtur poterat, nisi meridiana.

diem versus in diebus Aprilis, si motus sui regularitatem servaret. Cauda vero eius minus mobilis, continuè respiendi Stellas Geminorum, eas circuibat, nunquam ab eis per totum apparitionis tempus devians. Ideoque in prima emersione ad occidentem illam protendebat; quoniam illeie Stella Geminorum putabantur: in fine vero Cometa sub Ariete locatus propter Solis vicinitatem, nisi in occidente non apparuit, & Cauda quidem Orientem versus protensa, quia in hoc situ Stelle Geminorum ponebantur. Medio vero apparitionis Caudam vertiebat ad meridiem: illeie tunc erant Stelle Geminorum: contingebatque tunc nocte eadem, ut statim post Solis occasum Cauda orientem respiceret: appropinquare medio noctis respergit meridiem: post medium noctis verò occidentem: ante Solis ortum indicabat locum Septentrionis. Hec Cauda diversitas in situ ex motu diurno oriebatur, qui semper est ex consequentia primi mobilis, ab oriente in occidentem. Motu autem proprio extremitas Cauda, quamvis tardius, quam Caput Cometa, semper tamen etiam ad occidentem contra Signorum successionem describens parallelum à principio Libre, usque ad medium Tauri movebatur, vadens sub pedibus Vlcani, per Vrsam maiorem, propinquando Perseos, per quem circa Pleiades, ad Caudam Arietis, ibat ferè in medio Tauri. Vnde patet tam Caput, quam Caudam Cometa versus Occidentem, & nunquam versus Orientem ivisse, non solum motu diurno, sed etiam proprio. De peractis ceteris circa Altitudines Solis observationibus nihil addo aliud, quam deduxisse Regiomontanum attolli Norimbergæ Polum gradibus 49. min. 24. & Declinationem Solis maximam esse graduum 23. min. 28. ac fuisse aliunde ratiocinatum maximam Vaporum Altitudinem esse milliariorum Germanicorum duodecim.

De Instituto altero Typographeion attinente ut dicam, initium illius exercendi fecit à duobus alienis, duobusque propriis Operibus. Alienæ fuere *Theorica Nova* Praeceptoris Peurbachy (nimisrum id illibonoris, gratitudinis ergo habuit) & *Manili Astronomica*. Propria fuere tum *Kalendarium Novum*, cuius mentio factajam est, & quo (inquit in Indice Librorum, quos editos voluit) promuntur *conjunctiones verae* & *oppositiones Luminarum*: itemque *Eclipses eorumdem figurae*: Loca Luminarium vera quotidie: Horarum tam *Equinoctialium*, quamtemporalium discrimina, dupli instrumento ad quasvis habitationes; ac alia plura scitu jucundissima: tum *Ephemerides*, de quibus in eodem Indice sic habet, Ephemerides, quas vulgo dicunt Almanach, ad triginta duos annos: *Vbi quotidie insuperis* veros motus omnium *Planistarum*, Capitisque *Draconis Lunaris*, una cum adspectibus

*adspexitibus Lune ad Solem, & Planetas, horis etiam adspexitum eorundem non
frivole adnotatis: neque Planetarum inter se adspexitibus pretermisso. In fronti-
bus paginarum positæ sunt indicia latitudinum: Eclipses denique Luminarum (si
que futuræ sunt) locis suis effigantur. Quod quidem refero, ne sit, cur
Cardanus objiciat Regiomontanum immerito inventorem primum
Ephemeridum reputari; quoniam ipse anni 1414. Ephemeriden vi-
derit: Quippe, ne ipse quidem Regiomontanus sibi arrogat, sed po-
tius, cum dicit, quas vulgo vocant Almanach, supponit Ephemeridas
sub alio nomine præexistisse. Esto aliquid fuerint, qui ob antiquiores
non visas, ad illum priinas retulerint; ut Petrus Ramus, qui idcir-
co hujusmodi Ephemeridas, *novum tum, & ignotum anteà Matheos fa-
tum esse* dixit. Quicquid interim sit de illa anni 1414. Ephemeride;
exstat certè in Regia Bibliotheca MS. Codex, quem eximius Jacobus Puteanus, illius Custos, per commune nostrum Ismaeleum Bul-
lialdum mecum communicavit, quo Ephemerides ab anno 1442. in
annum 1472. inclusivè continentur; nisi quodd aliqui anni interdesunt,
uti & interdesunt nonnunquam aut annis menses aliqui, aut mensibus
dies, aut diebus Planetæ; & non raro adspexit, semper Eclipses,
semper latitudinem indicia, & alia. Ex quo reputare par est, non es-
se quidem Regiomontanum primum, qui Ephemeridas texuerit; sed
esse tamen primum, qui illas concinnè ordinaverit; qui suos annis
singulis characteres præmisserit; qui futuras quibusque Eclipseis de-
signaverit: qui tempora retrogradationum cujusque Planetæ adnota-
verit: qui ad initium cujusque mensis literas præfixerit, indicanteis
illi-ne Septentrionales, an Meridionales: Ascendentes, aut Descen-
dentes forent: adde &, qui typis commisserit, edideritque. Quod de
Ephemeridibus porrò dico, dici idem obiter potest de ceteris, quæ
idem Cardanus adscriptissime sibi ex aliotoribus Regiomontanum
objecstat: ut quod Tabula directionum magna ex parte sint Joannis
de Blanchinis: quod Epitome sit Mediolanensis cujusdam, etiam an-
tequam Peurbachius Monteregii Magister nascetur: quod Libri de
Triangulis Sphaericis inventio sit tota Hebrei Hispani. Sed de Ephe-
meridibus dicere ut pergam, illi duo & triginta anni desierunt in an-
num M. D. VI. adeò proinde, ut cum cœperint ab anno M. CCC.
LXXV. videatur Regiomontanus absolvisse duntaxat earum impressio-
nem anno antecedente LXXIV. Sic vero loquor, quod præter iteratam*



Augustae editionem postremorum xv. annorum, videre nisi paucos annos ex prima editione in Codice lacero apud eruditissimum, optimusque Hardyum, mihi non contigerit. Taceri interim non debet, Regem Mathiam, cui opus dicatum, tanti id fecisse, ut donaret ipsum Authorem Hungaricis aureis oclingentis (utcunque tamen sint, qui id de Tabulis dicant) ac fuisse opus ab omnibus tanto cum applausu exceptum, ut singula exempla aureis itidem Hungaricis duodecim venerint, idque, ut ille ait, *Germanus, Hungarus, Gallus, Britannus certum coementibus.*

Memorata porrò quatuor Opera typis jam commissa, absolutaque erant, cùm Regiomontanus & typis expressit, & evulgavit Indicem Librorum, qui partim antiqui, maximèque ex Græcis, partim ex suis edendi sibi supercessent. Quia verò is Index non passim occurrit; ac non deerunt, quantum opinor, quibus illum percurrere suave sit, ideo adscribere hoc loco ipsum juvat. Cùm ejus tamen dux sint partes, illud præmitti circa priorem debet, quod Regiomontanus, tametsi ingenio, judicioque præcellenti foret, non sibi tamen sic fidetur, quin eruditiorum judicia, censuramque experiri vellet: ut constare potest, vel ex literis, quas ad M. Christianum Erfordiæ commorantem dedit. In iis enim, cætera inter, scripsit, se editiones molientem utilium scriptorum, hanc ob causam libentius magistrasse Norimbergam, ne procul ab ipso abeget, quod maxime se ab eo adjuvare, & judicio ipsius, censuraque in multu materiis uti cuperet. Itaque ut à parte, classice priore, quæ antiquorum est Librorum incipiam, mentione facta Theoricarum Peurbachii, & Astronomicorum Manilii, quæ duo esse explicita ait, ita sequitur. *Cosmographus Ptolemai, nova traductione;* Nam vetula ista Iacobi Angeli Florentini, que vulgo habetur, vitiosa est; interpretate ipso (bonâ venia dictum fuerit) neque lingue Graeca sati, neque Mathematica nositiam tenente. Quæ in re summi arbitris fidem haberi fas erit, Theodoro Gaza, clarissimo viro, ac Gracè, Latinèque doctissimo: & Paulo Florentino (is est, cui elucidationes adversus Cusanum dicātur) Graecarum quidem hand ignaro: in Mathematicis autem plurimum excellenti. Magna Compositio Ptolemai, quam vulgo vocant Almagestum, nova traductione. Euclidis Elementa cum Anaborici Hypsiclis, editione Campani: evulsi tamen plerisque mendis, que proprio etiam indicabantur commentariolo. Theonis Alexandrini clarissimi Mathematici Commentaria in Almagestem.

Præcl

Procli sufformationes Astronomicæ. Quadruplicatum Ptolemai, & centum fructus ejusdem, nova traditione. Iulius Firmicus, quantus reperiatur. Leopoldus de Austria, &, si qui alii Predictores Astrologici illustratione digni videbuntur: item Antonii quoque de Montulmo, quamvis fragmenta, si usum multiplicem exponentur. Archimedis Geometre acutissimi opera de Sphera, & Cylindro: de Circuli dimensione: De Conicis, & Sphaeralibus: De lineis Spiralibus: De Equiponderantibus: De quadratura Parabole: De Aene numero: cum Commentariis Eustocii Alcalouie in tria Opera ex predictis, scilicet de Sphera, & Cylindro, de dimensione Circuli, de Equiponderantibus. Traductio est Iacobi Cremonensis, sed non nusquam emendata. Perspectiva Vitelonis, opus ingens, ac nobile. Perspectiva Ptolemei. Musica Ptolemai cum expositione Porphyrii. Menelaï Sphaerica, nova editione. Theodosii Sphaerica: item de Habitationibus; De diebus, & noctibus, nova traductio. Apollonii Pergei Conica. Item Sereni Cylindrica. Heronis inventa Spatialia: opus Mechanicum mire voluptatis. Elementa Arithmetica Iordanii. Data ejusdem Arithmetica. Quadripartitum numerorum: opus variis scatens argutius. Problemata Mechanica Aristotelis. Hygini Astronomia, cum desortione Imaginum caelestium. Additum sicut: Facta præterea est arbor Rhetorica Tulliana, speciosa imagine. Et sicut descriprio totius Habitabilis note, quam vulgo appellant Mappam Mundi. Ceterum Germanie particularis Tabula: item Italia, Hispanie, Gallie universa, Grecieque: Sed & suas cuique historias ex autoribus plurimis cursum colligere statutum est: quæ videlicet ad Montes, que ad Maria, ad Lacus, Amneisque, ac alia particularia loca spectare videntur.

Circa posteriorem, propriorumve Librorum classem, præmissa pari modo mentione Kalandarij, Ephemeridumque, quæ duo opera jam absoluta ait, ista continuo subsequuntur. Commentaria magna in Cosmographiam Ptolemai: ubi exponitur fabrica, ususque Meteoroscopii, quo Ptolomeus ipse universos fermè numeros totius Operis sui elicuit falso enim quipiam crediderit tot longitudinum, latitudinumque nameros per supernorum observationes innominasse) præterea descripicio Sphera armillaris, una cum tota Habitibili in plano ita dilucidatur, ut plerique omnes discedere queant, quam nemo antebac Latinè intellexit, vitio traductoris obstante. Commentariolum singulare contra traductionem Iacobi Angeli Florentini, quod ad arbitrios mittetur (Hos autem dixit Gazam, Paulumque.) Theonis Alexandrini defensio in sex voluminibus, contra Georgium Trapezuntium; ubi plane

planè quis deprehendet frivola ejus esse commentaria in Almagestum, traductio-
nemque ipsam operis Ptolomaei rivo non catere. Commentariolum, quo com-
monstrantur placita Campani ex editione Elementorum Geometricorum rejicienda.
De quinque corporibus aquilateris, qua vulgo Regularia nuncupantur; que videlicet
eorum locum impleant naturalem, & qua non: contra Commentatorem Aristotelis Averroëm.
Commentaria in libros Archimedis eos, qui Euclidi expo-
sitione carent. De Quadratura Circuli, contra Nicolaum Cusensem. De Dite-
chionibus, contra Archidiaconum Parmensem. De distinctione Domorum cali,
contra Campanum, & Ioannum Gazarium Ragusinum; cuius & alia de Horis
temporalibus decreta ibidem retranslantur. De motu Oculava Sphera, contra The-
bit, ususque sectores. De inflatione Kalendari Ecclesie. Breviarium Al-
magesti. De Triangulo omnimodis, quinque volumina. Problemata Astrono-
mica, ad Almagestum totum spectantes. De Cometa magnitudine, remotione
que à Terra; De loco ejus vero, &c. Problemata Geometrica omnimoda: opus
fruustrosa iucunditatis. Ludus Pannoniensis, quem alias vocare libuit Tabulas Di-
rectionum (scilicet Strigonium, cuius Præsuli Tabulas dicavit, in Pan-
nonia, Hungariave est) Tabula magna Primi mobilis, cum usu multiplici,
rationibusque certis. Radii multorum generum, cum usibus suis. De Ponderibus,
& Aque-duilibus, cum figuracionibus instrumentorum ad eas res necessariorum.
De speculis ustoris, atque aliis multorum generum, ususque suspensi (Recep-
erat in illa Patavii habita Oratione ea se conjecturum, cuiusmodi Archimeda.) Subiunctum fuit; In Officina fabrili ASTRARIUM (auto-
matum nempe) in continuo tractauit, opus planè pro miraculo spectandum.
Fuit & alia instrumenta Astronomica, ad observationes celestium: Itemque
alia ad usum vulgarem quotidianum, quorum nomina longum est recitare. Postre-
mè omnium Artem illam mirificam literaturam formaticem monumentis stabilibus
mandare decretum est (Deus bone facias.) Qua re explicita, si mox obdormieret
Opifex, mors acerba non erit: cum tantum manu posteris in hereditatem relique-
ri, quo ipsi se ab inopia librorum perpetuo poterum vindicare. Quo extremo
articulo satis indicatur esse debuisse Regiomontano mirabilem quan-
dam rationem perficiendæ artis Typographicæ; quippe quæ tunc ad-
huc versaretur quasi in cunis, tanquam non ante annum M. CCCC.
XL. Argentorati, Joanne Mentelio authore, nata (ut qui est ex ejus
profapia Medicus egregius Jacobus Mentelius demonstrat) & deinceps
quidem Moguntiam, & aliò propagari coepit; sed extremam
tanien desiderans manum. Quod sanè dum sic refero, ut verisimilius
quidem

quidem tali est, nihil tamquam gloria ipsius Regiomontani detracsum.
volo, si verum sit forte, quod & ipsa ejus recitata verba videntur in-
nuere, & Rainus illi tribuit, dum artis hujus inventionem referre ad
ipsum videatur. Hæc uenit Raini verba sunt. Ex eadem genit Germa-
nica Mathematico beneficio prodit *Typographia*, qua videatur in *Recurbachii Ta-
bulis ad Regiomontanum* referri; inter cuius opera saltem tentata ars illa miri-
fica *Literarum formatrix* appellatur. Neque *Chronologia* repugnat; cion pri-
mum *Typographus exemplum* Moguntia editum fu anno 1466. a Petro. Gernese
puero Iacumu Fustei, ut constat e *Ciceronis officiis*, que prima omnium liberorum
impressa sunt; Sed nempe Raino non constitit neque de impressis ante
eum annum libris, neque de anno, quo Norimbergam Regiomonta-
nus adventavit.

Facta porro jam ante aliquot annos Romæ commoratio, dataque
illeic rarissimæ eruditionis specimina, magnum ea in urbe Regiomon-
tano quæsierant nomen; at ubi fure illuc exempla memoratorum
Operum, Ephemeridu[m] cum priuis translata, eò celebritas illius
evasit, ut dc ipso Româ rursus accersendo omnes eruditæ cogitave-
rint: & Sixtus etiam i v. Pontifex maximus ad eum scriperit, ut ad
sele accederet: Decrevisse annirūta se Kalendarii reformationem se-
riò aggredi; ac reperiri neminem, cujus operâ. ac industria, æquè ac
ipius, posset adjutari. Factæ ipsi proinde ingentes pollicitationes;
creatusque interim fuit Episcopus Ratisponensis. Ita habet Paulus
Jovius; verum quia Rainus idem referens, subiungit qui tun se ha-
beret, quidque Norimbergæ admirabile Regiomontanus aut molire-
tur (vidimus scilicet jam illi fuisse Officinam fabrilem, ac in ea Auto-
matum in perpetuo motu) aut, ut artifices deinceps moliri auderent,
exsequique possent, occasionein faceret; eapropter ipsius met verbis
id commemorare est operæ-premium. Is ergo, recentiò honore, quo
Regiomontanus donatus, cùm fuit, absens licet, designatus à Sexto
Ratisponæ Episcopus, Norimbergæ, inquit, tum Regiomontano fruebatur;
Mathematici inde & studiis, & operis glorijs tantam adepti, ut Tarentum Ar-
chytæ, Syracuse Archimede, Bizantium Proclo, Alexandria Ctesibio non ju-
stius, quam Norimbergæ Regiomontano gloriari posset. Exsimius eu[m] Mathe-
maticus Archytæ, Archimede, Proclo, Ctesibio, Mathesis Tarentina, Syra-
cusanæ, Bizantia, Alexandrina exsimia est: ac inter artificium Norimber-
gensium Regiomontanum Mathematicis eruditorum delicias est, Muscam ferream ex

artificiis manu velut egressam convivias circumvolitare, tandemque veluti defessam in domini manum reverti. Aquilam ex urbe adventantem Imperatori longissime obviam, sublimi aere, procedere, atque adventante ad urbis portam comitari. Definamus itaque Archyta Columbam mirari, cum Muscam, cum Aquilam Geometricis aliis alatam Norimberga exhibeat. Ergo nobiles illi quondam in Gracia, atque Aegypto, hodie artifices nulli sunt: Regiomontani Norimberga supersunt. Senatus enim, Populusque Norimbergensis operam dedit, ut perpetuos Regiomontanos haberet. Itaque VVernerus primus, deinde Schoneri pater, & filius, Regiomontani animam deinceps excitaverunt. Prætereo quæ ille prosequitur fuius de singulari Civitatis in excolendis Mathematis, opificisque providentia: Subjicio hic solum, quod alia occasione hunc in modum habet, Ecquid, si jam Norimbergam contraria simul portis, alterè summus urbis Magistratus, alterè redivirus Regiomontanus adventare dicerentur; utrò frequentiorem concursum credimus futurum?

Verum, ut ad factam à Pontifice summo invitationem redeam; ha-
sit non parum Regiomontanus, ecquid capturus consilii foret. Nam splendor quidem Dignitatis oblatæ eximius videbatur; at cariores erant studiorum deliciae, quas debita, & congrua Pastoralis officii sollicitudo esset averfuta. Accedebat, quod imperfectam relicturus esset editionem tot præclarorum voluminum, quæ tantoper tamen erat cordi, & à qua abstrahi vix erat, cogitare ut posset. Succedebat, quod non foret amplius Romæ habiturus optimum Patronum, Bessarionem Cardinalem, qui à tribus annis è Gallia redux (hūc hempe Legatus occasione belli Turcici advenerat) concederat satis Ravennæ. Verum evicit denique tamen, ut iter Romanum arriperet, exspectata cum primis gloria præclari illius facinoris, ad quod præstandum in gratiam sacræ Religionis invitabatur. In parte etiam consolationis erat, quod tametsi invitus quoque, quas cœperat, observationes cogeretur abrumperem; supercesset nihilominus in urbe eximius Waltherus, in quo neque industria, neque ardor illas continuandi decesset. Ut breve ergo faciam, discessit denique memorato anno M. cccc. lxxv. sub ipsum finem mensis Julii; siquidem postrema ejus observatio circa altitudinem Meridianam Solis, sicut die ejus mensis xxvij. & quæ Waltheri deinceps fuere, cœpercè à die secunda Augusti. Ac fuit ille quidem Romæ non sine applausu exceptus; at non toto anno ibi supervixit. Incurrerat enim in vehementis odium filiorum Trapezuntii, quod Pa-
rentis

rentis eorum circa Ptolemaum, Theonemque lapsus non dissimularet; quare & fama est fuisse cum veneno illorum insidiis, arteque exstinctum. Memoratus tamen mox Jovius surreptum fato ait, grassante in Urbe pestilentia; & Kepplerus, dum idem scribit, reprehendit aliunde Camerarium, referentem illius mortem ad effecta cujusdam Cometæ, qui anno sequente apparuerit. Utcumque fuerit, proditum est, obiisse illum pridie Nonas Julias anni M. c c c. LXXVI. Vixitque adeo solùm annis 41. ac solidò præterea mense. Nemo proinde & non dolet immaturam ipsius mortem, & non miratur potuisse ab illo toque & tanta opera tam breve intra tempus præstari. Sepultum eum fuisse in Pantheonе ajunt, ac, cætera inter, condita habentur in illius laudem isthac carmina Brunonis Seleri:

*Inferior nullo doctrina leude priorum,
Doctus in Astrorum cognitione fui.
Itals me tellus, & me Germania novit:
Pannonia & studium predicit ora meum.
Duxit in has celebris primum Peurbachius artis
Ingenium magna dexteritate meum.*

Itemque ista Latomi:

*Extinxit penitus nudatas Iupiter adeis,
Quam decima in Sphera cerneret esse suam.
Hoc homines, inquit, submovimus hactenus orbe:
Ab! propè nunc nostris prodinuit in thalamis:
Et nemo his obflat conatibus? intulit Hermes,
Authorem Parca sed vetuere mori.
Heu, ait, heu miseros, qui sic ulcissimur hostem!
Ut cesseret, Dirum protinus esse jube.*

Ubi, quod dicitur de Decima Sphæra eò alludit, quod Regiomontanus debet adversus Thebitium scribens, explicansque Trepidationem, cuius causâ fuerat Nona Sphæra excogitata, esse ostendisse commodius superaddere adhuc unam; ut restituto Sphæra oœstava simplici motu versus ortum, Nona inæqualem illum redderet, Decima obliquitatem Eclipticæ variaret; adeo proinde, ut Mobili primo ulteriori evecto, undecim Sphærarum totalium Systema crearetur. Unde, & quasi non decimam, sed undecimam Sphæram induxisset (& num-

gura

rum certè Sphaerarum denarium unâ auctiorem reddidit) factus locus est non hisce modò versibus, verùm illi etiam Elogio, quo de Regiomontano loquens Jovius, *Hunc, inquit, mutu admirabili solertia, divini ingenii, Astronomorum omnium, qui hactenus floruerunt, prestantissimam veneratur, quis undecimam Sphaeram totius celestis Globi supremam; inclusaque diuinaria ratione rapientem, certissima suppuratione sibi, & posteris invenerit; bac ipsa ad epol gloriose sapientie palma Thalete, Endoxo, Callippo, Ptolemeoque ipso tante scientiae conditore, ac Alfragano nobilior.*

Renunciata porrò Norimbergæ Regiomontani morte, publicus penè luctus fuit; neque sane immoritid. Ille enim in inclyta civitate (ut velex Raimo paulò antè citato intelligitur) habitus fuit veluti Parent, à quo bona artes ita propagari ceperunt, ut ex eo usque tempore nusquam magis floruerint. Id verò testatus est etiam Melanchthon, cum occasione Alphragani, & Albategnii, quos edi unà cum Oratione à Regiomontano Patavii habita, Joannes Schonerus, jam tuin Mathesin publico stipendio Norimbergæ profiteris procurarāt. Multa verò, inquit, Senatus ejusce urbis alloquens, *hujus generis beneficia Republicæ vestre debemus. Nam, cum inde usque à Ioanne Regiomontano, urbs vestra velut domicilium fuerit hujus Philosophiae, magna fuerint harum artium apud vos studia; multa egregia monumenta apud vos edita sunt.* Quoniam verò requiri potest, quò evaserint tot præclaræ elucubrations, quæ in recitato Indice, Catalogo cōtinebantur; audiendus est memoratus Schonerus, cum eidem Senatui dicans Libros quinq; de Triangulis, postquam ita præfatus est. *Vrimam ita Deo visum fuisset, ut qua occasione nunc ego sum usus ad celebrandum Rempub. vestram, dum quod vobis ex optimis scriptis doctissimi hominis Ioannis de Regio monte dedicandum putavi, ea Author ipse in vestra florentissima urbe excadendo, cum hoc, tum alia plurima ad illius immortalem gloriam uti potuisset?* Nimirum &c. subdit; Operandum erit, ut quia Regionentiam ab Officina, unde tot egregia opera emitterentur, quos Indice p̄missi indicaverent, in Italiam retraxerat vocatio (honestissima ea quidam, sed cui obsequitias reverteretur nunquam) ab eo reliqua monumenta cum ijs suis, tum aliòrum, Veterum p̄otissimum laborum, conservarentur. Sed hac ipsa quedam ita vestris calamitas, ut ex tanta, tamque splendida copia, qualem Indices ostendunt, perpasticile retinque ad nos pervenerint. Et mox, circa ipsum de Triangulis opus; *Hanc autem Librum, cui de Triangulis omnimodis ipse Ambo hismodi fidiles; christissimæ ordinis vestri vir Blibaldus Pircamerius, illo tempore,*

tempore, quo tam speciosa supplex Regiomontani parvum diligenter conservabatur, cum, ut sepe dicere audivimus, magna pecunia comparasset, non tam sibi quam studiis disciplinarum Mathematicarum: Hunc igitur, &c. Commendandus verò interim Schonerus, quod magno studio taleis reliquias perire passus non fuerit.

Nam præter hoc quidem de Triangulis Opus, edidit etiam quæ tum Peurbachii, tum Regiomontani de Sinibus, Chordisque existabant; conquestus fuisse aliquos, qui Regiomontani labores, nomine illius suppresso, sibi adscriberent. Rationes quoque, ob quas Regiomontanus rejecerat Modum erigendorum Thematum, seu constitutiarum Donorum cœlestium à Campano excoxitatum, retentumque à Gazulo; novum autem invexerat, qui deinceps & Rationalis, & Regiomontani est dictus (is videlicet, quo positionum circuli per communis Horizontis, Meridianique intersectiones duci, Aequatorem secant in parteis æqualeis.) Genethliacum item opus, sed amplificatum ex iplius Schoneri, aliorumque observationibus. Descriptiones præterea variorum Instrumentorum, ut Torqueti, Armillarum, Astrolabii, Regulæ magnæ Ptolemaicæ, Baculi, Radiive Astronomici, quibus & ipse explicandis incubuit. Observationes insuper tam Regiomontani, quam Waltheri, quatum *Thesaurum*, inquit, *sancissime reconditum, in capsula quadam invenimus*. Dialogum adhæc, & Demonstrationem adversus Cusani Quadraturam, & nonnulla alia. Quibus addendæ sanè videntur Demonstrationes Geometricæ Problematum omnium, quibus Regiomontanus declaravit usum magnæ Tabulæ primi Mobilis, quasque deinceps Ioannis filius Andreas Schonerus, testatus illas à Parente sibi relictas, edidit. Tabula porrô ipsa primi Mobilis, unâ cum Problematibus prostatbat jam tum, unâ cum Tabulis Eclipsiuum Peurbachii, uti & Disputatio adversus Theoreticas Cremonensis. Prostabant & ipsæ Directionum Tabulæ, quaruin editionem Regiomontanus permiseraat Strigoniensi Archiepiscopo hisce ultimis Nuncupationis verbis, *Eas itaque primicias operum meorum suscipere digneris, quas ubi pro acutissime ingenii tui probaveris, in publicum prodire jubeto.*

Prætereo autem & quosdam alios opera aliqua edidisse; ut Ioannem Driandrum Epistolam de compositione Meteoroscopii, cuius operâ voluit Ptolemaicum tot locorum singularium longitudines, & latitudines

tudines designasse. Fuit autem Epistola ad Bessarionem per id tempus scripta, quo adversus Trapezuntium scribebat; Nam *cursim*, inquit, quasi per speciem exempli, structuram banc communis cor; quod & vigilia mea perpetua, quibus commentariis Trapezuntii excubrare soleo, & bortantur, & vehementer instigant. Quod deinde verò brevitatem iterum excusans, ait, ad me rapit fortuna mea fluctuabunda, cuius profectò ludibria propediem explodenda, nisi negetur mihi reditus, excutiam, ac prossus pessum dabo: nescio id-ne ex Pannonia, an potius ex Italia, qua primùm vice ibi fuit, ac dum interea Bessario variis Legationibus fungeretur. Utcumque sit, hoc certè tedium occasione ipsius Bessarionis non fuit; Ecce scilicet conclusionem. Iam sati secessi Veneracioni tua videor quām-paucis; quamvis etiam illū ingenium tuum perspicax non eguerit. Verum tamen ne tardiusculis ad iussa tua viderer, ac observantia, immò verius tua erga me benevolentia contempnor, aut neglector dīc possem, hoc breve monumentum literis mandate decrevi, & eò libentius, quō rem tibi gratiam futuram arbutatus sum. Si autem, quod haud suspicor, ceteros hujus organi usus per te ipsum reperire non confidas, sed ex me summoperè cupias, non pigebit ampliori membrana calamum applicare. Cetera ut præterea, Joachimus Camerarius editurus Græcè Theonis in Ptolemaeum commentarios à Regiomontano relictos (editus fuerat jam Ptolemaeus, & ex eo quidein Codice, quem testatus Bessarion fuerat se pluris facere, quām Provinciam) dicāns verò ipsos Norimbergensi Senatui, Si quid, inquit, votis efficeretur, opārim, ut hoc licuisset emittere, qui ad vos quondam attulit, admirabili ingenio, & doctrina prædicto Ioanni Regiomontano, qui, cīus in Italiam iterum profectus dum suum obiūset, heu mibi, quanta morte sua vir optimus commoda, promissa jam, & ostensa abstraxit à civibus suis! Sed queri desinamus. Quamvis enim multa, & præcipua alia opera scriptorum; cum ipsis, tum priorum ista calamitas intercepterit; tamen hic liber relictus, atque conservatus, maximam efferte in magnis daniis consolationem debet.

Ne Waltheri oblitus videar; reputare sanè par est, quemadmodum ille præcius Regiomontani amicus fuit; sic fuisse ipsius dolorem præcipuum. Dici verò non potest quanta commendatione dignus sit, qui ut animatus à Regiomontano ad cœlestium rerum curam fuerat; ita deinceps perseverarit. Diximus jam cœpisse illum à discessu usque Regiomontani, Observationes peragere; non destitit porro à similibus per totos, quibus supervixit, annos peragendis. Quo ardore



dore autem cœlestia spectaret, vel illud potest arguere, quod, cum anno mortem Regiomontani insequuto, ac die Septembri quinta manè, attendisset Martem, & Saturnum adeò vicinos, ut spectato utriusque cursu, futuri essent interdiu corpore conjuncti, rei descriptio- ni isthac verba subjunxerit; *O quanto affectu eorum vidissimum convenitum!* quia verisimili conjectura unu eclipsabat alterum: *Tarissimus autem eventus ille.* Cūm ejus porrō observationes circa Meridianas Solis altitudines cœ- perint, ut iam antè est dictum, à die 2. Augusti anni M. CCCC. LXXV. & circa aliorum Planetary loca, & distantias, ac aliquot etiam Eclip- seis, à 1. insequentis Septembribus; desierunt postmodùm utræque anno M. D. IV. iste quidem die Maii x x x. illæ vero die Junii tertia. Quo præcisè tempore natus, mortuusve is fuerit, proditum à quo- quam non commenini; dignus oīnninò vir, qui inter merentissimos de Astronomia numeretur. Illius certè observatis non Copernicus modò usus, verū maximè etiam Tycho, qui illum propterè com- mendatione perpetua afficiens, appellat *eximium; omni laude dignissi- mun;* ite inque, *virum laude imprimi, memoriāque perpetua dignum.* Ut per- spectum verò evadat, qua & diligentia, & fide, observationes consig- gnārit; solitus ecce fuit unicuique, aut maximæ parti Solarium, censu- ram apponere aliquibus hujuscemodi verbis; *Dubia; certa; certissima;* *præcertissima; clara; clarissima; præclarissima; diligens; diligenter; mediocri;* *non omnino certa; non certissima, sed sufficiens; radii dubii; radii fortes; calum serenissimum;* *exacte; confide; funda te in hauc; optima obseratio,* cui si cetera corresponteant, certe omnes judicentur, &c. Quo proinde est effectum, ut Tycho Solis motum restituturus, & deligere, & cum suis conser- eas ex Walthero observationes potuerit, quæ optimæ notæ, ac indu- biæ forent. De cæteris, id esse dignum consideratione videtur, quod aggressus loca Fixarum restituere, ac Venerem præferens Lunæ, uti & postmodùm Tycho prætulit, adnotavit ad diem Martii viij. anni M. CCCC. L. x x x i x. illum Refractionis effectum, quem deinceps Tycho non modò observavit, sed etiam definiit. *Est notandum, inquit,* quod circa Horizontem Astra apparent propter radios fractos super Horizontem, cum secundum veritatem sunt sub eo; quod instrumento Armillarum sensibiliter sapienti mihi apparuit, &c. Quem totum locum Kepplerus in suis ad Vi- tellionem Paralipomenis commentario quasi quodam illustravit.

Qui vero factum existinemus, ut, cūm Copernicus ex serie hujus-

A 22 2

modi

modi observationum mutuatus fuerit illas treis, quas ad restituendum Mercurii motum, cum propriæ deficerent, usurpavit (primam quidem anni M. CCCC. XCII. ac diei 1 x. Septembris; secundam verd, & tertiam anni M. D. IV. illam 1 x. Januarii, hanc xviij. Martii) primam Walthero tribuerit, secundam, & tertiam Schonero? An id fortè, quia Schonerus, cùm posteriorum tempore foret Juvenis, & Norimbergæ, priusquam publicè illeic doceret, moraretur, Waltherum, quem alicubi venerabilem Senem dicit, adjutare potuerit, aut solus etiam aliquando ejus instrumenta usurpare, ac testari fuisse se in iis peragendis aut adjutorein, aut etiam actorein præcipuum? Hac certè ratione duas posteriores & penes se habere, & cum Copernico communicare potuit, antequām priorem, ceterasque in capsula memorata nancisceretur, cumque eodem communicaret; ut proinde Copernicus credere facilè potuerit, illas Schoneri, hanc Waltheri esse. Ne in hoc tamen hæream; repeto solum Juvenem (annorum quippe xxvij) fuisse Schonerum eo tempore, quo observationes posteriores peractæ; videlicet cum perhibeat natus Carolostadii anno M. CCCC. LXXVII. ac die Januarii xvij. (annis putà IV. à nato jam Copernico, & anni di-midio ab obitu Regiomontani) & memorabile sit, quia fuit deinceps mortuus anno M. D. XLVII. ac die itidei xvij. Januarii, complesse eum præcisè annum LXX. ut Plato complesse exquisitè dicitur annum LXXI. Repeto, inquam, ac tantò libentius ejus mentionem heic facio, quanto fuit & ipse de Astronomia bene meritus; & visus dignus fuit Rhetico, ad quem illam primam de sua apud Copernicum mora, ipsiusque doctrina Narrationem dirigeret; cùm & ex deductis manifestum sit, deberi illi maximè, quæ Regiomontani extant monumenta.

Hactenus tibi, mi CAPELLANE, fecisti satis videor, enarrans, quantum fuit nosse datum, cujusmodi viri Peurbachius, illiusque discipulus Regiomontanus exstiterint. Quod si præterea fortè Elogium utriusque conjunctim depositas, referre quidem possem totum Epigranima, quod memoratus Ioachimus contexit, εἰς τὸν ἰερόντας καθηγήσας, ἡμῶν διδασκοῦσα, καὶ συδέσμων αὐτῆς Γεωργίου Παρεπίδημον. In éminēntissimos Mathematicos, Ioannem Regiomontanum, & Georgium Peurbachium ejus Praeceptorem, nominibus iisdem hoc disticho expressis,

Toti⁹ Bacchini at⁹ opes, φρεγάνων γένος, αἰδη⁹ Γεωργίου,
Τοῖς φρεγάνων τέλει Παρεπίδημος.

Fran-

Francus Ioannes, à Regis monte vocatus.

Ipsius & doctor nomine Peurbachius.

Possem, quod habet Tycho Brahe in ea Præfatione ad Rudolphum Imperatorem, quain in Appendix ad ejus vitam retulimus, dum Regiomontani citaturus verba aduersus, eos, qui non in cœlo sed in turguriis, inque scripturis, exercent Astronomiam; Quod vero, inquit, Eximus ille Regiomontanus in illi stri Imperatoris tuae Majestatis Academia Vienensi, que excellentissimos semper sovii Mathematicos, Astronomos imprimis celebris, & Magnillius Peurbachius ibidem discipulus, ante centum viginti sex circiter annos, de Canonica Fixarum descriptione à Ptolemeo successore, inde ab Hipparcho tradita gravissimè eloquitur: esse videlicet, &c. Possem & alia: sed abundè erit heic attexere, quod Daniel Santbechius de utroque habet in iterata editione librorum de Triangulis, ante centum proximè annos. Factum, inquit, videmus, ut cum scientia de Motibus corporum celestium multis seculis, sine omni ferè recordatione sùi, altissimè sepulta jacuisse; eadem iterum paulò ante nostra tempora in pristinam integritatem restituta, summo cum splendore effluerit. Hos sanè præstantissimos viros, ad illustrandam pulcherrimarum rerum scientiam singulari beneficio Dei excitatos esse, res ipsa manifestissimè loquitur. Cum enim omnium fermè Veterum monumenta horribili barbarie involuta, corruptaque jacerent; hi nostri Artifices certatim nervos omnes intenderunt, ut obscurissimas difficillimasque Ptolemei demonstrationes recta, veraq; interpretatione evidentissimè explicatas discenibus ante oculos constituerent. Itaque, ut ipsa scientia deinceps incorruptè ad posteritatem transmitti posset, cum novis observationibus, sublati, que temporis diuturnitate irrepsisset, erratis, exploratos corporum celestium motus in integrum restituerent, eisdem accurato calculo subductos, in Tabulae expeditas summa cum dexteritate, ac utilitate omnium digesti- rient; tot insuper monumenta suarum elucubrationum elaborata exquisitissime studiosis reliquerunt, ut ipsi demum soli totam ferè Mathematum scientiam ex primis fundamentis extraxisse videantur. Quapropter horum Artificum memoriam studiosos omnes gratia commemoratione celebrare (quod ipsi immensis laboribus inexplicabileis ferè difficultates sustulerint, ac nobis sua scripta sincere communicarint, quibus summa cum voluptate nunc otiosis quasi frui liceat, atque illa deinceps, tanquam publicum patrimonium ad sequutaram posteritatem transmittere) decet. Sed heic denique modus elto.

IN VITAM
COPERNICI, PEVRBACHII,
ET REGIOMONTANI,
INDEX.

A.

- A** Quinoctiorum Praefationem, seu Anticipacionem quid, & cur Copernicus vocet. 307.
- Albertus Brandenburgicus Marchio & Prutenorum Dux, fundat Academiam Regii montis. Dicat illi Reinholdus Tabulas Prutenicas dictas, & ad meridianam Regii montis relatas. 328.
- Albertus Brudzevius Copernici in Mathematicis Praeceptor Cracoviae. 292.
- Almagesti Ptolemyi Latina interpretatio, ex Arabica versione, mendis scatens. 349. Ejus Epitomen agreditur Peurbachius. Ibid. Perfect Regiomontanus. 353. Exemplum Almagesti Gracum tanti aestimavit, quanti Provinciam Bessarion. 370.
- Alphonsinæ Tabulæ post Prutenicas editas antiquatae 358. carum imperfæcio à Regiomontano ostenta. Ibid.
- Alphragranus publicè à Regiomontano expositus. 355. Albategnius ab eodem illustratus. Ibid.
- Andreas Osiander curator primæ editionis Operis Copernici, Præfatiunculam illi adhibuit. 319.
- Annus Vertens, & annus Siderens; qui differant. 306.
- Apollonii Pergæi opinio de circumductis sursum, & deorsum Soli quinque Stellis Errantibus. 296. 297. 302.
- Astrarium, Automatum nempe in continuo motu, intra fabrilem officinam Regiomontani. 364. 365.
- Astronomiaæ restitutio, quibus quasi primis fundamentis innitatur. 347.
- Astromonicæ Tabulæ quibus de causis esse exquisitæ ad scrupulositatem non valeant. 323.
- Averroës Epitomen in Almagestum Ptolemai condidit. 349.
- Automata singularia duo, Musca ferrea, convivas circumvolvantes, & in Domini manum rediens, & Aquila ex urbe adventanti Imperatori sublimè occurrens; ac Iplum deinceps ad urbis portam comitans. 366.

B.

- B** ergensis Tabulæ, Joannis Stadii. 320.
- Bernardus Scultetus Warmiensis Ecclesiæ Decanus, & Lateranensis Concilii Scribahorratur Copernicum, ut operam conferat ad Calendarii reformationem. 309.
- Bernar-

I N D E X.

Bernardus Waltherus Civis Norimbergensis, impensis Regiomontano ad Organa Astronomica, & Typographieion munistrat. 357. Varia cum Regiomontano obseruat. 358. 366. Post ejus discessum, ac mortem per annos ferè 30. observationes continuat. 371. Ardor ejus & diligentia in observando, fides in consignando. *Ibid.* Ejus obseruationibus Tycho, & Copernicus usi. *Ibid.* Tycho nunquam illum sive elogio nominat. *Ibid.* Refractionum effectum constitutis sideribus in horizonte observavit. *Ibid.* Qui potuerit Copernicus tres illius obseruationes circa Mercurium citans, duas attribueret Schonero. 371.

Bessarion Cardinalis, qua occasione Legatus ad Fridericum Imperatorem. 348. Cooperat latine interpretari Almagestum Ptolemæi. 349. Author est Peurbachio, ut ejus Epitomen condat. *Ibid.* Hortatur, ut secundum in Italianam discendar. *Ibid.* Eo mortuo secum Regiomontanum deditur. 353. Pergens Legatus in Graciam, Regiomontanum relinquit, commendatque Ferrarie, Patavii, Venetis. 364. Ex Gallica Legatione redux, moritur Ravennæ. 366.

Bohemiz regnum inter Hungarum, Polonam, & Saxonem disceptatum. 356.

C.

CAlendarii Reformatio agitata in Conciliis Constantiens, Bafilensi, Lateranensi, & de ea scriptum ad Copernicum. 308. Calendarii Reformatores laboribus Copernici usi 309. Calenda-

rium speciali forma à Regiomontano confectum. 355. Calendarii Romani reformandi occasione Regiomontanus accersitur Romam. 365.

Campani Theoricæ inconcinnæ. 343. Illius, & Gazuli modus erigendorum Thematum cœlestium Regiomontano improbatus. 364. 369.

Carolus VII. Gallæ Rex fieri obseruationes mandat, quibus errores Tabularum Alphonsinarum emendentur. 341. Isdem regnavit annis, quibus Peurbachius vixit. *Ibid.* Christianus Longomontanus Terram in centro degentem moveri circa suum axem cesuit. 331.

Christophori Clavii elogia de Copernico. 309. Demonstrationes finium, chordarumque ex Ptolemaeo, Peurbachio, Regiomontano colligit. 340.

Cometa Insignis à Regiomontano observata an. 1472. 359. Illius via, motus, caudæ situs, &c. *Ibid.* Cometarum viæ sunt trajectiones rectilineæ per ætherem; quæ videntur vero ipsorum revolutiones diurnæ affinguntur ipsis ex motu Telluris. 332.

Copernicus, vide Nicolaus. Cyprianus Leovitius Ephemeridas ex Prutenicis Tabulis deduxit. 330.

D.

David Origanus Ephemeridas ex Prutenicis Tabulis deduxit. 330. Terram in centro existentem, moveri dictum circa suum axem opinatus est. 332. Maris æsum ad diurnum Terræ motum resultat. 331. Dierum, noctiumque vicissitudines, cur non mihius in opinione Copernici,



I N D E X.

nici, quām in communi appareant.
305.

Directionum Tabulæ Archidiaconi
Parmensis imperfectæ 356. à Re-
giomontano meliores conditæ. *Ibid.*

Dominicus Maria Praeceptor Co-
pernici Bononiz 193. quām Eclip-
cæ obliquitatem invenerit, *Ibid.* Ut
opinatus fuerit Poli altitudinem in
eodem loco progressu temporis
variari. *Ibid.*

E.

Eclipses Lunæ à Peurbachio, &
Regiomontano observatæ an-
nis 1457. Septembr., & 1460.
Julio, ac Decembri. 346. A Re-
giomontano solo, an. 1451. Julio.
353. an. 1462. Decembri. *Ibid.* an.
1464. Aprili. 355.

Eclipsis Lunæ à Copernico observata
Roma, anno 1500. 294. Eclipsis
Veneris à Luna, an. 1529. 300.

Eclipticæ obliquitas tanta primū
Peurbachio, quanta Almeoni habi-
ta; observata deinde minor. 342.
Quanta habita Regiomontano.
360. quanta Dominico Mariæ
193. quanta Copernico. 299.

Echphantus censuit Terram in cen-
tro degentem dietim circumgyra-
ri. 297.

Ephemerides Regiomontano dictæ,
quæ antiquioribus Almanach. 342.
361. Aliquas contexit, edicte
Peurbachius 342. Ephemeridas
Regiomontanus primus compo-
suit, concinne digessit, typisque
mandavit in 32. annos 361. Quanto
illæ pretio habitæ, quantique væ-
nales 362. Quantu dicatio earum
penfata. *Ibid.* Cardanus vidit Eph-
emeridem pro anno 1414. 361. Ex-
stat in Bibliotheca Regia codex

MS. Ephemeridum ab ann. 1442.
in an. 1472. *Ibid.*

Epistole variae à Copernico scriptæ,
ac una speciatim de motu octavæ
Sphæræ. 322.

Erasmus Reinholdus edidit commen-
tarios in Theoreticas Peurbachii.
328. 344. Edidit etiam in libros
Revolutionum Copernici. 328.
329. Tabulas Prutenicas condidit
328. Ephemeridasque ex ipsis de-
duxit. 330.

F.

Fabianus de Lusianis Warmiensis
Episcopus. 295. Eo mortuo
Copernicus creatus bonorum
Episcopatus administrator. *Ibid.*
Fixarum longitudines cur Coperni-
cus à prima Arietis stella deducat;
eademque, quod supereft, cum
Ptolemaeo retineat. 306.

Fixarum situs, & magnitudo in opi-
nione Copernici, quorū variari
non apparet. 305.

Fridericus III. Imperator, benevo-
lus, & munificus in Peurbachium.
339.

Fruemburgam Borussiæ oppidum,
cui Warmiensis Ecclesia, in qua
Copernicus Canonicus vixit, im-
minet. 294. Quos vapores illeic
creet Willula. 300.

G.

Galileus astum Maris, ejusque
circumflanias per motus ter-
ræ attributos expoluit. 331.
Gazulo probatus domicandi mo-
dis, improbatus Regiomontano.
364. 369.

Georgius Joachimus Rheticus fama
Copernici per motus, suam Ma-
theleos Professionem dimittit,
etumque

I N D E X.

etiamque convenit, ut ipsius discipulus fiat. 310. Narrationem de iure ad illum progressionis successu, deque opinione, & arguento Librorum ipsius ad Joannem Schoneum scribit. *Ibid.* In quantum raptus admirationem, quantis elogii prosequatur Copernicum. 310. 311. 312. 313. 314. 322. Scriptū præterea Encomium Borussiæ. 313. Edi procurat Copernici Tractatum de Triangulis, cum Canone Sinuorum supputatum ad Radium partium 10000000. 314. Tidemnum Gyrum Episcopum Culmersem, Copernici amicum, sibi, & amicum, & Meckenatem agnoscit. 311. 315. Accipit ab ipso Autographum Copernici, ac ipsum edi Norimbergæ curat. 319. Editi exemplum mittit ad Copernicum, qui tamen jam mortiens, nihil aliud, quam ipsum vidit, contigitque. 319. 320. Ephemeridem condidit ex Canonibus Copernici in annum 1551. 329.

Georgius Peurbachius nascitur an. 1423. 338. Illius ingenium, ac studia. *Ibid.* creatur Magister artium Viennæ. *Ibid.* Peregrinatio ejus in Italiam; quos illeic viros coluerit, quanti ab illis factus fuerit. *Ibid.* Uegit aliquandiu Romæ; docet Perrariæ, Bononiae, Patavii; Redit Viennam; Fit illeic Mathefeos Professor; à Ladislo Hungaria Regi iovitatur; à Piderico III. detinetur. 338. 339. Accerrimè incumbit studio, intelligentia que Almagesti Prolemæ; & quantum in eo (destitutus licet lingua Græca) proficerit. 339. Quæ varia Opera conscri-

pferit 339. & sequ. Quæ Instrumenta etiam confecerit, ac speciatim Quadratum Geometricum in ulum Archiepiscopi Strigoniensis. 340. Ejus Tractatus de Sinibus, & Chordis. *Ibid.* Tabulas varias condidit, quibus Alphon- finas reformat. 340. Tabulas Eclipseon speciatim condidit. 342. Cur ipsas ab illius morte Joanni Varadiensi Episcopo Regiomontanus dicāri. *Ibid.* Theoricas novas conscriptis: quibus permotus rationibus. 336. 343. 344. Quo illæ fuerint applausu exceptæ. 336. 344. Ut suā famā Regiomontanum ad se acciverit; ut benevolè excepérat: ut tanquam filium amaverit: ut nihil cum eo non communicarit. 346. Quid cum eo observaverit. 347. Ut invitatus Romanam, nū cum eo ire recusaverit. 350. 352. Quam mutua, quāmque laevissima animalium utriusque conjunctio. 350. 351. Quid circa missam ad se Circuli Quadraturam à summō amico Cardinali Cusano egerit. 348. Ut à Cardinali Bellarione inductus fuerit ad condendum Almagesti Epitomen: ut eam præclarè aggressus fuerit: ut morbo, morteque præventus perficeret eam non poterit: ut illius perfectionem Regiomontano in gratiam optimi Patroni Bellarionis mandaverit. 349. & sequ. Mortuit ann. 1461. 350. Quæ fuerint illius extrema. *Ibid.* Non complevit annum XXXIIII. Ejus Epitaphium. 352. Varia illius in variis Regiomontani operibus Encomia 350. 351. Ut illum præterea variis commendaret: Erasmus Reinhol-

Bbb hol-



I N D E X.

- holdus. 344. 345. 349. Joachimus Camerarius. 372. Daniel Santbechius, *ibid.* Tycho Braheus, *ibid.* Georgius Trapezuntius occasione linguae Græcæ, & Ptolemaei, Theonisque, quo interpretatus est, à Regiomontano Romæ convenitur. 353. Infensus ipsi postquam ab eo lapsus adnotati. 355. Trapezuntii filii crediti sunt Regiomontanum veneno fustulisse. 367.
- Græcæ lingue tempore Peurbachii per Academias silentium. 339. Guarinus Professor Græcus Ferrariae à Regiomontano conventur. 354.
- Guilielmus Gilbertus Philosophiam Magneticam occasione Hypothesos Copernici iavexit. 331.
- H.
- H**eraclides censuit Terram in centro Mundi existentem dietim circumgyrari. 297. Hypothesos Copernici Schema, ejusque declaratio. 303. 304.
- I.
- Acobus Cremonensis Latinus Archimedis interpres. 346. Joachimus Camerarius Theonem in Ptolemyum Græcè ex Regiomontani Bibliotheca servatum edidit. 370.
- Ioannes Ant. Maginus Theoreticas novas condituras, nihil aliud, quam traduxit Hypothesin Copernici in Hypothesin communem. 330.
- Ioannes Baptista Capuanus Mandronius, Theoretarum Peurbachii commentator. 344.
- Ioannes Baptista Ricciolus Author novi Almagesti, hoc est ingen-
- tis totius Astronomie thesauri. 331.
- Ioannis Blanchinus Tabulas Astronomicas condidit 339. Obtinuit à Peurbachio, ut prælectiones quasdam in Italia haberet. 339. Testatus est Regiomontano animam sibi in sensu corpore Astronomiae dulcedine contineri. 354.
- Ioannes Fusor Tabulas sinuum, & chordarum condit, & jussu Caroli VII. Gallorum Regis, ad condendum novas coelestium motuum Tabulas, observationes peragit. 341. 342.
- Ioannes Keplerus Rudolphinas Tabulas ex observationibus Tychoonis condidit. 330. Deduxit ex ipsis Ephemeridas, *ibid.* Autem varia Copernicum esse inventi à se thesauri iuguruit. 331. Quam varia ex ejus opinione deduxerit, *ibid.*
- Ioannes Mullerus à loco natali Regiomontanus dictus, ann. 1436. nascitur. 345. Duodecennis mititur Liphiam; Dialecticæ Sphaerique studet; & Arithmeticæ, ac Geometria prima rudimenta capessit. *ibid.* Solā Peurbachii famâ permotus Viennam iter arripit, vix annos natus xvi. 346. Ut ad Peurbachium accesserit, exceptusque ab illo fuerit. *ibid.* Ut Peurbachius illum instigeret, exercueritque; ut ipse semper præter pensa, plurima artipuerit; quanti proinde ejus ingenium, soleritiam, & laborem Peurbachius fecerit: quam de eo spem conceperit: ad quid eum animaverit: quæ cum illo observaverit. 346. 447. Ut Peurbachius.



I N D E X.

bachius Bessarioni Romam invitanti, nisi & ipse Regiomontanus invitaretur, non assenserit. 350. 352. Ut Peurbachius in eius gremio morrem immaturam obierit: ut ipsi Epitomes Almagesti perfectionem quasi testamento legarit. 350. Ut Regiomontanus vix unquam Praeceptoris tam boni commandandi linem fecerit. 350. 351. Regiomontanus in Professione Mathematica Peurbachio succedit. 353. Græcae linguae addiscendæ ardore in Italiæ cum Bessarione proficisciatur: quid ante discessum, quid in itinere, quid Romam appulsus, ad eam lingua atripendum peregerit. 353. Quos viros, quas Bibliothecas, quos in iiii libros versaverit: quos coemerit: quos partim aliena, partim sua manu exscripsiterit (elegantissimè scilicet pingebat.) 353. 354. Ferrariæ quos convenerit. 354. Qua perfectione jam tum calleret Græcas literas, quid in Ptolemæo, & ceteris Græcis authoribus posset: ut Græcè etiam carmina elegantissimè conderet. *Ibid.* Patavii aggregatus Academicis fuit: Alphraganum publicè interpretatus est: cuiusmodi prius orationem habuerit. *Ibid.* Venetiis quæ varia opera conscripsiterit. 355. Regressus Romam, quem prius amicum, infensum postmodus habuit. Trapezuntinm, ob ejus errores in Ptolemæi, & Theonis interpretatione detectos. 355. Pluris adhuc libros coemit, & exscribit, 356. Revertitur Viennam. *Ibid.* A Rege Hungariae Mathia munitione in-

vitatur: quæstis ab illo Codicis Græcis potissimum aliciter: quanti à Rege factus: qua arte sanitatem à restituerit. *Ibid.* Quibus ab eo tunc muneribus donatus: quibus ab Archepiscopo Strigonenensi, cuius hortatu Tabulas directionum condidit. *Ibid.* Qua occasione ex Hungaria discesserit. *Ibid.* Quibus de causis Norimbergam sibi sedem delegerit. 356. 357. Ut ibi exceptus, & à Bernardo Walthero præseruit. 357. Quæ ad observandum Instrumenta, ministrante illo necessarios sumpus, apparaverit: 357. 358. Ut proinde Astronomiae studium, quo ille ardebat, foverit. 358. Ut cætera inter celebrem Cometam observavit, descripsiterit. 358& sequ. Quale Typographeion habuerit. 357. Quæ imprimis duo opera aliena 360, quæ duo propria mandavit typis, *Ibid.* Index librorum ac præfertim Græcorum, quos delinuarat edere. 362. 363. Index propriorum Operum, quæ etiam edere delinuarat. 363. 364. Quo studio perficiendi artem Typographiam teneretur: quid magni de se ea in re speraret. 364. Qualia automata aut perfecit ipse, aut ut perficerentur occasioni fuit 364. 365. Occasione Ephemeridum à Regiomontano editarum fama ejus magis adhuc inclarescit. 365. Evocatur Romam à summo Pontifice ad Calendarium reformatum: designatur interea Episcopus Ratipponensis. *Ibid.* Concedit Romam; ac non toto anno est illeic superstes 366. Alii veneno, arte si-



I N D E X.

liorum Trapezantii , alii peste sublatum dicunt. 367. Regiomontanus ann. 1476 ac solium quidem quadrangularius moritur : in Pantheon sepelitur . *Ibid.* Quale Norimbergæ ejus desiderium. 360. Quæ fata illius libros manferint ; quos Joannes Schonerus edi procurarit. *Ibid.* Quos alii. 369. Aliquot de ipso Elogia; Pauli Jovii. 368. Petri Raini. 363. 365. Brunonis Sceleri. 367. Lata-mi. *Ibid.* Philippi Melanchthonis. 368. Joannis Schoneri. *Ibid.* Joachimi Camerarii. 370. Tycho-nis Brahei. 373. Danielis Sant-bechii. *Ibid.*

Joannes Schonerus Professor Norimbergensis, quando natus, quando mortuus 372. lxx. annos exquisitè complevit. *Ibid.* Quo studio reliquias operum Regiomontani servaverit , ediderit. 368. 369. Ipse est , ad quem Rheticus Narrationem primam de Copernico scriptis. 210. & sequ , quanta veneratione illum prosequutus Rheticus fuerit. *Ibid.*

Joannes Stadius Ephemeridas ex Prutenicis Tabulis deduxit. 330. Tabulas vocatas Bergenses Prutenici faciliiores . ex iisdem Co-pernici fontibus deduxit , ac rur-sus ex ipsis Ephemeridas condidit. *Ibid.*

Joannes Stoflerus Ephemeridas ex Tabulis Alphonfinis deduxit. 329.

Joannes Strigoniensis Archiepisco-pus Hungariae primarius , Peurbachii amicus: dicavit ipsi Peurbachius tractatum de Quadrato Geometrico. 340. Regiomonta-nus Tabulas directionum. 356.

Causa fuit evocationis Regiomon-

tani in Hungariam. *Ibid.* Variis muneribus eum donavit. *Ibid.* Joannes Varadiensis Episcopus cor-datissimus Peurbachii amicus. 343. Dicat ipsi Regiomontanus Tabu-las Eclipsoe Peurbachii. *Ibid.* Iovis quatuor Lunæ asseclæ , ut Ter-re una. 304. Ioannes Hannovius Warmiensis Ca-nonius Regulas Ptolemaicas Copernici ad Tychonem mittit. 326.

L.

Lactantius eos ridet , qui Ter-ræ formam globolam tri-buunt. 318. Ladislaus Hungariae Rex Peurbachiūm sibi in Astronomum deli-git , ipsumque invitat. 339. Laurentius Eichitadius Ephemeridas post Keplerum continuavit. 330. Lucas Watzelrodius Copernici a-vunculus , Episcopus Warmiensis. 294. Ob caulam Reipublice de-feniam à Teutonicis Equitibus libello impetratus. *Ibid.* Lunæ Phases , ejusque , & Solis E-clipses , cur non secus fieri in opi-nione Copernici , quām in com-muni apparent. 307. Lusitaniz Rex commutationem a-tomatum fieri cum mercatoribus , nisi argento puro , minimēque sig-nato non patiis. 295.

M.

Martiani Capellæ , & Egyptio-rum opinio de circumdu-ctis supra , ac infra So-lem Mercurio , ac Veneri. 296. 297. 302. Martinus Cromerus Warmiensis Episco-



- E**piscopus Tabulam marmoream cum Epitaphio Copernici sepulchro imponit. 325.
- M**artis Stella à Peurbachio, & Regiomontano observata dnobus gradibus extra locum judicatum ab Alphonso Tabulis. 358. Cur aliquando tanta appareat, ut Jovis magnitudinem æmuletur. 304.
- M**athias Hunniæ Corvinus Rex Hungariae Regiomontanum munificè invitat. 355. Græcos codices undequāq; à direptione Constantinopoleos, & Athenarum corrogat; insignem ex iis Bibliothecam Budæ initiat. *Ibid.* Quanti Regiomontanum fecerit: ut illius ope convalesceret; ut muneribus cumulatum dimiserit. 356. Ut illum ob dictas sibi Ephemeridas, 800. aureis Hungaricis donari. 362. Occasione Regni Bohemici bellum gerit. 356.
- M**ercurii Stella ob quas causas à Copernico non observata. 300. Quorum observationibus suarum defectum suppleverit. 300, 372.
- M**ichaël Mæstlinus elicit ex Prutenicis Tabulis Planetarum à Terra, & Sole distantias; itemque magnitudinem Terræ, Lunæ, ac Solis. 328, 329. Ephemeridas condidit. 330.
- M**undi partium symmetriam, à Philosophis non inventam, à Copernico disquisitat. 296. eam se invenisse, & quam opinetur. 298.
- N.**
- N**icolasus Copernicus nascitur Torunæ, ann. 1473. 192. Ejus Parentes, Frater, Avunculus. *Ibid.* Studia humaniora, Philosophica,
- Medica, Mathematica. *Ibid.* Consdiscipuli, æmulique, 193. Copernicus Regiomontani æmulus; Medicus Doctor; eximius Pictor; pinxit seipsum ad speculum. *Ibid.* An. ætatis 23. proficisciatur in Italiæ; Bononiæ testis, & adjutor observationum Dominicæ Mariæ; observat occultationem Palilicij à Luna, An. 1497. *Ibid.* Romæ Mathesiu publicè docet; observat ibi Eclipsin Lunæ an. 1500. 294. Redux in Patriam, donatur Canonici in Ecclesia Warmieni ab Avunculo Episcopo. *Ibid.* Quam piè se in eo gesserit. *Ibid.* Ut nomine Collegii Prutenici Comitis Leganus intercesserit: quid in ipsis egenit. 295. Ut seu generalis Vicarius, seu honorum Episcopatus ad ministeriator, bona Ecclesiastica constanter, intrepidè vindicaverit. *Ibid.* Quibus instrumentis, & quam varia observavit. 298, 299. Quid illum ad excogitandum novum Systema induxerit. 296. Quæ aliena præcipue spectarit. 296, 297. Cur ex Pythagoricis attributam Philolao præsertim arripuerit. 297. Cur Sole pro centro omnium Planetarum habuerit. 301. Cur Terræ potius, quam Soli, aut Stellis Fixis motum attribuerit. 300, 301. Quid ad objecta adversus motum Terræ attributum responderit. 301, 302. Schema, quo representavit suam Hypothesin, seu Systema, vel dispositionem partium Mundi. 302. Ejus declaratio. 303, 304, 305. Orsus, occasus Solis, cæteraque sic nominat (subintelligendo apparerent) ut communis opinio. 305. Aggregatus est Revolutionum opus circiter An. 1507. 298. Abolvit circiter



ter an. 1507. 298. Absolvit circa 1530. 308. Id quinquennio post adhuc expoliebat. *Ibid.* Restitutioni motuum Solis, ac Lunæ incubuit præsternit ab ann. 1516. occasione reformationis Calendarii in Lateranensi Concilio agitatæ, & de qua ad eum scriptum ab Epilculo Sempronensi, qui illi negotio præserat. *Ibid.* & 318. Qui deinceps reformationi Calendarii incubuerunt, ipsius laboribus usi. 309. Quæcum commendatus à Clavio. *Ibid.* Quantum ad operis editione sollicitatus à Cardinali Schombergio. 310. Cnr eam tamdiu distulerit. 314. Quibus rationibus Tidemannus Gyfius Episcopus Culmensis ad eam cohortatus ipsum fuerit. *Ibid.* Quibus se ille tutus fuerit. *Ibid.* Quibus tandem Episcopus ipsum ad dedendum manus compulerit. 315. 316. Copernicus Opus suum Summo Pontifici Paulo III. dicit; rationem scriptioris, editionisque fusè declarat; præcipuaque est, quod labores suos futuros non inutiles Reip. Ecclesiasticae auguretur. 317. 318. Committit Opus Gyfio; Gyfius mittit ad Rheticum; hic editionem curat Norimbergæ sub inspectione Andreas Osiandri. 319. Copernicus sanguinis profluvio, & paralyse ad dextum latus corripitur: exemplum editi Operis ad illum afferrat, verum jam moribatem. 319. Moritur ann. 1543. tribus mensibus septuagenario major. 320. Sepelitur in Warmiensi Ecclesia. 324. Fjus Epitaphium à Cromero Episcopo positum. *Ibid.* Cara ejus memoria Warmensibus Canonicis. *Ibid.* Copernici effigies

qualis. 320. Carmen de illa Nicodemii Frischlini. *Ibid.* Aliud de ea, quam ipse sua manu pinxit dicitur, ipsius Tychonis. *Ibid.* Itemque aliud ejusdem. 321. Copernici studia. *Ibid.* Peritia multiplex, etiam humaniorum literarum, & Physicarum rerum. 322. Habitus in Medicina alter Aesculapius, ob felicitatem corandi pauperes. *Ibid.* Ejusdem mores. *Ibid.* Quam bonus vir; cur habitus austerior. *Ibid.* Quam amaret seria: vir antiquus probitatis, ac fidei; à recto trahite indeflexus. *Ibid.* Ut nihil curarî comediam adversus se exhibitat. 323. Novâ incendens viâ, non novitatis tamen, aut vanæ glorie studio fecit. 312. 323. Ut exquisitiones suas medicocres esse, non nimias voluerit. 323. 324. Copernici opus penè Posthumum quomodo exceptum. 327. Nullum celebrius. 321. 330. Viger in eo semper opinio de motu Telloris. 331. Faroiliam ducit. *Ibid.* Decreto tamen Sacrae Cardinalium congregationis improba. *Ibid.* Quibus rebus excogitandis, de quibus Copernicus non cogitaret, occasionem fecerit. 331. 332. De Copernico Elogia; Clavii. 309. Frischlini. 320. Gassari. 313. Gyfii Episcopi. 215. & sequ. Heibenstreiti. 299. Keplerti. 331. Osiandri. 319. Rami. 327. Reinoldi. 308. 328. Rhetici. 311. & sequ. 314. & sequ. 323. & sequ. Schombergii Cardinalis. 320. Scrobocivici. 327. Seidelii. *Ibid.* Stadii. 320. Tycho. 321. 326. Zoravii. 326. Nicolazus de Cesa Cardinalis. Legatus per Germaniam. 328. Habere Peurbachtum domesticum optavit.

vit. *ibid.* Summ de Quadratura circuli librum ad eum misit. 346.

Nicolaus Schombergius Cardinalis, Copernici virtutem mirificè commendat; ut lucubrationes suas in lucem edat, sollicitat; saltet ut sibi illas excibi patiatur, vehementer rogar. 310. Ejus commendatio à Copernico. 317.

Norimberga Opifices præstantissimos alit. 357. Qua Polialiturudine sit. 360. Quantum illi gloriæ à Regiomontano accelerit. 365, 366. 368, 370.

O.

Observationes Copernici variae. 293, 299, 300. Peurbachii, Regiomontani, Waltheri.

347, 353, 355.

Operis Copernici sex libri. 300. Argumentum singulorum. *ibid.* Opus non magnum, sed memoratissimum. *ibid.*

Opera Peurbachii varia. 344. & sequ. Operum Regiomontani Index. 362, 363.

Orbis magnus à Terra motu anno descriptus, puncti instar respectu orbis Fixarum, ob immensam diastatiam; & quæ salvet Phenomena. 304, 305.

Organæ Astronomica, quibus Copernicus usus. 293. A Peurbachio confecta, & descripta. 340. A Regiomontano, & Walthero. 357, 358.

P.

PAliliū, seu Aldebaræ occultatio à Luna. 293.

Paschatis occasione, quid Iudei Bellarioni, & Regiomontano obiecserint. 355.

Patavina Academia Doctoribus suis Regiomontanum allegit. 353.

Paulus Middelburgensis, Episcopus

Foro-Sempronensis à Concilio Lateranensi præfectus negotio, reformationis Calendarii, Copernicum consulit, & suam operam præconferat, hortatur. 308, 309.

Petrus Pitatus Ephemeridas ex Alphonso Tabulis deduxit. 329.

Petrus Ramus de Copernico. 327. Optavit Astronomiam tradi fine hypothesibus posse. *ibid.* Notimberga occasione, Regiomontanum commendat. 365. Typographiæ inventionem illi desert. *ibid.*

Peurbachius, vide Georgius.

Philolaus censuit Terram circa Solēm in centro Mundi existentem moveri. 297.

Planetae, cur magnitudine cœrcere, decresceréque apparent. 304. Eorum distantiae elicite à Maestino ex Tabulis Prutenicis, & ad mentem Copernici, itemque magnitudines Terræ, Lunæ, ac Solis. 328, 329. Planetarum Stationes, Retrogradationes, eorumque circumstantia quæ egregiæ salventur, explicanturque in opinione Copernici. 307. Eorumdē viæ Ellipticæ. 331.

Poli altitudinem in eodū loco varia. 311. Dominici Mariz sententia. 193.

Poli altitudo in opinione Copernici, quare Terrā per Zodiacum translata, non varietur. 305.

Prutenicas Tabulæ ex Copernici fontibus deductæ. 328.

Prutenorū Comitia habita Grudenti, quibus intersuit Copernicus. 295.

Actum in ipsi de monete valore. *ib.* Quid Copernicus præstiterit. *ibid.*

Pythagoreorum aliqui moverunt Terram, in centro Mundi existentem circa solum axem; alii. Solem in centro habentes moverunt ipsam circa Solem. 297.

Qua-

QUADRATURÆ CIRCULI FORMA DUPLEX, quam se invenisse CARDINALIS CUSANUS putavit. 348.
Eam refutavit REGIOMONTANUS. 355.
R.

REGIOMONTANUS. Vide IOANNES MULLERUS.
S.

SINUBUS, & CHORDIS AGUNT, CONFIUENTIQUE TABULAS PEURBACHII, REGIOMONTANUS, IO. FUFOR. 340, 341.

SIXTUS IV. PONTIFEX MAXIMUS REGIOMONTANUM ROMAM CALENDARIS REFORMANDI OCCASIONE ACCERIT. 365.
SOL APPARENTER ZODIACUM PERCURRIT, & TERRA REIPSĀ. 304. CIRCA SUUM AXEM CIRCOVOLVUTUS, EMISSIS SPECIEBUS, PLANETAS SIBI CIRCUMDUCEbat. 331. IN MEDIO INTENDIT CONSTITUTAS UT COR, LUCERNA, & QUASI VISIBLES DEUS, PLANETARUM FAMILIAM REGIT. 303.

TABULE ECLIPSEON, INTER CÆTERAS, À PEURBACHIO CONDITÆ. 343.
TABULÆ ASTRONOMICÆ. Vide ALPHONSIÆ, BERGENSÆ, PRUTENICÆ, &c.

TERRÆ ATTRIBUTI TRES MOTUS, DIURNUS, ANNUUS, & INCLINATIONIS: QUALEM II FINT, & QUAE PHÆNOMENA PER SINGULOS SALVENTUR. 304, 305.

TEUTOVICI EQUITES QUID IN EPISCOPUM WARMENSEM MOLITI. 294.
Quid in COPERNICUM. 295.

THEMATICÆ CELESTIS ERIGENDI MODUS RATIONALIS DICTUS, REGIOMONTANI PROPRIUS. 369.

THEODORES GAZA FERRARIÆ À REGIOMONTANO CONVENTUR. 354.
THEOERICA NOVA À PEURBACHIO QUA OC-

CATIONE CONDITA. 336. QUI IN ILLIS COMMENTARIA EDIDERINT. 344.
QUANTI REINHOLDUS SPECIATIM ILLAS FECERIT. 344, 345.

TIDEMANNUS GYSLIUS EPISCOPUS CULMENSIS, SINGULARIS COPERNICI AMICUS, IPSEM AC RHETICO RUS INVITAT. 311. COPERNICUM MULUI OPERIS EDITIONEM SOLICITAT. 313. RENUNTANTEM TANDEM PERVINCIT. 315, 316, 317. OBTINE: AUTOGRAPHUM, AC INTERVENTU RHETICI EDI ID PROCURAT. 319. COPERNICI MORBUM, MORTEMQ. RHETICO RENUNCIAT. Ibid. ERUDITIONEM ILLIUS DESCRIPTIB. 322. UT À RHETICO COMMENDETUR. 315.
A COPERNICO. 317.

TYCHO BRAHE ACCEPTIS COPERNICI REGULIS, CARMINA VELUTI QUODAM ENTHUSIASMO FUDIT. 291, 326. EJUSDEM DE COPERNICO CARMINA, & ELOGIA PLURA. 320, 321, 326. ITEMQUE DE PEURBACHIO, & REGIOMONTANO. 372.

TYPOGRAPHIÆ ARS QUANDO, UBI, A QUO INVENTA. 364. EJUS INVENTOREM REGIOMONTANU RAMUS FACIT. 365.
NIB REGIOMONTANUS EAM PRIMUS INVENIT, SALTEM DE EA PERSCIENDA SUBLIME ALIQUID COGITAVIT. 364.

VAPORUM ALTITUDO OBSERVATA À REGIOMONTANO. 360.

VAPORIUS CANTOR CRACOVIENSIS, COPERNICI CONDISCIPULUS, PER VITAM AMICUS. 193. SCRIPTA AD ILLUM COPERNICUS EPITHEMATEM DE MOTU OCTAVÆ SPHERÆ. 322.

WARMENSIS ECCLESIA. JACQUES COPERNICUS VIXIT CANONICO. 294.

VIENENSIS AUSTRIÆ ACADEMIA PROFESSORES HABUIT PEURBACHIUM. 339.
REGIONMONTANUM. 353.